











I. Dom Ferretti inv. et del.

Carol. Gregori Sculp.

IOANNIS MEVRSI
OPERVM
VOLVMEN OCTAVVM
EX RECENSIONE
IOANNIS LAMI

LVCVBRATIONES QVAE IN EO CONTINENTVR, SEQVENS PAGINA INDICAT.



FLORENTIAE. CIↃ. IↃ. CC. XLVI.
SACRAE CAESAREAE MAIESTATIS TYPIS
APVD TARTINIVM ET FRANCHIVM
CVM ADPROBATIONE.

Procopii Gazaei Sophistae in libros Regvm et Paralipomenon Scholia.

Evsebii Pamphili Expositio in Canticvm Canticorvm.

Polychronii Diaconi Enarratio in Canticvm Canticorvm.

Michaelis Glycae ad Gregorivm Acropolitam Epistola *nunc primum ex Codice Riccardiano edita.*

Michaelis Pselli Paraphrasis in Canticvm Canticorvm.

Palladii Episcopi Helenopoleos Historia Lavsiaca, sev Vitae SS. Patrvm.

S. Cyrilli Alexandrini Archiepiscopi in Transfigvrationem Domini Sermo.

S. Anastasii Archiepiscopi Antiochiae Sermones dvo.

S. Andreae Ierosolymitani Cretae Archiepiscopi Sermo.

Methodii liber de lib. Arbitrio.

Timothei Presbyteri de differentiā eorvm qvi accedvnt ad nostram Fidem liber.

Hilarionis Monachi Oratio Dialectica.

Theophylacti Archiepisc. Bvlgariae Epistolae, *quibus accesſere aliae* xxxiv. *Epiſt. nunc primum editae ex Cod. Medic. Laur.*

PRAEFATIO



Ximia, & plurimi facienda, antiquorum Scriptorum Graecorum opera, & quae ad res Divinas, & Ecclesiasticas, fere omnia adtinent, in Tomum hunc octavum operum *Ioannis Meursii* coniecimus, ut quae sacra argumenta Graeco eloquio tractarent, cuncta simul hic collecta commode, & faciliter, haberentur. *Procopium Gazaeum* praemisimus, quod libros Divinos Historicos quosdam edisserat: ex iis enim cognitionem perfectiorem eorum, quae in subsequentibus libris exponuntur, haurire est: atque ita paratiores, atque eruditiores, ad insequentes Commentationes progrediemur. Huic subieci *Eusebium* Canticum Canticorum enarrantem, quem excipiunt *Polychronius*, & *Michael Psellus*, eamdem divinam Cantionem exponentes; eo ordine servato, quem Scriptorum illorum aetas optimum subpeditabat. Haud quidem me latet, *Eusebium Pamphili*, Caesariensem Antistitem, illius Commentarii universi auctorem esse non posse, quum alii Scriptores in eo laudentur, eorumque dicta referantur, ut *Athanasii*, *Didymi*, *Gregorii Nysseni*, *Philonis Carpathii*, *Theophili*; sed quum forte plura ex *Eusebio*, quam ex aliis in hoc opus traducta fuerint, ideo fortassis *Eusebio* tota Commentatio tributa est. Annon fuerit potius Catenae, ut vocant, species in Canticum Canticorum ex diversorum Auctorum expositionibus, tamquam ex variis annulis, constans: lucubrationis genus Ecclesiasticis Scriptoribus Graecis sequioris aevi usitatissimum? Quid, si *Eusebius* aliquis alius, & non ὁ Παμφίλου, eius compilator est, & per errorem ἐξ ὁμωνυμίας ortum, ut saepe usuvenit, antiquissimo illi attributa fuit? Ipse quidem Latinum feci, sed αὐτοσχεδιάζων, quum Typothetis Graeci textus descriptionem recenserem, opere, ut ita dicam, praecipitato. Hinc κατὰ πόδα interpretatio a me non tam facta, quam effusa fuit, dolente bona fide, quod ab aliquo erudito viro iam in antecessum elaboratam translationem reperire non esset, quo meo otio & quieti melius consultum fuisset. Puto tamen, fidum me interpretem praestitisse: quo quidem antiquius nihil habui, vestigiis insistens viri undecumque doctissimi *Ant. M. Salvinii* praeceptoris mei, qui quamplurimos Graecos Scriptores accuratissime vertit, sed verbis semper inhaerens, ut interpretationes ipsae Graecum semper aliquid saperent, & verborum simul essent, sententiaeque tenacissimae. Idem praestare debui in *Polychronii* Commentario, & eadem festinatione, dum negotiis implicatus innumeris obruor: vicerunt enim, extorseruntque a me hanc operam Typographorum preces. Aliquam enim Latinam versionem antiquiorem vel reperire, vel adsequi, non potui: adeoque & in hac αὐτοσχεδιάζειν mihi opus fuit. At casu quodam, & minus exacta Typographorum subputatione, quum series chartarum non servaretur perpetuo connexa, factum est, ut post *Eusebii*, & *Polychronii* Enarrationes, pagellae quaedam vacuae superessent; heinc ne lacuna tam ingens in medio operis decursu hiaret, opus fuit

opusculum, & ipsum Graece scriptum, & Ecclesiastici argumenti, inserere, quod paginas illas occuparet. Hoc fuit Disputatio, seu Epistola, *Michaelis Glycae*, ad *Gregorium Acropolitam*, quae ἀνέκδοτος, ut alia erant opuscula, quae primus *Meursius* ediderat, & quae hic Tomus complectitur, ex Bibliothecae Richardianae Codice MS. desumta est; ex illo, inquam, Codice, ex quo descripsi alias eiusdem *Glycae* Epistolas, & in *Deliciis Eruditorum* Latine a me versas una cum Graeco contextu publici iuris feci. Haec quidem in Codice illo numero est tertiadecima, & Latine reddita est ab *Iacobo Genuensio* Sacerdote, qui me praeceptore usus litteras Graecas edidicit, &, me duce, hoc primum studii sui Graecanici specimen praebuit. Nam is ego sum, qui iuvenum ingeniis faveo, eosque lubenter in publicum produco, & ut animos addam, & ut laudis & gloriae illecebra ad maiora, atque absolutiora, perficienda exstimulentur. De *Michaele Psello* supervacaneum est heic aliquid dicere post ea multa, quae ex *Guliel. Caveo* de eo in Commentarii calcem, ad alias paginas implendas, transtuli; nihil enim Commentationi illi de meo addidi; atque interpretationem Latinam adposui, quam *Andreas Schottus*, & *Franciscus Zinus*, viri eruditissimi elucubraverant, & in vulgus prodiderant. *Palladii* Episcopi Helenopoleos Historia Lausiaca consequitur, de qua tam multa in fine huius Historiae ad occupandas, implendasque pariter paginas redundantes ex *Caveo*, *Baronio*, & *Fabricio*, producta fuere, ut insuper habendum sit aliquid amplius addere. Heic tantum opportune monebo Lectorem, hanc Historiam heic locupletiorem, absolutioremque, a me esse editam, quam ab *Io. Meursio* iam fuisset, adnexis quibusdam Subplementis ex *Tomis II. & III. Monumentorum Ecclesiasticorum Io. Baptistae Cotelerii*: utilius enim vidi fore viris eruditis habere heic Historiam hanc absolutissimam, quam illam imperfectiorem, quam Graece tantum *Meursius* ediderat. Si enim *Meursius* in pleniores, integrioresque, Codices incidisset, non illam, mancam & deficientem publici iuris fecisset, sed meliorem & perfectiorem hanc illi praeposuisset. Latina *Palladii* Historiae Lausiacae interpretatione, quam *Fronto Ducaeus* in suo *Auctario Bibliothecae Patrum* tradidit, usi sumus; Fragmentorum autem talem exhibuimus, qualem ipse laudatus *Cotelerius* in suis *Monumentis Ecclesiasticis* dedit. Post *Palladii* Historiam habetur in hoc Volumine *Variorum Divinorum liber unus*, in quo Auctores Theologos Graecos varios, antea numquam editos, *Meursius* in vulgus prodidit. Horum omnium Latinas Interpretationes ab aliis elucubratas inveni, & Graeco κειμένῳ adposui, praeterquam *Methodii De libero arbitrio*, quam ideo elaborare ipse debui, ut opus nullum Graeci Scriptoris hoc Tomo contineretur, quod Latine conversum non esset. Non me quidem praeterit, *Fr. Combefisium* ampla *Methodii* huius excerpta, ac fragmenta ex *Photii Cod. CCXXXVI.* ex his *Io. Meursii* Variis Divinis, & ex MS. quod a *Sirmondo* acceperat, edidisse; sed hoc *Combefisii* opus, editio haec, ad manus non fuit, quum librum *Variorum Divinorum* Meursianum recudimus. Adeoque modo subplebimus, quae tunc praeterivimus, & ex *Photio*, & ex *Sirmondiano Fragmento*; eiusdem *Combefisii*, quam tamdem consequuti sumus, editione usi.

ME-

ΛΟΙΠΑ ΕΚ ΤΩΝ.

Φωτίου.



Ἰδ' ὅτι τούτοις ουσίαι ὑπέκειυται, οἴει [1] ἐξ (οὐκ) ὄντων, αὐτὰς ταῦτα ποιεῖν, τῷ λόγῳ σφάλλῃ. οὐδὲ γὰρ ἡ ουσία ἐςὶν ἡ ποιοῦσα τὴν πόλιν, ἢ τοὺς ναοὺς, ἀλλ' ἡ περὶ τὴν οὐσίαν τέχνη, ἣ οὐκ ἐξ ὑποκειμένης τινὸς τέχνης ἐν ταῖς ουσίαις γίνεται· ἀλλ' ἐξ οὐκ οὔσης ἐν αὐταῖς γίνεται. Ἀπαντήσειν δέ μοι δοκεῖς οὕτω τῷ λόγῳ· ὅτι τεχνίτης, τῇ ἐν τῇ ουσίᾳ τέχνῃ, ποιεῖ. φημὶ δὲ πρὸς τοῦτο, ὅτι οὐδὲ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ἔκ τινος ὑποκειμένης τέχνης προσγίνεται· οὐδὲ γὰρ ἔνεςι, τὴν ἐφ' ἑαυτῆς οὐσίαν, δοῦναι τὴν τέχνην· τῶν γὰρ συμβεβηκότων ἐςὶ, καὶ τῶν τότε τὸ εἶναι ἐχόντων, ὁπόταν ἐν ουσίᾳ τινὶ γένηται. ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος, καὶ χωρὶς τῆς τεκτονικῆς ἔςαι· ἡ δὲ οὐκ ἔςαι, ἐὰν μὴ πρότερον ἄνθρωπος ᾖ. ὅθεν τὰς τέχνας, ἐξ οὐκ ὄντων εἰς ἀνθρώπους πεφυκέναι γίνεσθαι, λέγειν ἀναγκαῖον· εἰ τοίνυν τοῦτο οὕτως ἔχειν ἐπ' ἀνθρώπων ἐδείξαμεν, πῶς οὐχὶ προσῆκε τὸν Θεὸν, μὴ μόνον ποιότητας, ἐξ οὐκ ὄντων φάναι δύνασθαι ποιεῖν ἀλλὰ καὶ ουσίας; τὸ γὰρ δυνατὸν φανῆναι, τὸ γίνεσθαί τι ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ τὰς οὐσίας οὕτως ἔχειν δείκνυται.

Πάλιν δὲ διαληπτέον τῶν κακῶν περί. τὰ κακὰ, πότερον ουσίαι σοι δοκοῦσιν εἶναι, ἢ ποιότητες οὐσιῶν; ΟΥΑΛ. Ποιότητες. ΟΡΘΟΔ. Ἡ δὲ ὕλη ἄποιος ἦν καὶ ἀσχημάτιςος; ΟΥΑΛ. Οὕτω. ΟΡΘΟΔ. Πέπλεκται ἄρα τὰ ὀνόματα ταῦτα τῇ ουσίᾳ, ἐκ τῶν συμβεβηκότων αὐτῇ. οὔτε γάρ ἐςιν ὁ φόνος ἡ ουσία, οὔτε τι τῶν ἄλλων κακῶν· ἀλλ' ἐκ τῶν ἐνεργειῶν παρονομάζεται. οὔτε γὰρ φόνος, ὁ ἄνθρωπος· ἀλλὰ τῷ ἐνεργηκέναι τοῦτον, παρωνύμως φονοὺς παρανομάζεται, μὴ ὢν φόνος αὐτός· οὔτε, συλλήβδην εἰπεῖν, τὶ τῶν ἄλλων κακῶν ἐςιν ἡ οὐσία· ἀλλὰ τῷ πρᾶξαί τι τῶν κακῶν, κακὴ λέγεσθαι δύναται. ὁμοίως ἐπινόησον, εἴ τι ἕτερον ἀναπλάττεις ἐν τῷ νῷ, κακῶν τοῖς ἀνθρώποις αἴτιον, ὡς [2] κἀκεῖνο κακὸν, ἐν τῷ τούτοις ἐνεργεῖν καὶ ὑποβάλλειν ποιεῖν τὰ κακά. ἔςι γὰρ καὶ αὐτὸς κακος, ἐξ ὧν ποιεῖ. διὰ γὰρ τοῦτο κακὸς εἶναι λέγεται, ὅτι (τῶν) κακῶν ἐςι ποιητής. ἃ δέ τις ποιεῖ οὐκ ἔςιν αὐτὸς, ἀλλ' ἐνεργεια αὐτοῦ, ἀφ' ὧν τὴν προσηγορίαν τοῦ [3] κακος λέγεσθαι λαμβάνει. εἰ γὰρ αὐτὸν εἴποιμεν εἶναι ἃ ποιεῖ· ποιεῖ δὲ φόνους, καὶ μοιχείας, καὶ ὅσα ὅμοια, αὐτὸς ἔςαι ταῦτα. εἰ δὲ αὐτός ἐςι ταῦτα, ὅτε γίνεται, τὴν σύςασιν ἔχει. οὐ γινόμενα δὲ, καὶ τοῦ εἶναι παύεται. γίνεται δὲ ταῦτα πρὸς ἀνθρώπων· ἔσονται ἄρα τούτων οἱ ἄνθρωποι ποιηταὶ, καὶ τοῦ εἶναι, καὶ τοῦ μὴ εἶναι αἴτιοι. ἀλλ' εἰ ἐξ ὧν ἐνεργεῖ ἕκαςος, ὑπάρχει κακός· ἃ δὲ ἐνεργεῖ, ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαμβάνει· ἤρξατο κἀκεῖνος εἶναι κακός· ἤρξατο δὲ καὶ ταῦτα τὰ

1 λείπει τὸ, μὴ ἢ περί. τὸ, οὐκ, ἴς αὐτούς.
2 ἄλ. κἀκεῖνος κακός.
3 ἄλ. κακοῦ.

RELIQUA EX

Photio.



Quod si, quia his substantiae subiectae sint, existimas non haec facere ex nihilo, verbo falleris. Neque enim substantia condit civitatem, aut templa, sed ars, quae versatur circa substantiam, eaque, non ex subiecta aliqua arte, quae sit in substantiis; sed ex non arte in illis procreatur. Videris tamen ita rationi posse occurrere; ut nimirum artificem, arte, quam in substantia habeat, dicas operari. Ad hoc respondeo; neque homini adnasci artem ex subiecta arte: nam neque concedi potest, ipsam in se substantiam, artem esse. Ars enim accidentibus accensetur, iisque, quorum tunc fit esse, quum in substantia aliqua procreata fuerint. Homo quidem, sine etiam tectonica fuerit: at illa, nisi prius exsistente homine, nulla erit. Quare dicendum necessario, habere artes natura, ut ex nihilo fiant in hominibus. Ergo si ita habere ostendimus in hominibus; quomodo non aequum erit dicere posse a Deo, non solum qualitates, sed & substantias, fieri ex nihilo? Dum enim possibile videtur, ut aliquod ex nihilo fiat, posse etiam substantias ex nihilo fieri ostenditur.

Iterum vero instituta de malis disputatio resumatur. Mala, utrum substantiae videntur, vel qualitates substantiarum? Val. Qualitates. Orth. Materia vero, eratne sine qualitatibus, & informis? Val. Maxime. Orth Haec ergo nomina, substantiae iunguntur ex iis, quae ipsi accidunt. Neque enim homicidium est substantia, neque quidquam aliorum malorum; sed adgnominatur ab operationibus Nam neque homicidium est homo; sed is, ob illud perpetratum, quadam velut nominis deflexione, homicida adgnominatur; quum ipse haudquaquam sit homicidium: atque ut compendio dicam, nihil quidquam ex aliis malis est substantia, sed potest dici mala, quod malorum quidpiam egerit. Simili modo ratiocinare, si quid aliud, quod sit caussa malorum, mente confinxeris: nempe etiam illud malum esse, quod hominibus cooperetur, & subgerat ut mala faciant. Est enim & ipse malus ob ea, quae facit. Propterea enim dicitur esse malus, quod sit auctor malorum. Porro quod quis facit, non ipse est qui facit, sed eius operatio, unde sibi cognomen mali adsciscit. Nam si id ipsum dixerimus esse, quod facit; quum faciat caedes, & adulteria, & hoc genus similia; ipse illa erit. Quod si ipse, illa est; habet suum esse, quum illa sunt: ubi autem non fuerint, etiam ipse desinit esse. Fiunt autem haec ab hominibus: erunt ergo homines horum auctores; & ut sint, vel non sint caussae. Atqui, si ob ea, quae quisque facit, malus est; quae autem facit, principium habent,

conſequens ſit, ut & ille coeperit eſſe malus; coeperintque etiam iſta mala. Quod ſi verum eſt; nemo igitur ante omne principium, aeternumque malus eſt; ac neque mala ſunt increata. VAL. Enimvero, amice, praeſentem quidem diſputationem mihi contra alium opportunius videris inſtituiſſe. Vnde enim ille prius viſus eſt orationi concedere, inde tu bene viſus es concludere. Nam verum habet; ſemel conceſſo, eſſe materiam ſine qualitate & informem, Deumque eſſe qualitatum auctorem, ac qualitates eſſe mala; fore Deum malorum auctorem. At mihi falſum videtur, eſſe materiam ſine qualitate, & informem. De nulla enim ſubſtantia poſſis adfirmare eſſe qualitatis expertem. Quin hoc ipſo, quod ſine qualitate dicis, qualitatem eius declaras, deſcribens qualis ſit materia: quod eſt quædam ſpecies qualitatis. Quare, ſi tibi placet, altius ordire diſputationem. Mihi enim materia qualitates ab aeterno habere videtur. Ita quippe, o amice, & mala ab eius eſſe defluxu, pronuncio. ORTHOD. Si materia ſuis adfecta qualitatibus ab aeterno fuit, cuius erit creator Deus? Sive enim ſubſtantias dixerimus, iam ante fuiſſe adfirmamus; ſive rurſus qualitates, & illas extitiſſe adſerimus. Quum ergo ſint ſine Deo & ſubſtantiae & qualitates, ſupervacaneum videtur, ut Deus dicatur creator. Ceterum percontanti reſponde. Qua ratione dicis Deum eſſe creatorem? An quod ſubſtantias, quae aliquando fuerunt, in nihilum redegerit, an quod ſubſtantias quidem conſervarit, ſed qualitates earum mutarit? VAL. Nulla mihi videtur ſubſtantiarum facta mutatio, ſed tantum qualitatum, quarum cauſa, Deum eſſe creatorem dicimus. Et quemadmodum ſi quis dicat, factam ex lapidibus domum; quo tamen minime fuerit negandum, manere adhuc lapides ſecundum ſubſtantiam, qui dicuntur domus: domum enim compoſitionis qualitate dico factam: Ita cenſeo, Deum, manente ſubſtantia, mutationem quandam qualitatum feciſſe, ratione cuius, Mundum a Deo creatum adfirmo. ORTHOD. Videturne etiam mala, ſubſtantiarum eſſe qualitates? VAL. Videtur. ORTHOD. Fueruntne hae qualitates ab aeterno, in materia, an principium eſſendi habuerunt. VAL Fuiſſe has qualitates ab aeterno cum materia exiſtimo. ORTH. Non arbitraris mutationem quamdam qualitatum eſſe a Deo factam? VAL. Arbitror factam. ORTH. In melius? VAL. Mihi videtur ORTH. Si ergo materiae qualitates mala ſunt; Deus autem eas in melius convertit, neceſſario quaerendum eſt, unde mala ſint. Aut enim omnes, quum bonae eſſent, in melius ſunt converſae: aut quum aliae quidem bonae eſſent, aliae malae, malae quidem non ſunt mutatae in melius: reliquae vero, quaecumque erant commodae, ornatus cauſa a Deo mutatae ſunt. VAL. Sic ego iam olim ſentiebam. ORTHOD. Quomodo ergo, malas qualitates, ut a principio fuerunt, relictas dicis? Vel ita, ut poſſet Deus eas tollere; vel ut voluerit quidem, ſed non potuerit? Si potuiſſe ais, & noluiſſe; neceſse eſt, ut auctor horum di-

κακά. εἰ δ' ὕτως ἔχει ὐκ ἔςιν ἀνάρχως τις κακὸς, ὐδὲ ἀγένητα τὰ κακά. ΟΥΑΛ. Α'λλὰ τὸν μὲν πρὸς τὸν ἕτερον, λόγον ἱκανῶς, ὦ φίλε, πεποιηκέναι μοι δοκεῖς. ἐξ ὧν γὰρ προλαβὼν ἔδωκε τῷ λόγῳ, ἐκ τύτων συνάγειν ἔδοξας καλῶς· ὡς ἀληθῶς γὰρ, εἰ ἄποιος ἐτύγχανεν ἡ ὕλη, τῶν δὲ ποιοτήτων δημιυργὸς ὁ Θεός, ποιότητες δὲ τὰ κακὰ, τῶν κακῶν ἔςαι ποιητὴς ὁ Θεός· ἐμοὶ δὲ ψεῦδος δοκεῖ, τὴν ὕλην ἄποιον λέγειν, ὐ δὲ γὰρ ἔνεςιν εἰπεῖν περὶ τῆς τινος ὐσίας, ὡς ἔςιν ἄποιος. ἀλλὰ μὲν, καὶ ἐν ᾧ ἄποιον εἶναι λέγεις, τὴν ποιότητα αὐτῆς εἶναι μηνύεις, ὁποία ἐςὶν ἡ ὕλη διαγραφόμενος· ὅπερ ἐςὶ ποιότητος εἶδος. ὅθεν, εἴ σοι φίλον ἐςὶν, ἄνωθεν ἄρχυ τῦ λόγου· ἐμοὶ γὰρ ἡ ὕλη ποιότητας ἀνάρχως ἔχειν δοκεῖ· ὕτω γὰρ καὶ τὰ κακὰ, ἐκ τῆς ἀποῤῥοίας αὐτῆς εἶναι λέγω, ὦ φίλε. ΟΡΘΟΔ· Εἰ ἔμποιος ἦν ἀνάρχως ἡ ὕλη, τίνος (ἄρα) ἔςαι ποιητὴς ὁ Θεός; εἴτε γὰρ ὐσίας ἐροῦμεν, προεῖναι φαμέν. εἴτε αὖ ποιότητας, καὶ ταύτας ὑπάρχειν λέγομεν· ὐκῦν ὐσίας τε ὔσης, καὶ ποιοτήτων, περιττὸν εἶναι μοι δοκεῖ, δημιυργὸν λέγειν τὸν Θεόν. ἀλλὰ ἀπόκριναι ἐρωτώμενος· τίνι τρόπῳ δημιυργὸν εἶναι φῂς τὸν Θεόν; πότερον, ὅτι τὰς ὐσίας ἔτρεψεν ἐκείνας, εἰς τὸ μηκέτι ὑπάρχειν, αἵπερ ἦσαν ποτέ· ἢ ὅτι τὰς μὲν οὐσίας ἐφύλαξε, τὰς δὲ ποιότητας τύτων ἔτρεψε; ΟΥΑΛ. Οὔτι μοι δοκεῖ ἀλλαγὴν ὐσιῶν γεγονέναι, ἀλλὰ μόνον ποιοτήτων καθ' ἃς δημιυργὸν εἶναι λέγομεν τὸν Θεόν, καὶ ὥσπερ εἰ τύχοι λέγειν ἐκ λίθων οἰκίαν γεγονέναι, ἐφ' ὧν ὐκ ἔνεςιν εἰπεῖν, ὡς ὐκέτι λίθοι μένουσι τῇ οὐσίᾳ, οἰκία λεγόμενοι οἱ λίθοι· τῇ γὰρ ποιότητι τῆς συνθέσεως, τὴν οἰκίαν γεγονέναι φημί· ὕτω μοι δοκεῖ, καὶ τὸν Θεὸν, ὑπομενύσης τῆς οὐσίας τροπήν τινα τῶν ποιοτήτων αὐτῆς πεποιηκέναι, καθ' ἣν, τὴν τοῦδε τῦ κόσμυ γένεσιν πρὸ τῦ Θεοῦ γεγονέναι φημί. ΟΡΘΟΔ. Πότερον ϛ σοὶ δοκεῖ τὰ κακὰ ποιότητας ὐσιῶν εἶναι. ΟΥΑΛ. Δοκεῖ. ΟΡΘΟΔ. Α'νωθεν δὲ ἦσαν αἱ ποιότητες αὗται ἐν τῇ ὕλῃ, ἢ ἀρχὴν ἔσχον τῦ εἶναι. ΟΥΑΛ. Συνεῖναί φημι ἀγενήτως τῇ ὕλῃ ταύτας δὴ τὰς ποιότητας· ΟΡΘΟΔ. Οὐχὶ δὲ τὸν Θεὸν φῂς τροπήν τινα τῶν ποιοτήτων πεποιηκέναι; ΟΥΑΛ. Τῦτό φημι. ΟΡΘ. Εἰς τὸ κρεῖττον; ΟΥΑΛ. Εμοὶ δοκεῖ. ΟΡΘΟΔ. Οὐκῦν εἰ ποιότητας ὕλης τὰ κακὰ τὰς δὲ ποιότητας αὐτῆς εἰς τὸ κρεῖττον ἔτρεψεν ὁ Θεός· πόθεν τὰ κακὰ ζητεῖν ἀνάγκη. ἢ γὰρ πᾶσαι, κακαὶ οὖσαι, ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐτράπησαν· ἢ αἱ μὲν ὖσαι κακαὶ, αἱ δὲ μή. αἱ μὲν κακαὶ οὐκ ἐτράπησαν ἐπὶ τὸ κρεῖττον· αἱ δὲ λοιπαὶ, ὅσαι διάφοροι ἐτύγχανον, τῆς διακοσμήσεως ἕνεκα, πρὸς Θεῦ ἐτράπησαν. ΟΥΑΛ. Οὕτως ἄνωθεν εἶχον ἐγώ. ΟΡΘΟΔ. Πῶς τοίνυν τὰς τῶν φαύλων ποιότητας, ὡς εἶχον, καταλελοιπέναι λέγεις. πότερον, δυνάμενον μὲν ἐκείνας ἀνελεῖν· ἢ βουληθέντα μὲν, μὴ δυνάμενον δέ; εἰ μὲν γὰρ δυνάμενον λέγεις, μὴ βυληθέντα δὲ [1] αὐτὸν αἴτιον τύτων· ὅτι δυνάμενος ποιῆσαι μὴ εἶναι κακὰ, συνεχώρησεν αὐτὰ μένειν ὡς ἦν· καὶ μάλιςα ὅτε δημιυργεῖν τὴν ὕλην ἤρξατο

[1] ἀλ. αὐτὸν τούτων ποιητὴν, ἀνάγκη:

ξατο· εἰ γὰρ μηδὲ ὅλως ἔμενεν αὐτῷ τῆς ὕλης. οὐκ ἂν αἴτιος ἦν, ὧν συνεχώρησε μένειν. ἐπεὶ δὲ μέρος μέν τι αὐτῆς δημιουργεῖ, μέρος δέ τι αὐτῆς ἐᾷ, δυνάμενος κἀκεῖνο τρέπειν εἰς τὸ κρεῖττον· αἴτιός μοι τῶν κακῶν (δοκεῖ) καταλιπὼν μέρος ὕλης πονηρόν. ἐπ' ὀλέθρῳ οὖν ἐδημιούργησε μέρους ἀλλὰ μὲν καὶ τὰ μέγιστα, κατὰ τοῦτο, τοῦτο τὸ μέρος ἠδικῆσθαί μοι δοκεῖ, ὅπερ κατεσκεύασε τῆς ὕλης μέρος, ἀντιλαμβανόμενον τὰ ἐκ τῶν κακῶν. πρὶν γὰρ αὐτὴν [1] διακοσμηθῆναι, τὸ μηδὲ αἰσθάνεσθαι τῶν κακῶν, παρῆν αὐτῇ, νῦν δὲ, ἕκαστον τῶν μερῶν αὐτῆς, αἴσθησιν λαμβάνει τῶν κακῶν. καὶ μοὶ ἐπ' ἀνθρώπου λάβε τὸ παράδειγμα. πρὶν (γὰρ) ζῶον γένηται, ἀναίσθητον ἦν τῶν κακῶν. ἀφ' οὗ δὲ εἰκονισθὲν, ἄνθρωπος πρὸς Θεοῦ γίνεται, τότε καὶ τὴν αἴσθησιν τοῦ προπελάζοντος κακοῦ προσλαμβάνει. καὶ τοῦτο ὅπερ ἐπεὶ εὐεργεσίᾳ τῆς ὕλης πρὸς Θεοῦ γεγονέναι λέγεις, εὑρίσκεται μᾶλλον ἐπὶ τῷ χείρονι προσγενόμενον αὐτῇ. εἰ δὲ μὴ δύνασθαι παῦσαι τὸν θεὸν τὰ κακὰ φῂς· τὸ δὲ ἀδύνατον. ἤτοι τῇ φύσει ἀσθενῆ ὑπάρχειν ἐστὶν, ἢ τῷ νικᾶσθαι τῷ φόβῳ δεδουλωμένον πρὸς τινὸς κρείττονος· ὅρα ὁποῖον τοῦτον προσάπτειν ἐθέλοις τῷ παντοκράτορι καὶ ἀγαθῷ Θεῷ. ἀλλὰ πάλιν περὶ τῆς ὕλης ἀπόκρινε· πότερον ἁπλῆ τις ἐστὶν ἡ ὕλη, ἢ σύνθετος; εἰ γὰρ ἁπλῆ τις ἐτύγχανεν ὕλη καὶ μονοειδὴς, σύνθετος δὲ ὁ κόσμος, καὶ ἐκ διαφόρων οὐσιῶν συνεστώς ἐστιν· ἀδύνατον τοῦτο ἐξ ὕλης γεγονέναι λέγειν· τῷ τὰ σύνθετα, μὴ οἷόν τε ἐξ ἑνὸς ἀποίου τὴν σύστασιν ἔχειν. τὸ γὰρ σύνθετον, ἁπλῶν τινων μίξιν μηνύει. εἰ δ' αὖ πάλιν σύνθετον λέγεις τὴν ὕλην, πάντως ἐξ ἁπλῶν συνετέθη. καὶ ἦν ποτε καθ' ἑαυτὰ ἁπλᾶ· ὧν συντεθέντων, γέγονεν ἡ ὕλη· τὰ δὲ σύνθετα, ἐξ ἁπλῶν τὴν σύστασιν ἔχει. ἦν ποτε καιρὸς ὅτε ὕλη οὐκ ἦν. τουτέστι πλὴν τὰ ἁπλᾶ συνελθεῖν, εἰ δὲ ἦν ποτε καιρὸς, ὅτε [2] ὕλη οὐκ ἦν· οὐκ ἦν δέ ποτε καιρὸς ὅτε ἀγένητον οὐκ ἦν, οὐκ (ἄρα ἔσται) ἀγένητος ἡ ὕλη. τὸ δ' ἐντεῦθεν, (ἄρα ἔσται) πολλὰ τὰ ἀγένητα. εἰ γὰρ ἦν ἀγένητος ὁ Θεὸς, ἦν δὲ ἀγένητα καὶ τὰ ἁπλᾶ, ἐξ ὧν ἡ ὕλη συνετέθη· οὐκ ἄρα (ἔσται) δύο καὶ μόνα τὰ ἀγένητα. ἵνα [3] παρήσω τὸ ἐπιζητῆσαι, τί ὄντα ἐστὶν ἁπλᾶ ὕλη, ἢ εἶδος; πολλὰ γὰρ καὶ οὕτως ἄτοπα ἀκολουθήσειαν· δοκεῖ δέ σοι μηδὲν τῶν ὄντων, αὐτὸ ἑαυτῷ ἀντικεῖσθαι; ΟΥΑΛ. Δοκεῖ. ΟΡΘΟΔ. Ἀντίκειται δὲ τῷ πυρὶ τὸ ὕδωρ. καὶ τῷ φωτὶ τὸ σκότος· καὶ τῷ ψυχρῷ τὸ θερμόν· καὶ τῷ ξηρῷ τὸ ὑγρόν. ΟΥΑΛ. Οὕτως ἔχειν [4] μὴ δοκεῖ· ΟΡΘΟΔ. Οὐκοῦν εἰ μηδὲν τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτῷ αὐτίκειται, ἀλλήλοις δὲ ταῦτα αὐτίκειται· οὐκ ἔσονται ὕλη μία, οὐδὲ μὲν ἐξ ὕλης μιᾶς. πάλιν δὲ πυθέσθαι βούλομαι· δοκεῖ σοι τὰ μέρη μὴ ἀναιρετικὰ ἀλλήλων εἶναι: ΟΥΑΛ. Δοκεῖ. ΟΡΘΟΔ. Εἶναι δὲ τῆς ὕλης μέρος· τό, τε πῦρ, καὶ τὸ ὕδωρ, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ λοιπά; ΟΥΑΛ. Οὕτως ἔχω. ΟΡΘ, Τί δὲ, οὐ δοκεῖ σοι ἀναιρετικὸν μὲν εἶναι τοῦ πυρὸς τὸ

ὕδωρ

1 ἄλ. διακριθῆναι.
2 ἀγένητος
3 ἄλ. παρήσατο:
4 γρ. μοι.

dicatur: quod potuerit efficere, ut non eſſent mala; & tamen illa, ut erant, eſſe permiſerit, idque maxime, poſtquam coepiſſet materiam formare. Siquidem enim nullam prorſus eius rationem habuiſſet, videri potuiſſet non auctor eorum, quae permiſit manere. Poſtquam autem, partem quidem materiae format, & perficit; partem negligit; quum & illam poſset in melius mutare; mihi videtur malorum cauſsa, qui partem materiae malam reliquerit. Alteram ergo partem in huius exitium formavit. Imo & in hoc maxime, partem hanc materiae, quam diſpoſuit, quaeque iam percipiat malorum incommoda, iniuria adfecerit. O. Antequam enim ornatum reciperet, nullus ei aderat malorum ſenſus, nunc vero ambae partes malum ſentiunt. Sit tibi ab homine exemplum. Priuſquam enim fieret animal, omni prorſus malorum ſenſu vacabat. Ex quo autem effictus homo, formatuſque imagine efficitur a Deo, etiam incumbentis mali accipit ſenſum. Atque adeo, quod materiae, in beneficii partem, a Deo collatum dicis, potius ad exitium acceſſiſſe deprehenditur. Si vero dicas, non potuiſſe a Deo aboleri mala: quum eiuſmodi impoſſibilitas, aut natura imbecillum arguat, aut timore vincente, fortiori alicui mancipatum; vide utrum horum, omnipotenti, & bono Deo, velis adſcribere. Porro iterum, propoſitae circa materiam quaeſtioni reſponde. Eſtne materia ſimplex, an compoſita? Nam ſi materia ſimplex fuit, & uniformis; quum mundus compoſitus ſit, & ex diverſis ſubſtantiis conſtet; non poteſt dici factus ex materia, quod non poſsint, quae ſunt compoſita, uno aliquo informi, ac non quali, conſtitui. Compoſitum enim ſimplicium aliquorum mixtionem indicat. Quod ſi iterum materiam dicas quid compoſitum; omnino debuit ex ſimplicibus componi; erantque olim ſeparata ſimplicia, quorum compoſitione facta eſt materia; compoſita autem, ſimplicibus conſtituuntur: erat plane quum materia non erat: prius nimirum quam ſimplicia coirent. Quod ſi erat quandoque, quum materia non erat; nunquam vero fuit, quum ingenitum non eſſet; non ergo materia ingenita eſt. Porro ſequitur, ut admittenda ſint plura ingenita. Nam ſi Deus erat ingenitus, erantque ſimplicia illa, quibus materia compoſita fuit, ingenita: plane non erunt amplius duo, & ſola ingenita, ut praetermittam quaerere, quid fuerint illa ſimplicia; num materia, an forma? Nam hinc etiam ſequentur multa abſurda; ſed & hoc quaero: Num videtur, nihil in rebus ſibi ipſum eſse contrarium? VAL. Videtur. ORTH. Atqui igni contraria eſt aqua, & luci tenebrae, & frigido calidum, & arido humidum. VAL. Mihi ita videtur. ORTH. Ergo ſi nulla res ſibi ipſa contraria eſt; haec autem ſibi repugnant: non ergo erunt ſola materia, imo neque ex materia ſola. Rurſum vero velim audire: Num putas partes

non

non seipsas interimere? VAL. Puto. ORTH. Num vero existimas, ignem & aquam, ac similiter reliqua, esse partes materiae. VAL. Ita existimo. ORTH. Quid vero? Non videtur tibi aqua lethalis igni, luxque tenebris, & alia, si qua sunt his similia? VAL. Videtur. ORTH. Si ergo partes, minime sibi invicem exitio sunt; haec autem se mutuo perimunt; sequitur, ut non sint invicem partes; si autem non sint invicem partes, neque unius materiaepartes fuerint. Imo neque erunt materia, quod nihil sibi ipsi exitio sit, & contrarium. Quum ergo ita se habeant opposita, patet inde ea non esse materiam. Atque de materia satis dictum sit. Veniendum autem est ad malorum disquisitionem, necessarioque excutienda sunt mala hominum. Quaero igitur: Mala hominum, suntne species mali, an partes? Si species; non erit ergo aliud, praeter haec, subsistens malum, eo quod genera in speciebus inveniantur, & subsistant. Quod si ita habet, erit sane malum aliquid procreatum: sic enim species, quae sint, factum aliquid ostendunt: puta, homicidium, adulterium, & his similia. Sin autem malueris, esse partes alicuius mali: quum illae sint quid factum; plane fit necessum, ut & illud sit quid factum. Quorum enim partes sunt quid factum, etiam ipsa similiter necessario eiusmodi sunt: nam totum constat partibus. Ac totum quidem non erit, partibus non exsistentibus: partes vero aliquae erunt; quamquam totum desideretur. Nullius autem rei pars altera genita est, altera ingenita. Sin vero hoc etiam orationi dedero; haud tamen negari potest, fuisse quando malum non integrum esset: hoc est, antequam Deus materiam formaret. Postquam Deus hominem creavit, iam integritatem recipit. Nam homo, partium mali auctor est: eoque, Deus qui condidit, auctor fuerit integritatis mali; quod impium dictu sit. Si vero neutrum horum malum dixeris esse, sed alicuius malam actionem: tum genitum, ac quid factum ipsum doces. Quod enim alicuius actio est, initium essendi acceptum habet. Ad haec, nullum praeterea aliud malum adsignare potes. Quam enim aliam actionem, praeter id quod committunt homines, adsignare habueris? Nam quod is, qui operatur, non sit ipse malum, secundum rationem substantiae, sed secundum ipsam mali operationem, iam ostensum fuit. Nam nihil est malum natura, sed usu fiunt mala, quae mala sunt. Quippe dico, inquit (Methodius) creatum hominem liberi arbitrii, non velut malo aliquo iam exsistente, cuius eligendi, si vellet, potestatem haberet: sed propter concessam facultatem, obsequendi Deo, vel non obsequendi. Hoc enim sibi tunc volebat, ac erat, liberum arbitrium. Porro, creatus homo praeceptum a Deo accipit; tumque hinc malum incipit. Non enim paret divino mandato; idque & solum malum erat, inobedientia, quae esse coepit.

ὕδωρ, τȣ̃ δὲ σκότους τὸ φῶς, ϗ τἄλλα, ὅσα τȣ́τοις παραπλήσια; ΟΥΑΛ. Δοκεῖ. ΟΡΘΟΔ. Οὐκȣ̃ν, εἰ τὰ μέρη οὐκ ἔςιν ἀλλήλων ἀναιρετικὰ, ταῦτα δὲ [1] ἀναιρετικὰ τυγχάνει οὐκ (ἄρα) ἔςαι ἀλλήλων μέρη. εἰ δὲ οὐκ ἔςαι ἀλλήλων μέρη, οὐκ ἔσονται ὕλης μιᾶς. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἂν ἔσονται ὕλη, τῷ μηδὲν τῇ τῶν ὄντων, αὐτὸ ἑαυτȣ̃ς ἀναιρετικὸν εἶναι ȣ̃τως. ȣ̃ν τῶν ἀντικειμένων ἐχόντων, τὸ μὴ εἶναι τὴν ὕλην δέικνυται περὶ μὲν τῆς ὕλης, αὐτάρκως ἔχει, ἐπὶ δὲ τὴν τῶν κακῶν ἐξέτασιν ἔρχεσθαι δεῖ, ϗ ἀναγκαίως ἀναζητεῖν τὰ παρ' ἀνθρώποις. τὰ παρὰ ἀνθρώποις κακὰ, πότερον εἴδη τυγχάνει κακοῦ, ἢ μέρη; εἰ γὰρ εἴδη οὐκ [ἄρα] ἔςαι ἕτερον παρὰ ταῦτα τὸ κακὸν καθ' ἑαυτό· τῷ τὰ γένη ἐν ταῖς εἴδεσιν ἐξετάζεσθαι, ϗ ὑφεςάναι. εἰ δὲ τοῦτο γενετὸν (ἄρα) ἔςαι τὸ κακόν. τὰ γὰρ εἴδη γενητὰ ὄντα δείκνυται. οἷον φόνος, ϗ μοιχέια, καὶ τὰ τȣ́τοις παραπλήσια. εἰ δὲ μέρη τινὸς κακȣ̃ ταῦτα εἶναι ἐθέλοις, ἔςι δὲ ταῦτα γενητὰ· ἀνάγκη κἀκεῖνο γενητὸν ὑπάρχειν. ὧν γὰρ τὰ μέρη γενητὰ, ταῦτα ὁμοίως ἐξ ἀνάγκης ἐςὶ γενητά. τὸ γὰρ ὅλον, ἐκ μερῶν συνέςηκε, ϗ τὸ μὲν ὅλον οὐκ ἔςαι, μὴ ὄντων μερῶν· [2] ἔςαι δέ τινα τῶν μερῶν, κἂν μὴ τὸ ὅλον παρῇ· οὐδενὸς δὲ τῶν ὄντων, μέρος μέν ἐςι γενητὸν, μέρος δὲ ἀγένητον· εἰ δὲ καὶ τȣ̃το συγχωρήσαιμι τῷ λόγῳ, ἦν ποτε τὸ κακὸν, ὅτε ὁλόκληρον οὐκ ἦν. τουτέςι πρὶν δημιȣργῆσαι τὴν ὕλην τὸν Θεόν· τότε δὲ ὁλόκληρον γίνεται, ὅτε πρὸς Θεȣ̃ γέγονεν ἄνθρωπος. τῶν γὰρ μερῶν τȣ̃ κακοῦ, ἄνθρωπος ὑπάρχει ποιητής. καὶ τὸ ἐντεῦθεν, ὁλόκληρον εἶναι τὸ κακὸν, αἴτιος [3] ἔςαι δημιουργήσας ὁ Θεὸς, ὅπερ ἀσεβές· εἰ δ' οὐδ' ὁπότερον τούτων λέγεις τὸ κακὸν, πρᾶξιν δέ τινος [4] κακȣ̃ εἶναι λέγεις, γενητὸν αὐτὸν ὑπάρχειν μηνύεις. ἡ γὰρ τȣ̃ τινος πρᾶξις, ἀρχὴν τȣ̃ εἶναι λαμβάνει. πρὸς δὲ τούτοις, ȣ̉δὲν ἕτερον παρὰ ταῦτα κακὸν εἰπεῖν ἔχεις. ποίαν γὰρ πρᾶξιν ἑτέραν, παρὰ [5] τὸ ἐν ἀνθρώποις δεικνύειν ἔχεις; ὅτι γὰρ ὁ ἐνεργῶν, ȣ̉ κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον ὑπάρχει κακία, ἀλλὰ κατ' αὐτὸ τὸ ἐνεργεῖν τὸ κακὸν, ἤδη δέδεικται, ὅτι τῇ φύσει, κακὸν οὐδέν ἐςιν, ἀλλὰ τῇ χρήσει γίνεται κακὰ τὰ κακά. ὅτι αὐτεξȣ́σιόν, φησι, γεγονέναι φημὶ τὸν ἄνθρωπον, οὐκ ὡς προϋποκειμένου τινὸς ἤδη κακȣ̃, ȣ̃ τὴν ἐξουσίαν εἰ βούλοιτο, τȣ̃ ἑλέσθαι ἄνθρωπος ἐλαμβάνεν, ἀλλὰ [6] τὴν τȣ̃ ὑπακούειν (τῷ Θεῷ, ϗ μὴ ὑπακούειν) [7] αἴτιον μόνον ἦν. τȣ̃το γὰρ τὸ αὐτεξούσιον ἐβȣ́λετο τότε. ϗ γενόμενος ἄνθρωπος ἐντολὴν λαμβάνει παρὰ τȣ̃ Θεȣ̃. ϗ ἐντεῦθεν ἤδη τὸ κακὸν ἄρχεται. οὐ γὰρ πέιθεται τῷ θείῳ προςάγματι· ϗ τȣ̃το καὶ μόνον ἦν τὸ κακὸν, ἡ παρακοὴ, ἥτις [8] τȣ̃ εἶναι ἤρξατο.

ME- ME-

1 ἀλ. συναιτικά.
2 ἀλ. ἄρα δέ.
3 ἀλ. ἄρα.
4 ἀλ. κακόν.
5 ἀλ. τοδ.
6 ἴσ. λειπ. διά.
7 γρ. αἰτίαν μόνην· ἢ καὶ, αἴτιον δύναμιν.
8 ἀλ. αὐτοῦ.

ΜΕΘΟΔΙΟΥ

ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ

αὐτεξουσίου.



Νθρωπος γὰρ προσέλαβεν ἐξουσίαν ἑαυτὸν δουλαγωγῶν, οὐκ ἀνάγκῃ τῆς φύσεως κρατούμενος, οὐδὲ τῆς δυνάμεως [1] ἀφαιρούμενος ὅπερ αὐτῷ κρεῖττον. οὗ ἕνεκα κεχαρίσθαι φημί· ἵνα τι πλέον ὧν ἔχει προσλάβῃ, ὅπερ αὐτῷ παρὰ τοῦ κρείττονος ἐκ τῆς ὑπακοῆς προσγίνεται, καὶ ὡς ὀφειλὴν ἀπαιτεῖται παρὰ τοῦ πεποιηκότος. οὐ γὰρ ἐπὶ βλάβῃ τὸν ἄνθρωπον γεγονέναι φημί· ἕνεκα δὲ τῶν κρειττόνων. εἰ γὰρ ὡς ἕν τι γέγονε τῶν στοιχείων, ἢ τῶν ὁμοίως δουλευόντων Θεῷ οὐκ ἔτι μισθὸν ἄξιον τῆς προαιρέσεως λαμβάνει, ἀλλ' ὥσπερ ὄργανον ἂν ἦν τοῦ δημιουργοῦ, τὴν ἐφ' οἷς οὐ καλῶς ἔπραξεν, ἀλόγως μέμψιν ὑπομένων. τούτων γὰρ αἴτιος ἦν ὁ χρώμενος· ἀλλ' οὐδὲ τὸ κρεῖττον ἄνθρωπος ἠπίστατο, μὴ τὸν αἴτιον εἰδώς· ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον εἰς ὃ πέφυκεν εἶναι. φημὶ τοιγαροῦν τὸν Θεὸν οὕτω τὸν ἄνθρωπον τιμῆσαι προαιρούμενον, καὶ τῶν κρειττόνων ἐπιστήμονα γίνεσθαι, τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ τοῦ δύνασθαι ποιεῖν ἃ βούλεται, δεδωκέναι· καὶ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ εἰς κρεῖττον παραινεῖν, οὐκ ἀφαιρούμενον πάλιν τὸ αὐτεξούσιον, ἀλλὰ τὸ κρεῖττον μηνύειν θέλοντα. τὸ μὲν γὰρ δύνασθαι πάρεστιν αὐτῷ· καὶ τὴν ἐντολὴν λαμβάνει· τὴν δὲ τοῦ δύνασθαι προαίρεσιν, εἰς τὸ κρεῖττον τρέπειν ὁ Θεὸς παραινεῖ. ὥσπερ γὰρ πατὴρ παιδὶ παραινεῖ, ἐξουσίαν ἔχοντι ἐκμανθάνειν τὰ μαθήματα, καὶ μᾶλλον ἔχεσθαι τῶν μαθημάτων, ὅτι κρεῖττον τοῦτο μηνύων, οὐ τὴν τοῦ δύνασθαι τοῦ παιδὸς ἐξουσίαν ἀφαιρεῖ, κἂν μὴ ἑκὼν μανθάνειν βούληται. οὕτω μοι καὶ τὸν Θεὸν, οὐ δοκεῖ προτρέποντα τὸν ἄνθρωπον πείθεσθαι τοῖς προστάγμασιν, ἀφαιρεῖν αὐτὸν τὴν ἐξουσίαν, τῆς προαιρέσεως τοῦ δύνασθαι, καὶ μὴ ὑπακούειν τοῖς [2] πράγμασι. καὶ γὰρ τὴν ἀρχὴν τοῦ οὕτως παραινεῖν, ὅτι μὴ ἀφεῖλε τὴν ἐξουσίαν μηνύει· προστάττει δὲ, ἵνα τῶν κρειττόνων ἄνθρωπος ἀπολαύειν δυνηθῇ. τοῦτο γὰρ ἕπεται τῷ πεισθῆναι τῷ τοῦ Θεοῦ προστάγματι. ὥστε οὐκ ἵνα τὴν ἐξουσίαν ἣν δέδωκεν ἀφέλῃ, προστάττειν βούλεται· ἀλλ' ἵνα κρεῖττον δωρήσηται, ὡς ἀξίῳ μειζόνων τυχεῖν, ἀνθ' ὧν ὑπήκουσε τῷ Θεῷ, καὶ τὴν τοῦ μὴ ὑπακούειν ἐξουσίαν ἔχων. φημὶ ἄνθρωπον γεγονέναι (αὐτεξούσιον,) οὐχ ὡς προϋποκειμένου τινὸς ἤδη κακοῦ, οὗ τὴν ἐξουσίαν τοῦ ἑλέσθαι, εἰ βούλοιτο, ὁ ἄνθρωπος ἔλαβε....... ἀλλὰ τὴν τοῦ ὑπακούειν τῷ Θεῷ καὶ μὴ ὑπακούειν αἰτίαν μόνην. τοῦτο γὰρ τὸ αὐτεξούσιον ἐβούλετο· καὶ γενόμενος ὁ ἄνθρωπος, ἐντολὴν λαμβάνει παρὰ τοῦ Θεοῦ: καὶ ἐντεῦθεν ἤδη τὸ κακὸν ἄρχεται. οὐ γὰρ πείθεται τῷ θείῳ προστάγματι· καὶ τοῦτο, καὶ μόνον τὸ κακὸν, ἡ παρακοή. ἥ τις τοῦ εἶναι ἤρξατο. οὐδὲ γὰρ ἀγε-

1 γρ. ἀφαιρουμένης.
2 Tur. προστάσι. ἴσ. προστάγμασι.

METHODII

EX LIBRO

De libero arbitrio.



omo enim potestatem accepit, ut se ipse servituti addiceret, non vincente necessitate naturae, neque facultatem auferente, quod erat melius; cuius etiam gratia, dico fuisse concessam, ut nimirum accessio aliqua, bonis prioribus fieret, quod ei ex obedientia a meliori accedit: &, ut debitum, exigitur ab auctore. Non enim dico, fuisse creatum hominem in interitum, sed propter meliora. Nam si factus esset, velut aliquod de elementis, sive aliis sic insensate servientibus Deo, non iam proposito dignam mercedem reciperet, sed esset velut auctoris instrumentum, alienae a ratione, ob male gesta, reprehensioni obnoxius. Causa enim horum, esset utens. Imo neque quod est melius homo cognosceret, nisi illius cognovisset auctorem; sed illud tantum, ad quod esse natus est. Quare dico, quum Deus hominem honorare, & scire eum meliora vellet, dedit ei potestatem, qua posset facere, quae vellet, eiusque potestatem ad meliora hortatur: non quod rursus auferat potestatem liberam, quam dedit; sed tanquam, quod melius est, declarare velit. Habet siquidem potestatem, & mandatum accipit: Deus autem admonet, ut homo voluntatem, qua potest, in bonum inflexerit. Vt enim, quum pater puerum, alioqui habentem facultatem, ad perdiscendas disciplinas, & magis earum studio adhaerescendum, hortatur, declarans esse ei id melius; non privat puerum potestate, quam habet; quanquam is nolit libens discere. Ita & Deum, quum hominem hortatur, ut mandatis pareat, haudquaquam arbitror, voluntatis potestatem auferre, qua is possit etiam non obedire mandatis. Nam & id caussae ostendit, cur ita hortetur, quod potestatem non abstulerit. Praecipit autem, ut homo potiora consequi possit. Quod quis enim, divino praecepto obsequatur, eiusmodi praemium excipit. Quamobrem non vult dare praeceptum, ut auferat potestatem, quam dedit; sed ut melius aliquid donet, tanquam digno, qui meliora adipiscatur, quia paruit Deo, quum alioqui potestatem non parendi haberet. Dico autem factum hominem liberum, non velut malo aliquo iam exsistente, cuius eligendi, si vellet, potestatem acceperit: sed propter concessam facultatem, qua pareret, vel non pareret, praecipienti Deo. Est hoc enim, in quo erat posita facultas arbitrii. Creatus autem homo, praeceptum a Deo accipit: iamque inde inchoat malum: nam non paret divino praecepto: hocque, & unum, malum erat, inobedientia, quae tunc incepit. Ne quis enim eam dixe-

dixerit ingenitam, genito & creato, eo qui fecit. Prorsus vero quaeres, unde haec inobedientia. Enimvero perspicue in Scriptura positum est. Quare etiam nego, talem a Deo fuisse creatum hominem: dico vero, id ipsi doctrina quadam accidisse. Non enim homo acceperat talem naturam. Nam hoc posito, ipsa natura sic comparata, haudquaquam oportuisset illud per doctrinam accedere. Porro est qui voce divina, ac ceu ex oraculo, hominem, *mala didicisse*, dicat. Dico ergo didicisse non obedire Deo. Hoc enim & solum est malum illud, quod fit praeter divinam voluntatem. Non enim homo malum addiscit secundum se. Qui ergo malum docet, draco est &c.

ἀγένητον ταύτην τις εἰπεῖν ἔχει, τῦ ποιήσαντος αὐτὴν ὄντος γενητῦ, πάντως δὲ, πόθεν τῦτο τὸ παρακῦσαι ἐρωτήσεις. ἀλλὰ κεῖται σαφῶς ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ ὅθεν οὐδὲ τοιῦτον τὸν ἄνθρωπον πρὸς τῦ Θεῦ γεγονέναι φημί· κατὰ δὲ τήν τινα διδασκαλίαν τῦτο πεπονθέναι λέγω. οὐδὲ γὰρ τοιαύτην φύσιν εἰληφὼς ὁ ἄνθρωπος. εἰ γὰρ ὕτως εἶχεν, οὐκ ἂν αὐτῷ κατὰ διδασκαλίαν τῦτο προσεγίνετο, τῆς φύσεως αὐτῆς ὕτως ἐχύσης. λέγει δή τις θείᾳ φωνῇ μεμαθηκέναι τὸν ἄνθρωπον . . . . . .[1] διδάσκεσθαι ῦν φημὶ τὸ παρακύειν Θεῦ· τῦτο γὰρ κ̀ μόνον ἐςὶ τὸ κακὸν, ὃ παρὰ τὴν τῦ Θεῦ προαίρεσιν γίνεται· οὐ γὰρ ἂν καθ' ἑαυτὸ τὸ πονηρὸν ὁ ἄνθρωπος διδάσκεται. ὁ διδάσκων τοίνυν τὸ κακὸν, ἐςὶν ὁ δράκων, καὶ τὰ ἑξῆς. Λείπει.

3 Hier. 13. μεμαθηκότες τὰ κακά.

Et haec quidem addita sint ad D. Methodii *libri* De libero arbitrio *supplementum*. Si autem gloriolam, ut plerique omnes facere amant, captare voluissem, quum saepe in iis libris, quos ipse vertit, Graeca verba correxerim, & restituerim, meas emendationes, aut coniecturas, in ora paginae, ut etiam *Meursius* fecit, adnotare potuissem; verum id facere supersedi, & quod gloriae animal, & popularis aurae vile mancipium esse detrectem; & quod doctis, eruditisque, viris scripserim, qui facile ex mea interpretatione intelligent, quomodo Graeca verba legerim, & qua ductus fuerim coniectura perspicient. *Theophylacti* Epistolae inter sacras, aut Ecclesiasticas Commentationes locum habere possunt; nam & in Bibliotheca Patrum editae sunt; & Scriptorem Ecclesiasticum illustrem auctorem habent. Ideo lubenter eas aliis sacris Commentationibus hoc Volumine conclusis adieci. Haud inutile & abs re fore arbitror, quae de hisce Epistolis *Io. Alb. Fabricius* in sua *Bibliothecae Graecae Tom. VI. pag.* 285. habet, heic referre: *Epistolae LXXV. quas e MS.* Bibliothecae Mediceae *descriptas ab* Andrea Schotto *accepit*, *& primus cum castigationibus suis Graece edidit* Ioannes Meursius *Lugduni Batavorum* 1617. 4. *Latine convertit* Vincentius Marinerius *Valentinus*, *cuius versio in Bibliotheca Patrum Coloniae* 1622. *Tom. XV. edita*, *& Lugduni Tom. XVIII. pagina* 533. *recusa*, *hinc inde obscurior est*, *& emendatione indiget*, *ut Epistola statim prima* ψαρῶν *redditur* pharorum *pro* sturnorum. *Et Epistola secunda*: sed si hoc in illud aliud πρὸς ἐκεῖνον, *pro* adversus illum alterum. *Epistolas Theophylacti LIX. e Codice* Bibliothecae Vaticanae *verterat Latine* Sirmondus, *teste* Baronio *ad A. Ch.* 1071. *num.* 15. *& ex illis nonnulla adfert idem num.* 16.-22. *quae in* Meursianis *non leguntur*, *& ad annum* 1073 *num* 83. *seq. At quam dat num.* 90. *seq. ad annum* 1073. *est in Meursianis XXVI. Miror autem a* Baronio *dici Epistolam LXI.*, *quum dixisset universas non plures fuisse quam LIX. itaque alterubi vitium in numeris*, *quod transpositione unarii admitti facile potuit*. . . . .
Meminit praeterea in his Epistolis Chryselii Theodori *Epist. LXXI.* (*quod nomen in duos diversos homines divellit interpres*) Demetrii fratris 16. 39. 56. 61. 71. Gregorii Diaconi 5. Malesobes Episcopi. 32. Lazari *cuiusdam*, *quem perstringit* 41. *&* 43. Medeni 43. Nicolai 19. Paulli *cuiusdam* 16. *&* Petri 27. Pelagonii 3. 32. Psellum *laudat* 15. *&* Sides

des Metropolitam 49. Strombitzes Episcopi *mentio Epist.* 32. Theodosii 37. Tornicii, *quem* γαμβρὸν suum vocat ἐπ' ἀδελφιδῇ *Epist.* 54. *Carminum suorum meminit* Theophylactus *Epistola* 20. *& totius Bulgariae Archiepiscopum se, quum ista scriberet, innuit Epist.* 73. ὁ δὲ πάσης Βυλγαρίας Επίσκοπος, ὃν ὥσπερ ὁρῶσί τε καὶ ἀκούουσιν οἴονται μεδίμνοις ἐκμετρᾶσθαι τὺς χρυσίνυς ἑκάστης ἡμέρας. *Passim quoque* Acridae, *sive* Α'χριδ☉ [1] *ubi sedem suam habuit, in his Epistolis mentio: vide Edit.* Meursii *pag.* 11. 51. 65. 68. *seq.* 75. 77. 91. 97. *seq.* 101. *Laudantur praeterea S.* Gregorius, *&* Basilius *Epistola* 5. *&* 18. Homeri *versus Epistola* 5. 18. 26 55. *Proverbium* ὐκ ὗτω μαργίτης εἰμί. *Epistola* 5. Hesiodus 6. Bacchylides, Simonides, *&* ἡ Βοιωτῦ λύρα, Pindari *nempe* 8. Longini κρίσεις. 18. ὁ σεμνὸς Θυκυδίδης 30. *Proverbium* ὐ φροντὶς ἱπποκλείδῃ, *&* Α'ράβι☉ αὐλητής 41. Empedoclis Συγενῆ ἀνδρόπρωρα 44. Michae *Prophetae locus VII.* 12. 19. *Epist.* 58. λακωνισμός. 62. τὰ τῦ Σταγειρίτυ 71. Atticus Herodis Sophistae *pater* 71. Ptolemaeus Astronomus, Aratus *ibid.* Euripidis *versus* 19. *&* Aristophanis 19. 27. Lysias 19. βίβλ☉ χρυσοσομική, 21. Anacharsidis *dictum ad* Solonem, *Leges aranearum telis conferentis* 24. φραγκικῆς ἀπονοίας ὕφωμα. 26. Atlantis *columnae.* 30. *De* Herodis *Antipatri crudeli consilio, quod paullo ante mortem cepit, refert ex* Iosepho *Epistola* 13. ἄθε☉ Μοάμετ 7. 23. ὁ μὲν ἀθεώτατ☉ Τύρκας 26. *&c.* Hactenus *Fabricius.*

Codices MSS. Bibliothecae Mediceae Laurentianae, in quibus *Theophylacti* Epistolae continentur, sequentes indicantur a praestantissimo Monacho *Bern. Montefalconio* in sua *Biblioth. Bibliothecarum MSS.* Pluteo x. num. XIII. Epistolae XXXVIII. (verè XXXIX. sunt) Pluteo LIX. num. XII. Epistolae LXXVI. sed vere LXXV. quum una duplicata bis repetatur in Codice insigni, & vetusto, ex quo hae Epistolae LXXV. *Theophylacti*, a *Meursio* editae, descriptae fuere eodem ordine, quo iacent in Codice. At quicumque ille fuit qui eas descripsit, certe non videtur quaesivisse, an aliae *Theophylacti* Epistolae in Laurentianae Bibliothecae Codicibus exstarent, & quidem ab descriptis diversae. Nam XXXIX. illarum Epistolarum, quae in Codice XIII. Plutei x. exstant, pleraeque omnes ab aliis iam descriptis, & tamdem editis, differunt; quare operae pretium esse duxi, eas etiam exscribendas curare, & in aliarum Epistolarum calce appendicis loco publici iuris facere, ut nostra haec editio pro virili portione locupletissima evaderet. Nec Graecum tantum contextum exhibuimus, verum Latinam etiam interpretationem, ab erudito, & accurato viro, *Petro Massario*, Sacerdote Florentino, perfectam, e regione adposuimus.

PRO-

1 Α'χρὶς, sive ἡ Α'χριδὸς, ut apud Acropolitam c. 57. τὰ ἐν Α'χριδῷ φρύρια & c. 59. ἐν τοῖς βυνοῖς τῦ Α'χριδῦ. Et c. 67. τὰ περὶ τὴν Α'χρίδα.

PROCOPII GAZAEI SOPHISTAE

IN QVATVOR LIBROS

REGVM ET PARALIPOMENON

SCHOLIA.

VIRIS AMPLISS. ET PRVDENTISSIMIS

GVLIELMO BONTIO, I. C.

VRBIS LEIDENSIS PRAETORI

GERARDO LEONARTIO || HVGONI CODICIO
ANDREAE VESANEVELTIO || IACOBO VERBOMIO

C O N S V L I B V S

IOANNI WEVELINCHOVIO, I. C.

EORVM CONSILIARIO ET SYNDICO

IOANNES MEVRSIVS

DEDICO CONSECROQVE.

Viri Amplissimi, & Prudentissimi:



IV est, quum aliquid urbis huius vestrae Magistratui, quem Vos nunc repraesentatis, dedicare constituerim, & in promtu iusta causa. Nam qui hic viginti annos, mediam aetatis partem, exegissem, merito adfectum loco, Vobis autem observantiam, me debere existimabam. Quam ut nunc testatam facerem, quum Procopium hunc vulgarem, e Bibliotheca mea depromtum, Vos patronos illi dare animum induxi. Et confido, quod officii causa facio, non ingratum etiam fore; quin & aequum esse puto, ut me benevolentia aliqua complectamini. Viginti, ut dixi, in vestra hac urbe annos vixi; decem studiis, decem Academiae vestrae, Professoris munere auctus, operam navans. Interea temporis multi a me Auctores editi, numquam antea vulgati; multi quoque recensiti, & illustrati: tum non paucae lucubrationes meae. Nihil isthic temere iacio; res est nota, & enumerare singula, putidum esset. Quae quum ita sese habeant, fieri non posse existimo, ut non bene mihi velitis, adeo semper exornare Academiam, & cum ea urbem vestram, cupienti. Quam opinionem meam, ut velitis nunc fovere, Procopiumque hunc benigna fronte accipere, valde rogo. Ita fiet, ut placere multo magis deinceps velim, si non displicere intelligam.

Viri Amplissimi, & Prudentissimi, Deum Opt. Max. precor, ut consilia Vobis semper urbi vestrae salutaria largiatur, Vosque incolumes diu servet. Lugduni Batavorum, ad diem XIX. *Iulii* cIↃ. IↃC. XX.

PHOTII PATRIARCHAE CONSTANTINOP. DE PROCOPIO HOC IVDICIVM.

Ἀνεγνώσθησαν Προκοπίου σοφιστοῦ ἐξηγητικαὶ σχολαὶ εἴς τε τὴν Ὀκτάτευχον τῶν παλαιῶν γραμμάτων, καὶ εἰς τὰς Βασιλείας, καὶ δὴ καὶ τὰ Παραλειπόμενα. πολύχους μὲν οὗτος, καὶ πολύστιχος, ὁ ἐξηγητής. πλὴν οὐκ εἰς περιττάς τινας, καὶ ἐξαγωνίους, ἀποδιατρίβων παρεκδομὰς, ἀλλὰ τῷ διαφορὰς δοξῶν περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως ἀναγράφειν πολλάκις. τοῦτο δὲ καὶ προοιμιάζεται εἰς ὄγκον αὐτῷ διαπλαττόμενον, καὶ μάλιστα πρὸς τὴν Θεοδωρήτου σύνοψίν τε καὶ φιλοκαλίαν τὸ σύνταγμα αἴρεται. καὶ εἴη ἂν οἰκειότατόν τε καὶ χρησιμώτατον, εἰ μετὰ τὴν ἐν ἐκείνοις τριβὴν, ἡ περὶ ταῦτα τοῦ ἀνδρὸς τὰ σπουδάσματα σχολὴ διαδέχοιτο. καὶ ἡ φράσις δὲ αὐτῷ εἰς τὸ ἄριστον ἤσκηται, εἰ καὶ ἐξηγητικῆς διατυπώσεως ἔχει τι καὶ κομψότερον.

Ἀνεγνώσθη τοῦ αὐτοῦ φιλοπόνου ἀνδρὸς εἰς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν, τήν τε ὁμοίαν τοῖς προειρημένοις διάθεσιν φυλαττόμενον, καὶ τὴν αὐτὴν τῶν λόγων ἐπιδεικνύμενον δύναμιν. καὶ δῆλον, ὅτι καὶ τὸ λυσιτελοῦν παραπλήσιον.

Lectae sunt Procopii Sophistae Scholae Commentariorum in Octateuchum veteris Testamenti, in libros Regum, & Paralipomena. Diffusus autem est interpres hic, atque prolixus; non quidem propterea, quod in supervacaneas, quaeque ad rem nihil pertineant, egressiones divertat; sed, quod opinionum eadem de re diversitates saepenumero commemoret. Et vero etiam praefatur, hoc a se opus in magnam molem esse adgestum, quod item maxime ad Theodoreti brevitatem, venustatemque, adsurgit; ut aptissimum illud plane sit, atque utilissimum; si, post illud lectum, ad huius etiam viri labores legendos otium contingat. Dictio ab eo est optime quidem exculta, sed comtior aliquanto, quam Commentarii rudiorem formam deceat.


Legimus eiusdem perstudiosi hominis in Esaiam Prophetam Opus, quod similem supra scriptis servat commentandi rationem, eamdemque dicendi vim praefert, pari cum lectoris, ut constat, utilitate.

ΠΡΟ-

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ

ΓΑΖΑΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ

Εἰς τὴν πρώτην τῶν Βασιλειῶν Σχόλια.



ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.



ΠΛεῖστοι προφῆται γεγένηνται, ὧν τὰς μὲν βίβλους οὐχ εὕρομεν, τὰς δὲ προσηγορίας ἐκ τῆς τῶν Παραλειπομένων μεμαθήκαμεν ἱστορίας. τούτων συνέγραψεν ἕκαστος ὅσα συνέβαινε γίνεσθαι κατὰ τὸν οἰκεῖον καιρόν. αὐτίκα γοῦν, καὶ ἡ πρώτη τῶν Βασιλειῶν καὶ παρὰ Ἑβραίοις, καὶ παρὰ Σύροις, Προφητεία Σαμουὴλ ὀνομάζεται. οἱ τοίνυν τὰς Βασιλείας συγγράψαντες, ἐξ ἐκείνων λαβόντες τὰς ἀφορμὰς, μετὰ πλεῖστον συνέγραψαν χρόνον. πῶς γὰρ οἷόντε Σαμουὴλ, τὸν τῷ Σαοὺλ, ἢ καὶ τῷ Δαβὶδ, συνηκμακότα, τὰ μετὰ ταῦτα συγγράψαι μέχρι τῆς τοῦ Ναβουχοδονόσορ τελευτῆς, ὃς αἰχμάλωτον εἰλήφει τὸν Ἰσραήλ; τὰ δὲ τοῖς συναγαγοῦσι παραλειφθέντα. ἕτεροί τινες ἱστοριογράφοι παρέδοσαν, τὸ βιβλίον Παραλειπομένων καλέσαντες.

ΚΕΦ. Α΄.

ΚΑΙ ἐγένετο ἄνθρωπος.) Εἷς τῶν υἱῶν Λευὶ, ἐγένετο Καὰθ πατὴρ δὲ τοῦ Ἰσαὰρ, οὗ ἔκγονος μὲν ὁ Κορὲ, ἀπόγονος δὲ Ἑλκανὰ, τοῦ Σαμουὴλ ὁ πατήρ. ἡ δὲ διαδοχὴ οὕτως. Καὰδ, Ἀμιναδὰβ, Κορὲ, Ἀσὲρ, Ἑλκανὰ, Σοὺφ, Θόου, Ἐλίου, Ἱεραὰμ, Ἑλκανὰ, Σαμουήλ.

ΚΕΦ. Β΄.

Ἐστερεώθη ἡ καρδία μου.) Ἀξιάγαστος τῆς Ἄννας ἡ ὑμνῳδία. οὐ γὰρ μόνον ἐφ' οἷς εἴληφεν ἀνυμνεῖ τὸν δοτῆρα, ἀλλὰ καὶ προφητείᾳ τὸν ὕμνον ἐκέρασε, καὶ τῆς τοῦ παιδὸς μετέλαβε χάριτος. κυήσασα γὰρ ὑποφήτην, προφητεύει μετὰ τὸν τόκον. καὶ Ἐλισάβετ δὲ τῆς Ἰωάννου μετέλαβε χάριτος, καὶ ἡ Μαρία τῆς Ἰησοῦ.

Ὅτι στεῖρα ἔτεκεν ἑπτά.) Τὴν τῆς ἐκκλησίας προκηρύττει πολυγονίαν. ἐν ἑπτὰ γὰρ ἡμέραις ἅπας ὁ χρόνος ἀνακυκλεῖται. καὶ τῆς ἐκκλησίας οἱ παῖδες τὴν οἰκουμένην ἐπλήρωσαν, ἀσθενησάσης τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς τῆς ἐν τέκνοις πολλοῖς προφήταις τε καὶ δικαίοις. ἄλλως γὰρ ἡ Ἄννα ἕνα μόνον ἐτετόκει τὸν Σαμουήλ.

Κύριος ἀνέβη εἰς οὐρανοὺς, καὶ ἐβρόντησε.] προφητεύει τὴν τοῦ σωτῆρος ἀνάληψιν, καὶ τὴν τοῦ παναγίου πνεύματος ἐπιφοίτησιν, καὶ τῶν Ἀποστολικῶν κηρυγμάτων τὸ μεγαλόφωνον, καὶ τὴν δευτέραν παρουσίαν Χριστοῦ. αὐτὸς γάρ, φησι, κρινεῖ ἄκρα γῆς δίκαιος ὤν· ἔτι δὲ καὶ τοὺς αὐτοῦ κατὰ σάρκα γεγονότας προγόνους, οἱ ἀπὸ Δαβὶδ μέχρι τῆς αἰχμαλωσίας διήρκεσαν. δώσει γάρ φησιν, ἰσχὺν τοῖς βασιλεῦσιν ἡμῶν. ἱκανῶς δὲ συνέστειλεν καὶ τῶν ἐπηρμένων τὸ φρόνημα, πᾶσαν γνῶσιν, καὶ πᾶν ἐπιτήδευμα


PROCOPII

GAZAEI SOPHISTAE

In Librum primum Regum Scholia

Ludovico Lavatero Tigurino Interp.

PROOEMIVM.



COmplures Prophetae fuerunt, quorum libri tametsi non exstant, tamen nomina ipsorum ex libris Paralipomenon accepimus. Horum unusquisque illa descripsit, quae suis temporibus contigerunt. Porro primus libros Regum, non modo ab Ebraeis, sed etiam a Syris, Prophetia Samuelis adpellatur. Proinde, qui historiam Regum conscripserunt, hinc occasione scribendi accepta, longo post tempore scripserunt. Quomodo enim Samuel, qui temporibus Saulis, & Davidis floruit, illa omnia, quae usque ad obitum Nabuchodonosoris, (qui populum Israelis captivum abduxit) gesta sunt, conscribere potuisset? Ceterum, quae ab illis, qui haec collegerunt, praetermissa sunt, alii quidam historiographi libros, quos Paralipomenon adpellant, absolverunt.

CAP. I.

F*Vit autem homo.*) Ex numero filiorum Levi, fuit Caath, qui filium habuit Isaar, nepotem Core, pronepotem Helcana, filium Samuelis. Successio vero sic habet. Caad genuit Aminadab, Core, Aser, Helcana Zuph, Tohu, Heliu, Ieraam, Elcana; hic Samuelem genuit.

CAP. II.

Confirmatum est cor meum.) Canticum hoc Annae dignum est admiratione. Non enim pro beneficiis acceptis authorem modo bonorum celebrat, sed etiam prophetiam hymno admiscet; praeterea gratiae quoque filio collatae particeps facta est. Nam quum Prophetam in utero gestaret, post partum, & ipsa prophetavit. Sic etiam Elisabeth Ioannis filii, & Maria Christi Servatoris gratiam participavit.

Quia sterilis peperit septem.) Ecclesiae foecunditatem palam praedicat. Septenarius enim numerus multitudinem denotat. Quia septem diebus omne tempus revolvitur. Et filii Ecclesiae universum terrarum orbem impleverunt, deficiente synagoga Iudaeorum, quae multos filios Prophetas, & iustos habuit. Alias Anna unicum Samuelem peperit.

Dominus adscendit in caelos, & tonuit.] Vaticinatur de adsumtione Christi, de missione, & adventu Spiritus Sancti, & felici praedicationis Apostolicae successu, deque secundo adventu Christi. Ipse enim quum iustus sit, inquit, iudicabit fines terrae. Praeterea etiam de maioribus ipsius secundum carnem, qui a Davide usque ad captivitatem duraverunt. Dabit enim robur, inquit, regibus nostris. Commode autem illorum, qui efferuntur spiritus compescuit, omnem notitiam, omneque discen-

di studium, a Deo hominibus inesse praedicens.

Accinctus Ephod Bar, & parva tunica.] Aquila exponit ἐπένδυμα ἐξαίρετον, indumentum insigne. Symmachus, Ephod lineum, & vestem exteriorem, sive pallium parvum. Theodotion, Ephod, Bar, ἐπενδύτην μικρόν. Sed quomodo Samuel, Levita quum fuerit, ipso Ephod usus est, quod summo dumtaxat Pontifici adsignatum fuit? Verisimile igitur est, Heli divinam gratiam, qua puer florebat, in eo considerasse; item, quod mirabiliter in lucem editus, & ante partum praedictus esset. Praeterea in tabernaculo Domini enutrito, utpote sancto, Nazaraeo, & a Deo postulato, id (quod nomen eius etiam declarat,) hunc etiam honorem probabile est habuisse. Ceterum per Ephod Deus multa arcana praedicebat.

θεῖον, ἐκ θεοῦ προσποῦσα τοῖς ἀνθρώποις ἐγγίνεσθαι.

Περιεζωσμένον ἐφοὺδ Βὰρ καὶ διπλοΐδα μικράν.) Ἀκύλας φησὶν, ἐπένδυμα ἐξαίρετον. Σύμμαχος, ἐφοὺδ λινοῦν, καὶ ἐφεστρίδα μικράν. Θεοδοτίων, ἐφὼδ Βὰρ, καὶ ἐπενδύτην μικρόν. ἀλλὰ πῶς ὁ Σαμουὴλ, Λευίτης ὢν, τῷ ἐφοὺδ ἐκέχρητο; μόνῳ γὰρ ἀφώριστο τῷ ἀρχιερεῖ. εἰκὸς οὖν τὸν Ἡλὶ τὴν θείαν αὐτῷ χάριν ἐπανθοῦσαν ἑωρακότα, καὶ παραδόξως τεχθέντα, καὶ πρὸ ὠδίνων ἐπαγγελθέντα, καὶ ἔνδον ἐν τῇ θείᾳ σκηνῇ τρεφόμενον, ὡς ἁγίῳ, καὶ Ναζωραίῳ, ὡς καὶ τοὔνομα δηλοῖ, καὶ κομιδῇ νέῳ μεταδοῦναι ταύτησι τῆς τιμῆς. διὰ δὲ τοῦ ἐφοὺδ πλεῖστα προεδήλου τῶν ἀγνοουμένων ὁ θεός.

Dixi, domus tua, & domus patris tui.] Haec praedictio videtur familiam Heli summo Pontificatu deiicere. Latenter vero totius Iudaici sacerdotii finem innuit. Dixi enim, inquit, domus tua, & domus patris tui, ambulabit coram me usque in sempiternum. Id autem non Ithamaro promisit, sed Aaroni. In tota itaque tribu ipsorum exposuit, & testatus est, quae viderit.

Εἶπα, ὁ οἶκός σου, καὶ ὁ οἶκος τοῦ πατρός σου.) Δοκεῖ μὲν ἡ πρόῤῥησις τὸ τούτου γένος τῆς ἀρχιερωσύνης γυμνοῦν. αἰνίττεται δὲ πάσης τῆς Ἰουδαϊκῆς τὴν παῦσαν. εἶπον γάρ, φησιν, ὁ οἶκός σου, καὶ ὁ οἶκος τοῦ πατρός σου, διελεύσεται ἐνώπιόν μου ἕως αἰῶνος. τοῦτο δὲ οὐ τῷ Ἰθάμαρ ὑπέσχετο, ἀλλὰ τῷ Ἀαρών. οὐκοῦν κατὰ πάσης αὐτῶν ἀπεφήνατο τῆς φυλῆς, καὶ μαρτυρεῖ τὰ ῥώμενα.

Adspicies templorum firmamentum.) Haec verba asterisco notata sunt, quae Symmachus sic reddidit: videbis angustiam habitationis, in omni eo, in quo Israel beneficio adficietur. Quidam vero κραταίωμα ὢν exponentes, ad hunc modum interpretati sunt. Τοῦ ὄντος λέγει θεοῦ, idest, Dei dicit, qui exsistit. Ego enim sum, inquit, [ὁ ὢν,] qui sum. Illius firmamentum adpellavit sacerdotium, quod est secundum ordinem Melchisedek. Heli autem, licet filios ad honesta officia adhortatus sit, tamen pro eis poenas dependit. Non enim lenem illis medelam adhibere oportebat; sed, post unam & alteram admonitionem, a sacerdotum dignitate amovendi erant. Praesertim quum aliis etiam leges violandi occasionem praeberent.

Καὶ ἐπιβλέψῃ κραταίωμα ναῶν.] Τὸ ῥητὸν ἠστέρισται, ὅπερ οὕτως ἐξέδωκε Σύμμαχος. καὶ ὄψῃ θλίψιν κατοικήσεως ἐν παντὶ ᾧ εὐεργηθήσεται Ἰσραήλ. τινὲς δὲ, κραταίωμα ὢν, ἐκθέμενοι οὕτως ἑρμήνευσαν. τοῦ ὄντος λέγει θεοῦ. ἐγὼ γὰρ εἰμί, φησιν, ὁ ὤν. τούτου κραταίωμα κέκτηκε τὴν ἱερωσύνην, τὴν κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. δίκας δὲ τέτικεν ὑπὲρ τῶν παίδων Ἡλί. καὶ ταῦτα παραινέσας αὐτοῖς τὰ προσήκοντα. οὐ γὰρ ἔδει τούτοις πραοτέρων φαρμάκων. ἀλλὰ μετὰ πρώτην καὶ δευτέραν παραίνεσιν τῶν ἱερῶν περιβόλων ἐχρῆν ἀπελαύνεσθαι· παρανομεῖν γὰρ καὶ τοὺς ἄλλους ἐδίδασκον.

Suscitabo mihi ipsi sacerdotem fidelem.] Haec nemini omnium mortalium, sed soli Domino nostro Iesu Christo competunt, qui cum patri pro nobis victimam obtulisset, summus noster Pontifex adpellatus est. Christos autem, sive unctos, sanctos Apostolos vocat, & illos, qui doctrinam ipsorum amplectuntur. Christo igitur proprie, & principaliter, hoc vaticinium convenit: secundum historiam autem, Sadoco, qui ab Eleazaro genus ducens, per Solomonem summum Pontificatum accepit.

Καὶ ἀναστήσω ἐμαυτῷ ἱερέα πιστόν.] Ταῦτα ἁρμόττει ἀνθρώπων μὲν οὐδενὶ, μόνῳ δὲ τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, ὃς ἀρχιερεὺς ἡμῶν ὠνομάσθη, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν θυσίαν ἀναφέρων τῷ πατρί. Χριστοὺς δὲ τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους καλεῖ, καὶ τοὺς τὴν ἐκείνων διαδεξαμένους διδασκαλίαν. Χριστῷ μὲν οὖν κυρίως προσῆκεν ἡ πρόῤῥησις, κατὰ δὲ τὴν ἱστορίαν τῷ Σαδοὺκ, ὃς ἐκ τοῦ Ἐλεάζαρ κατάγων τὸ γένος, τὴν ἀρχιερωσύνην διὰ τοῦ Σολομῶντος ἐδέξατο.

CAP. III.

ΚΕΦ. Γ'.

Et priusquam lucerna Dei praeparata esset.) Quomodo Deus adparuerit Samueli, quum primum post vesperam dormire coepisset, scriptura ostendit. Vesperi enim sanctam lucernam accendere solebant, & media nocte oleum imponere. Tempus igitur notare volens historicus, nondum dicit paratam fuisse lucernam. Huic vero aetatulae Deus maiorem, quam senectuti honorem habuit. Praeterito enim illo, qui annis 98. vixerat, & 40. duplicem magistratum gesserat, (iudex enim erat, & summus Pontifex;) cum puerulo colloquutus est, docens quantum pueritia virtutibus ornata, senectu-

Καὶ ὁ λύχνος τοῦ θεοῦ πρινὴ ἐπισκευασθῆναι.) Δείκνυσιν ὡς εὐθὺς μετὰ τὴν ἑσπέραν ἀρξαμένῳ καθεύδειν ἐπεφάνη τῷ Σαμουὴλ ὁ θεός. ἐν ἑσπέρᾳ γὰρ τῶν ἱερὸν λύχνον ἅπτειν εἰώθεσαν. περὶ μέσας δὲ νύκτας ἐπέβαλλον ἔλαιον. τὸν καιρὸν τοίνυν ὁ συγγραφεὺς δηλῶσαι θελήσας, ἔφη μηδέπω κατασκευασθῆναι τὸν λύχνον. τὴν τοιαύτην δὲ ἡλικίαν τῆς πολιᾶς προτετίμηκεν ὁ θεός. ὃ τὸν ὀκτὼ ἐνενήκοντα ἔτη βεβιωκότα, καὶ τεσσαράκοντα ἔτη ἀρχῆς ἀξιωθέντα διπλῆς. κριτὴς γὰρ ἦν, καὶ ἀρχιερεύς. καταλιπὼν τῷ σμικροτάτῳ διελέχθη παιδίῳ· διδάσκων ὅσῳ πολιᾶς ἀμείνων νεότης ἀρετῇ κοσμου-

σμημένη. διὰ δὲ τοὺς παῖδας μόνους ἀπεστράφη θεὸς τὸν Ἠλί. δῆλος γάρ ἐστιν οἰκείοις κοσμούμενος κατορθώμασι. πρῶτον γὰρ οὐκ ᾐσχύνθη παρακαλέσαι τὸν νέον, μηνῦσαι αὐτῷ τὰ θεόθεν ἀπαγγελθέντα, σὺν ὅρκῳ δὲ, καὶ ἀραῖς, μηδὲν ἀποκρύψαι κατέδησεν. εἶτα τὴν ψῆφον μαθὼν, τὴν ἀξιέπαινον ἀφῆκε φωνήν. κύριος τὸ ἀρεστὸν ἐνώπιον αὐτοῦ ποιήσει, ἀλλ' οὐδὲ τὴν παίδων τὴν σφαγὴν ἤνεγκεν ἀγεννῶς πατὴρ, καὶ πρεσβύτης. διὰ δὲ τὴν ἁλοῦσαν ἔπεσε κιβωτὸν, καὶ ἀθυμήσας οὐ μετρίως, ἀπέθανεν.

nectuti anteferenda sit. Verum Deus ipsum Heli tantum propter filios aversatus est. In ipso enim propriae virtutes elucent, quibus ornatus fuit. Primum enim adolescentem ad se vocare non est veritus, ut ei aperiret, quae divinitus nunciata erant. Deinde iuramento eum obstrinxit, & devovit eum, ne quid earum rerum, quas audiverat, occultaret. Tamdem, cognita Domini sententia, vocem laude dignissimam emisit. Dominus, quod bonum est in oculis suis, faciet. Quin etiam filiorum caedem, quantumvis pater, & senex, tamen forti magnoque animo tulit. Propter arcam vero captam, non mediocriter consternatus, cecidit, & mortuus est.

ΚΕΦ. Δ'.

Καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ θεοῦ ἐλήφθη.] Διπλῆν τὸ γεγονὸς ὠφέλειαν ἐβλάστησε. τοὺς μὲν γὰρ Ἑβραίους ἐδίδαξεν, ἐννόμως μὲν βιοῦντας τῇ τοῦ θεοῦ προμηθείᾳ θαῤῥεῖν· παρανομοῦντας δὲ, μήτε αὐτῷ, μήτε τῇ κιβωτῷ πεποιθέναι. τί δήποτε γὰρ εἰς ἐπικουρίαν ἔλαβον πολέμου, παρανομοῦντες τὴν κιβωτὸν, τὴν τὸν νόμον ἔνδοθεν ἔχουσαν ἀποκείμενον; οἱ δέ γε ἀλλόφυλοι, δείσαντες μὲν ἡνίκα φανείσης τῆς κιβωτοῦ ἠλάλαξαν οἱ Ἑβραῖοι, ὠφελοῦντο. καταφρονήσαντες δὲ μετὰ τὴν νίκην, καὶ οἷον ἀκροθίνιον ταύτην τοῖς οἰκείοις ἀνατεθεικότες εἰδώλοις, ἔμαθον τῇ πείρᾳ τοῦ θεοῦ ἰσχύν.

CAP. IV.

Arca autem Domini capta est.) Haec res duplicem utilitatem adtulit. Ebraeos enim docuit, ut recte, & legitime viventes, Dei curae & providentiae confiderent; quando vero inique, & contra leges agerent, neque ipsi, neque arcae confiderent. Cur enim, contra praescriptum Dei facientes, arcam (in qua lex reposita erat) in belli auxilium adhibuerunt? Palaestini vero in magno metu erant, quum Ebraei, visa arca, ingentem clamorem edentes, utilitatem, & auxilium sperarent. Quum autem parta victoria eam contemnerent, ac veluti frugum primitias, aut spolia hostibus detracta, in templa suorum deorum reponerent, Dei vim, & potentiam, reipsa experti sunt.

Καὶ αὐτὸς ἔκρινε τὸν Ἰσραὴλ εἴκοσι ἔτη.) Τὸ Ἑβραϊκὸν ἔχει, τεσσαράκοντα. ἔχει γὰρ Ἀρβαείμ. καὶ οἱ λοιποὶ δὲ πάντες οὕτως ἐξέδωκαν.

Ipse vero iudicavit Israel viginti annis.) Ebraeum exemplum habet, quadraginta; dicit enim, Arboim. Reliqui etiam omnes ad hunc modum exposuerunt.

ΚΕΦ. Ε'.

Καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς εἰς τὰς ἕδρας αὐτῶν.) Ἀκύλας μέν φησιν, ὡς τὸ τῆς φαγεδαίνης ἐσχήκασι πάθος. Ἰώσηπος δὲ δυσεντερίαν φησὶν, ὅπερ πρὸς τὴν γραφὴν οὐ διαφωνεῖ. ἀκρατῶς γὰρ φερομένη γαστὴρ, πλήττειν οἶδε καὶ τὸν δακτύλιον. τὸ δὲ τῆς ἕδρας ὑπέμειναν πάθος, ὡς δυσσεβῶς τὴν κιβωτὸν τὴν θείαν παρὰ θεὸν ἱδρυκότες ψευδώνυμον.

Λέγουσιν οἱ Γετθαῖοι.) Ὑποτοπήσαντες τὴν πληγὴν μὴ εἶναι θεήλατον, ἀλλὰ νόσον ἐκ λοιμικῆς τινος καταστάσεως, πρὸς ἑαυτοὺς μετενεγκόντες πάσχουσι παραπλήσια.

CAP. V.

Et percussit eos in natibus eorum.) Aquila dicit hulcere cancroso, quod φαγέδαινα dicitur, adflictos esse. Iosephus dysenteriam dicit, quod a Scriptura non discrepat, & abludit. Profluvio autem ventris laborarunt, eo quod arcam Domini impie, & nefarie iuxta mendacem suum Deum collocavissent.

Dicunt autem Gethei.] subspicantur illam plagam non immitti divinitus, sed morbum ex pestilente quadam adfectione ortum esse; arcam igitur ad se transferentes, eadem patiuntur.

ΚΕΦ. ς'.

Καὶ ἐγένετο ἡ κιβωτὸς τοῦ θεοῦ ἐν ἀγρῷ τῶν ἀλλοφύλων μῆνας ζ'.) Μηδεμιᾶς πόλεως δέξασθαι τολμώσης τὴν κιβωτὸν, ἔξω ταύτην ἐν ὑπαίθρῳ κατέλειπον· οὕτω τῆς πληγῆς ἀπαλλαγῆναι νομίσαντες. διὸ καὶ τῶν ἐκ γῆς ἐστερήθησαν καρπῶν, παίσαντος αὐτοὺς τοῦ θεοῦ.

Ὡς αὐτὸς καὶ τοῖς Αἰγυπτίοις τὰς διαφόρους ἐπενήνοχε πληγάς.) Ἔτι γὰρ ἔναυλον εἶχον ἐκείνων τὴν μνήμην, ὡς μαρτυρεῖ παρ' αὐτῶν εἰρημένα.

Ἐν θέματι βαεργάζ.) Σύμμαχος οὕτως. θέτε ἐν τῷ λαρνακίῳ ἀπὸ πλαγίου αὐτοῦ· ὁ δὲ Ἀκύλας, ἐνυφήκυρας. ὁ δὲ Ἰώσηπος ἀργοζὲκ φησι τὸ γλωσσόκομον. ὁ δὲ θεὸς τῇ τῶν

CAP. VI.

Et fuit arca in agro Palaestinorum septem mensibus.) Quum nullum ex oppidis arcam recipere auderet, eam extra oppida sub divo reliquerunt, sic rati se posse malis liberari. Quamobrem Domino ipsos castigante, etiam frugum terrae penuria mulctati sunt.

Quemadmodum ipse etiam Deus varias plagas AEgyptiis intulit.) Recentem enim illarum rerum memoriam fuisse, sermones eorum testantur.

In positione baergatz.) Symmachus ad hunc modum, ponite ἐν τῷ λαρνακίῳ ἀπὸ πλαγίου αὐτοῦ, idest in urna, vel capsella ex latere eius. Aquila vero ἐνυφήκυρας. Iosephus argozek dicit:

cit: τὸ γλωσσόκομον, capsam. Ceterum Deus (quandoquidem plus difficultatis hoc opus habebat, quam ut posset ex verbi divini sententia rite ab eis confici) condescendens ipsis, hariolorum sententiae obsecundavit. Vt ipsi etiam hostes virtuti divinae testimonium perhiberent, utque magistri ipsorum de hac re suam sententiam proferrent.

Ex urbe munita, & quae sequuntur.) Aquila dicit ἰσχυρά. Symmachus τετειχισμένη, moenibus cincta, usque ad vicum non cinctum muro, & usque ad Abel civitatem magnam, per quam arcam Domini emiserunt.

Quis poterit adstare? &c.] Pro subsistere, vel consistere, coram Domino, ut alii reddunt. Iechoniae filii, quandoquidem impii, & idolatrae erant; inspicientes arcam, graviter adflicti, poenas dederunt. Populus autem ideo a Deo castigatus est, quia nullum pro arca periculum subire voluit, nulloque bello suscepto, eam mensibus septem Palaestinis permiserunt.

CAP. VII.

Et lucos Astaroth.) Aquila Astarthae statuas reddit. Sic autem Venerem a sidere denominant. Luciferum enim ipsius esse fabulantur.

Et accepit Samuel agnum lactentem, &c.) Antequam enim templum Dei aedificatum esset, Deo variis in locis sacrificabant. Qui cum populum, ad impietatem propensum esse sciret, cultum suum unico loco circumscripsit. Piis autem, qui scopum, & finem legis intelligebant, omnis locus ad cultum divinum consecratus erat. Nam Helias quoque, etsi templum Domini omnes ad se studiose iuxta legis praeceptum vocabat, tamen in Carmelo exstructo altari victimam obtulit.

CAP. VIII.

Et non ambulaverunt filii eius in viis eius, &c.) Cur non etiam Samuel ob improbitatem filiorum Deo poenas persolvit, quemadmodum Heli? filii Samuelis in homines iniuriosi, filii autem Heli in Deum impii fuerunt. Hi libidine, & luxuria, tabernaculum Domini prophanabant, & primas sacrificiorum partes rapiebant. At illi accusantur, quod muneribus corrupti fuerint. Id Samuel ignoravit, procul enim a filiis degebat in Ramathaim, illis in Bersabete habitantibus.

Et verbum erat pravum coram Samuele, &c.] Regis enim petitio legi divinae repugnat. Deus populo Regis loco erat, propheta vero minister erat, qualis est Imperator, Consul, vel Tribunus plebis.

CAP. IX.

Vir magnus, & bonus.) Non animi virtutem, sed formam, & magnitudinem, ei tribuit. Narrat enim pulcro, & praestanti corpore fuisse.

Ecce inventa est in manu mea quarta pars sicli.) Haec ex Saulis subspicione intelligenda sunt: nec est, quod Samuelem muneribus corrumpendum fuisse existimemus. Subspicatus est Saul,

τῶν μάντεων ἐπηκολούθησε γνώμῃ συγκαταβαίνων. καὶ γὰρ μεῖζον τὸ κατορθούμενον τὸ καὶ αὐτοὺς μαρτυρῆσαι τοὺς ἐναντίους τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει, καὶ τὴν περὶ τούτου ψῆφον τοὺς αὐτῶν διδασκάλους ἐξενεγκεῖν.

Ἐκ πόλεως ἐστερεωμένης, καὶ τὰ ἑξῆς.] Ἀκύλας ἰσχυρᾶς φησιν. ὁ δὲ Σύμμαχος, τετειχισμένης. ἕως κώμης ἀτειχίστου, καὶ ἕως Ἄβελ τῆς μεγάλης, δι' ἧς ἀφῆκαν τὴν κιβωτὸν κυρίου.

Τίς δυνήσεται παραστῆναι;] Ἀντὶ τοῦ στῆναι, καὶ ὑποστῆναι, ἔμπροσθεν κυρίου, ὡς οἱ λοιποί. οἱ μὲν οὖν Ἰεχονίου παῖδες, ὡς δυσσεβεῖς, καὶ τοῖς εἰδώλοις λατρεύοντες, ἐδυσφόρησαν ἰδόντες τὴν κιβωτὸν, καὶ δίκην ἔτισαν. ὁ δὲ λαὸς ἐπαιδεύθη, τῆς κιβωτοῦ προκινδυνεῦσαι μὴ βουληθεὶς, καὶ μῆνας ἑπτὰ παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις ταύτην ἀφεὶς, καὶ μὴ τὸν ὑπὲρ αὐτῆς ἀναδεξάμενος πόλεμον.

ΚΕΦ. Ζ'.

Καὶ τὰ ἄλση Ἀσταρώθ.] Ἀκύλας οὕτω, τὰ τῆς Ἀστάρτης ἀγάλματα. οὕτω δὲ καλοῦσι τὴν Ἀφροδίτην, ἐκ τοῦ ἀστέρος παρονομάσαντες. αὐτῆς γὰρ εἶναι τὸν ἑωσφόρον μυθολογοῦσι.

Καὶ ἔλαβε Σαμουὴλ ἄρνα γαλαθηνόν.) Πρὶν γὰρ τὸν θεῖον οἰκοδομηθῆναι νεὼν, ἐν διαφόροις τόποις ἐλάτρευον τῷ Θεῷ. τοῦ γὰρ λαοῦ τὸ πρόχειρον εἰς ἀσέβειαν ἐπιστάμενος, ἑνὶ τὴν θείαν λατρείαν περιώρισε τόπῳ. τοῖς γὰρ εὐσεβέσι, καὶ τὸν τοῦ νόμου σκοπὸν ἐπισταμένοις, ἅπας εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ λατρείαν ἀφιέρωτο τόπος. καὶ γὰρ Ἡλίας ὁ πάνυ, τοῦ θεοῦ νεὼ πρὸς ἑαυτὸν ἅπαντας κατὰ τὸν νόμον καλοῦντος, ἐν τῷ Καρμήλῳ θυσιαστήριον ᾠκοδόμησε, καὶ θυσίαν προσήνεγκε.

ΚΕΦ. Η'.

Καὶ οὐκ ἐπορεύθησαν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ἐν τῇ ὁδῷ αὐτοῦ.) Καὶ πῶς οὐκ ἔτισεν ὑπὲρ τῶν παίδων δίκας ὁ Σαμουὴλ, ὥσπερ Ἡλί; τὰ τούτων τοίνυν ἀδικήματα ἦν, οὐκ ἀσεβήματα, καθάπερ ἐκείνων, οἱ ταῖς λαγνείαις τὴν θείαν σκηνὴν κατεμόλυνον, καὶ τὰ πρωτεῖα τῶν ἱερείων ὑφήρπαζον. οὗτοι δὲ, δωροδοκίαν κατηγοροῦνται· καὶ ταύτην ἠγνόησε Σαμουήλ. ᾤκει γὰρ πόῤῥω τῶν παίδων ἐν Ἀρμαθὲμ, ἐκείνων οἰκούντων Βερσαβέε.

Καὶ ἦν πονηρὸν τὸ ῥῆμα ἐνώπιον Σαμουήλ.] Ἐπειδὴ παρὰ τὸν θεῖον νόμον ἡ αἴτησις ἦν. ὁ γὰρ Θεὸς καὶ βασιλέως ἐπλήρου χρείαν αὐτοῖς. ὁ δὲ προφήτης ὑπουργὸς ἦν, οἷόν τις στρατηγὸς, ἢ δημαγωγός.

ΚΕΦ. Θ'.

Εὐμεγέθης ἀνὴρ καὶ ἀγαθός.) Οὐ ψυχῆς ἀρετὴν αὐτῷ μαρτυρεῖ, ἀλλ' εἶδος καὶ μέγεθος. ἐπεξηγεῖται γὰρ, ὅτι τὸ σῶμά φησιν ἀγαθός.

Ἰδοὺ, εὕρηται ἐν τῇ χειρί μου τέταρτον σίκλου.) Τοῦτο τῆς Σαοὺλ ὑποψίας, οὐ τῆς τοῦ προφήτου δωροδοκίας. ἐτόπασε γὰρ χρῆναί τι αὐτῷ προσενεχθῆναι, ὡς ἄρχοντι, καὶ προφήτῃ. ἀλλ'

ἀλλ' οὐδὲν προσενήνοχεν. τοὐναντίον δὲ φιλοφροσύνης ἀπέλαυσεν. εἰ δὲ σύνηθες ἦν τοὺς προφήτας λαμβάνειν, οὐκ ἂν εἴρητο ὑπὸ Μιχαίου τοῦ προφήτου· ϗ οἱ προφῆται αὐτῆς μετ' ἀργυρίου προεφήτευον. οὕτω δὲ νοήσεις καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ Ἱεροβοὰμ ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Βασιλειῶν εἰρημένα πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, ὅτε ἠῤῥώστησεν αὐτῷ τὸ παιδάριον, ϗ ἀπέστελλεν αὐτὴν πρὸς Ἀχίαν τὸν Σιλωνίτην ἐπερωτῆσαι αὐτὸν περὶ τοῦ παιδαρίου. εἰ ἐνταῦθα γὰρ Ἱεροβοὰμ μὲν φαίνεται λέγων τῇ γυναικὶ, δῶρα τῷ προφήτῃ λαβεῖν. ἐν δὲ τῇ γραφῇ, λαβὼν ὁ προφήτης οὐ φαίνεται. δύνανται οὖν ὑπονοεῖν ὡς φαῦλοι ταῦτα ψευδῶς περὶ προφητῶν, οἳ ἢ οὐκ ἐλάμβανον, ἢ παρὰ δικαίων ἐλάμβανον. οὐ γὰρ τὸ λαβεῖν ὁπωσοῦν, ψεκτόν. ἐπεὶ ϗ οἱ Ἀπόστολοι παρὰ τὸ δέον ἐποίουν διακονούμενοι. ὡς ϗ Παῦλός φησι, ϗ δὶς εἰς τὴν χρείαν μοι ἐπέμψατε.

Saul, tamquam Prophetae, & Principi, aliquid offerendum esse; ceterum nihil adtulit: contra vero, humanitatis Prophetae fructum percepit. Quod si moris fuisset, Prophetas aliquid accipere, non dictum esset per Micheam Prophetam: *& Prophetae eius propter mercedem prophetabant.* Sic etiam intelliges, quae libro tertio Regum, Ieroboam ad uxorem suam dicit, quum puer eius male haberet, & dimitteret eam ad Achiam Silonitam, ut de pueri valetudine sciscitaretur. Ibi Ieroboam videtur dicere ad uxorem, ut munera ipsi Prophetae adferat. Verum Prophetam accepisse ex Scriptura non videtur posse colligi. Haec igitur falso utpote homines pravi de Prophetis possunt subspicari. Qui vel non acceperunt, vel a iustis acceperunt. Ita enim munus accipere, non simpliciter vituperari potest. Nam Apostoli etiam ministrantes contra officium fecis-sont. Quemadmodum Paulus etiam dicit: *Semel, & iterum, quod opus erat, mihi misistis.*

Ἰδοὺ μαρτύριον, παράθες αὐτὸ ἐνώπιόν σου.) Ταύτην αὐτῷ παρατέθεικεν, ὡς μέλλοντι βασιλεύειν, ϗ τοῦ λαοῦ προκινδυνεύειν. διὸ μαρτύριον ταύτην καλεῖ. ὁ δὲ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ, μαρτύριον, τὸ ὑπολειφθὲν ἐξέδωκεν. καὶ ἀντὶ τοῦ, ὅτι εἰς μαρτύριον τέθειταί σοι. ὅτι ἐπίτηδες τετήρηταί σοι. τὸ δὲ, παρὰ τοῦ λαοῦ, Θεοδοτίων ἐξέδωκεν, ὅτι ἐλέχθη, τὸν λαὸν ἐκάλεσα. Ἀκύλας δὲ, τὸ λέγειν, τὸν λαὸν κέκληκα.

Ecce testimonium, pone ante te.) Hanc partem Sauli adposuit, quandoquidem regnaturus, & maiora pericula, quam ipse populus subiturus erat, & propterea testimonium hanc partem adpellat. Symmachus vero pro testimonio, residuum exposuit. Et pro illo, quod in testimonium adpositum est tibi, quod de industria tibi reservatum est. Illud vero, a populo, Theodotion exposuit, dictum est populum nominavi. Aquila vero, quod dicat, populum vocari.

ΚΕΦ. Ι'.

Καὶ ἐφίλησεν αὐτόν.) Ἵνα τῆς ἐνοικούσης αὐτῷ χάριτος μεταδῷ. πολλὰ δὲ δίδωσιν αὐτῷ σημεῖα. ἐπειδὴ εἶδεν αὐτὸν ἀμφιβάλλοντα, ϗ τὴν οἰκείαν ὁμολογοῦντα πενίαν. τούτου χάριν βεβαιοῖ τὴν τῆς βασιλείας ἐπαγγελίαν ταῖς προῤῥήσεσι.

Καὶ στραφήσῃ εἰς ἄνδρα ἄλλον.) Ἐπειδὴ ἄγροικος ἦν, γεωργεῖν ἐπιστάμενος μόνον. χειροτονήσας αὐτὸν βασιλέα, βασιλικὸν αὐτῷ φρόνημα δέδωκεν.

Εἰ ϗ Σαοὺλ ἐν προφήταις.) Σύμμαχος, μὴ ἔτι ϗ Σαούλ; οὐκ ἔσχε δὲ διηνεκὲς τῆς προφητείας τὸ χάρισμα. εἰς δήλωσιν δὲ τῆς πνευματικῆς δωρεᾶς κατ' ἐκεῖνον προεφήτευσε τὸν καιρόν. οὕτως ϗ οἱ ἑβδομήκοντα πρεσβύτεροι, εὐθὺς μὲν ἐκλεγέντες ὑπὸ Μωϋσέως προφητεύειν ἠξίωνται, οὐ μὲν ἔτι ϗ μετὰ ταῦτα. σοφιζόμενοι δὲ παρὰ θεοῦ, τοῦ λαοῦ, τὰς ἀμφισβητήσεις διέλυον.

Ὁ οἰκεῖος αὐτοῦ.) Ἀκύλας φησὶν, ὁ πατράδελφος.

Καὶ κατακληροῦται φυλὴ Βενιαμίν.] Οὐδὲ τοῖς θείοις προφήταις ἐπίστευον οἱ πονηρίᾳ συζῶντες. ὡς ἂν οὖν μὴ τοπάζωσι χάριτος ἀνθρωπίνης εἶναι τὴν ψῆφον, κλήρῳ τὴν κρίσιν ἐπέτρεψεν, τὸ δοκοῦν ἐμφαίνοντι τῷ θεῷ. κληρωθεὶς δὲ Σαοὺλ ἐπειράσθη λαθεῖν, ὑπὲρ τὴν ἀξίαν αὐτοῦ τὴν ἐξουσίαν ὁρῶν. ὑπὸ θεοῦ δὲ τῷ προφήτῃ δειχθεὶς, τὴν ἐπὶ παντὸς τοῦ λαοῦ χειροτονίαν ἐδέξατο.

CAP. X.

Et osculatus est eum.) Ut gratiam, quae in ipso habitabat, ei communicaret. Multa vero Sauli dat signa, postquam eum videt dubitare, & domesticam difficultatem fateri. Hancque ob causam praedictionibus regni promissionem confirmat.

Et in alium virum mutaberis.] Quia agrestis erat, & tantum terram colere noverat, delecto in Regem, regium animum indidit.

Num & Saul inter Prophetas.) Symmachus, num etiam, adhuc, deinceps, & Saul? Non autem perpetuo, & continenter, prophetiae donum habuit; sed, ut spirituale donum eum accepisse manifestum esset, illo etiam tempore prophetavit. Sic etiam septuaginta seniores a Moyse delecti, mox prophetiae dono dignati sunt, non tamen ita deinceps. Prudentia vero a Deo instructi, populi causas, & controversias, dirimebant.

Domesticus, sive propinquus eius.) Aquila dicit πατράδελφος, patruus.

Et sorte educitur tribus Beniamin.] Pravis studiis tam addicti erant, ut etiam Prophetis Dei fidem non adhiberent. Ne igitur suffragium humani studii, & favoris, esse subspicarentur, sorti iudicium permisit Propheta, ut, quod Deo visum esset, declararet. Saul vero, iam sorte delectus, considerans hanc potestatem, sua dignitate, & meritis longe excellentiorem, & superiorem esse, occulte latere tentabat. Sed a Deo Samueli ostensus, toti populo praefectus est.

ΚΕΦ. CAP.

CAP. XI.

Vt vobis omnibus dexter oculus eruatur.) Israelitas bello inutiles reddere voluit. Sinister enim oculus, clypeo tegitur; dextro autem, hostes adspicimus; quo si quis privetur, facile vincitur. Sic adversariae etiam potestates nobis dextros oculos eripere conantur.

CAP. XII.

Respondete contra me coram Domino.) Samuel, amotus ab officio iudicis, suam potestatem in regem transtulit, & quum de rebus, quae suam personam adtingebant, verba fecisset, consentientemque populum haberet, legitime illum potestatem gerere docuit.

Nunc igitur consistite, & iudicabo vos coram Domino, & quae sequuntur.) Sic Symmachus, nunc state, ut diiudicet a vobis coram Domino, de omni misericordia, quam Dominus exhibuit.

Quum Saul regnaret, filius unius anni erat.] Symmachus exponit, sicut puer anniculus. Quo verbo simplicitas animi ipsius ostenditur, quam in regno habuit, qua tamen non longo tempore usus est. Quocirca additur, & duobus annis regnavit super Israel, nempe cum illa morum simplicitate. Postea ad pravitatem declinans, divina gratia destitutus est. Inde reliquum etiam tempus, quo Saul regnum administravit, gubernationi ipsius adsignatum est.

CAP. XIII.

Et percussit Ionathan Nasim.) Aquila exposuit τὸ ὑπόστημα. Porro quum Palaestini Ebraeos vicissent, munitis locis praesidium imposuerunt, quod ὑπόστημα vocat; hoc Ionathan armis penitus dissipavit. Hoc vero, quod dicit, inobedientes fuerunt servi; Aquila exposuit audiant servi.

Et distulit septem dies testimonio, quemadmodum dixit Samuel, &c.) Aquila, & Symmachus exponunt *εἰς τὴν συνταγήν*. Theodotion *εἰς τὸν καιρόν*. Samuel enim Sauli praeceperat, ut septem diebus ipsum exspectaret, deinde, sacris rite peractis, ordines instrueret. At ille, quum vidisset Palaestinorum copias collectas esse, non exspectavit Prophetam, quemadmodum praeceperat, quare reiectio ei nunciatur.

Faciem Domini non rogavi, sed victus sum.) Symmachus, prius faciem Domini deprecaturus, compulsus sum, &c. Sacrificium vero non oblatum adhibitis precibus Prophetae, non adgnovit Dei sacrificium esse.

Quaeret sibi Dominus virum secundum cor suum.) Hoc testimonium explicat Stephanus dicens: Inveni Davidem filium Iesse, virum iuxta cor meum.

Egressus est depopulator ex agro Palaestinorum) Symmachus. Egressi sunt vastatores ex castris, & acie Palaestinorum.

Faber ferrarius non inveniebatur.) Quum enim Palaestini Israelitas vicissent, omne ferrum eis ademerunt, & caverunt, ne aliud sibi compararent.

ΚΕΦ. ΙΑʹ.

Ἐν τῷ ἐξορύξαι ὑμῶν πάντων δεξιὸν ὀφθαλμόν.) Ἀχρήστους αὐτοὺς εἰς πόλεμον ἀποφῆναι βουλόμενος. ὁ γὰρ εὐώνυμος ὀφθαλμὸς, τῇ ἀσπίδι καλύπτεται· ὁ δὲ δεξιὸς, τοὺς πολεμίους ὁρᾷ. οὗ τις ἐστερημένος, εὐάλωτος. οὕτω καὶ δυνάμεις αἱ πονηραὶ τὰ δεξιὰ τῶν νοημάτων περικόπτειν ἐπάγονται.

ΚΕΦ. ΙΒʹ.

Ἀποκρίθητε κατ' ἐμοῦ ἐνώπιον κυρίου.) Κριτὴς ὢν ἐξίστατο τῆς ἐξουσίας, καὶ ταύτην παρεδίδου τῷ βασιλεῖ. καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν εἰπὼν, καὶ σύμψηφον κτησάμενος τὸν λαὸν τὴν ἔννομον ἐκείνου ἐξουσίαν ἐδίδαξεν.

Καὶ νῦν κατάστητε, καὶ δικάσω ὑμᾶς. καὶ τὰ ἑξῆς.) Σύμμαχος οὕτως. καὶ νῦν παράστητε. ἵνα διακριθῶ πρὸς ὑμᾶς ἔμπροσθεν κυρίου, περὶ πασῶν τῶν ἐλεημοσυνῶν τοῦ κυρίου, ὧν ἐποίησεν,

Υἱὸς ἐνιαυτοῦ Σαοὺλ ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν.) Ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκεν. υἱὸς ὡς ἐνιαύσιος Σαούλ. δηλοῖ δὲ τοῦτο τὴν ἁπλότητα τῆς ψυχῆς τοῦ Σαοὺλ, ἣν εἶχε βασιλεύων, ἥπερ οὐκ ἐπὶ πλεῖστον ἐχρήσατο. ὅθεν πρόσκειται. καὶ δύο ἔτη ἐβασίλευσεν ἐπὶ Ἰσραὴλ, μετὰ τῆς ἁπαλότητος δηλαδή. μεθ' ἃ ὑποκλίνας πρὸς πονηρίαν, τῆς θείας γεγύμνωται χάριτος. ὅθεν ὁ λοιπὸς, ὃν ἐβασίλευσε, χρόνος τῇ τοῦ Σαοὺλ δημαγωγίᾳ λελόγισται.

ΚΕΦ. ΙΓʹ.

Καὶ ἐπάταξεν Ἰωνάθαν τὸν Νασείμ.) Ἀκύλας ἐξέδωκε, τὸ ὑπόστημα. οἱ δὲ ἀλλόφυλοι, τοὺς Ἑβραίους νικήσαντες, ἐν τοῖς ὀχυροῖς χωρίοις φρουρὰν ἐγκατέστησαν, ἣν ὑπόστημα καλεῖ. ἣν Ἰωνάθαν ἄρδην κατηκόντισεν. τὸ μέν τοι, ἠθετήκασιν οἱ δοῦλοι, ὁ Ἀκύλας, ἀκουσάτωσαν οἱ δοῦλοι, ἐκδέδωκεν.

Καὶ διέλειπεν ἑπτὰ ἡμέρας τῷ μαρτυρίῳ, ὡς εἶπε Σαμουήλ.) Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος, εἰς τὴν συνταγήν. Θεοδοτίων, εἰς τὸν καιρόν. ἦν γὰρ παρεγγυήσας ὁ Σαμουὴλ τῷ Σαοὺλ ἑπτὰ αὐτὸν ἡμέρας προσμεῖναι, εἶθ' οὕτως καλλιερησάμενον παρατάξασθαι. ὁ δὲ τοὺς ἀλλοφύλους ἀθροισθέντας ἰδὼν, οὐκ ἀνέμεινε κατὰ τὰς ἐντολὰς τὸν προφήτην, ὅθεν αὐτῷ καὶ τῆς βασιλείας ἡ στέρησις προμηνύεται.

Καὶ τοῦ προσώπου κυρίου οὐκ ἐδεήθην, ἀλλ' ἐνεκρατευσάμεν.) Σύμμαχος, καὶ πρινὴ τὸ πρόσωπον κυρίου λιτανεύσω, καὶ βιασθεὶς, καὶ τὰ ἑξῆς. τὴν δὲ θυσίαν μὴ γινομένην διὰ τοῦ προφήτου δέησιν, οὐκ οἶδε Θεοῦ./

Καὶ ζητήσει κύριος ἑαυτῷ ἄνθρωπον κατὰ τὴν καρδίαν αὐτοῦ.] Ταύτην δηλοῖ τὴν μαρτυρίαν ὁ Στήφανος, εἰπών· εὗρον Δαβὶδ, τὸν τοῦ Ἰεσσαι, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου.

Καὶ ἐξῆλθε διαφθείρων ἐξ ἀγροῦ ἀλλοφύλων.) Σύμμαχος. καὶ ἐξῆλθον οἱ διαφθείροντες ἐκ τῆς παρεμβολῆς τῶν Φυλιστιαίων.

Καὶ τέκτων σιδήρου οὐχ εὑρίσκετο.) Νενικηκότες γὰρ αὐτοὺς οἱ ἀλλόφυλοι, πάντα τὸν σίδηρον ἔλαβον, καὶ κτήσασθαι διεκώλυσαν ἕτερον.

Τὸ θέριστρον αὐτῦ, κ̀ τὸ σκεῦος αὐτοῦ κ̀ ἕκαστος τὴν ἀξίνην αὐτοῦ, καὶ τὸ δρέπανον αὐτῦ.) Σύμμαχος, τὴν ὕνιν, κ̀ τὸ σκαφίον αὐτοῦ, κ̀ τὸ ἀξινάριον, κ̀ τὴν δίκελλαν. Α'κύλας, τἄλλα μὲν. ὡσαύτως· ἀντὶ δὲ τοῦ δρεπάνυ, τριόδοντα φησίν. Θεοδοτίων τὸ θέριστρον, βούκεντρον ἐξέδωκεν.

Ε'ις τὸν ὀδόντα.) Σύμμαχος, τὸ ἄροτρον. ὁ δὲ σίκλος ἐπὶ σταθμῦ λαμβανόμενος, ἡμιόγκιον εἷλκεν· ἐπὶ δὲ ἀργυρίυ, εἴκοσι ὀβολύς.

Καὶ ἐξῆλθεν ἐξ ὑποστάσεως τ̃ ἀλλοφύλων ἐν τῷ πέραν Μάχμας,) Θεοδοτίων. ἡ στάσις τῶν ἀλλοφύλων εἰς τὴν διάβασιν Μάχμας.

Falcem suam, instrumenta, & arma sua, & quisque securim suam.] Symmachus ὕνιν σκάφιον, ἀξινάριον, δικέλλαν, hoc est, vomerem, & ligonem suum; asciam, & dolabram suam. Aquila reliqua quidem similiter, pro falce vero (τριόδοντα) tridentem ponit. Theodotion, falcem βούκεντρον, stimulum bovis, interpretatus est.

Ad acuendum dentem.] Symmachus τὸ ἄροτρον, vomerem. Siclus vero pondus quidem semiunciae habet: precium vero viginti obulorum argenti.

Egressus de statione Palaestinorum trans Machinas.) Theodotion, statio (ἡ στάσις) Palaestinorum, ad transitum Machinas.

ΚΕΦ. ΙΔ'.

Αἴρων ἐφὼδ.) Α'κύλας, φέρων ἐπενδύτην.

Ε'ὰν τάδε εἴπωσι πρὸς ἡμᾶς, ἀπόστητε ἐκεῖ.) Οὐ συμβολικῶς. ἀλλ' ὡς πιστὸς γνῶναι θέλων τὸ θέλημα τῦ θεῦ.

Ρ'ομφαία ἀνδρὸς ἐπὶ τὸν πλησίον αὐτοῦ.) ἀγνοῦντες γὰρ ἀλλήλυς ἀνεῖλον, μιγάδες γὰρ ἦσαν.

Καὶ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ὁ κύριος.) Εἰ ἀνοήτως ἀναθεμάτισεν ὁ Σαῦλ, τί δήποτε τὸν ἀναθεματισμὸν ἐβεβαίωσεν ὁ θεός; πρῶτον αὐτὸν ἐλέγχει ἀνοήτως ἐπαρασάμενον, ἔπειτα διδάσκει μηδὲ τῶν τοιούτων ἀναθεμάτων καταφρονεῖν. ἐνταῦθα δὲ ὁ μὲν σκοπὸς εὐσεβής, εἰς θεοῦ γὰρ ὡρίσθη τιμήν. ἐχρῆν δὲ σκοπεῖν, ὡς ὁ τῶν μαχομένων πόνος, κ̀ δίψαν ἀνάγκη ποιεῖ. Ι'ωνάθαν δὲ καὶ τῇ ἀγνοίᾳ συνέζευκτο, κ̀ ταύτην ἔχων πρὸς ἀπολογίαν, ὅμως ἄχρις αὐτῆς ἐκινδύνευσε τῆς ζωῆς. ἀλλ' ἀπηλλάγη διὰ τὴν τοῦ λαοῦ δικαίαν συνηγορίαν.

CAP. XIV.

Tollens Ephod.) Aquila (φέρων ἐπενδύτην.)

Si ad vos dixerint, state ibi.) Non per coniecturas, (συμβολικῶς) sed certo volens cognoscere voluntatem Dei.

Gladius viri contra proximum suum.) Ignari mutuis vulneribus ceciderunt, permixti enim erant.

Dominus ei non respondit in die illa.) Si Saul insipienter, & temere anathematizavit, cur Deus anathematismum illum ratum habuit? Primum eum redarguit, & convincit, quod devotionem imprudenter fecerit. Deinde docuit, neque eiusmodi anathemata contemnenda esse. Pium vero hic scopum praefixum habet; ad Dei enim gloriam dirigitur. Erat autem considerandum, quod pugnantium labor, & necessitas sitim efficiat. Ionathan, etsi ignorantia implicatus sit, eamque ad sui defensionem praetexere poterat; tamen in maximum periculum, & extremum pene vitae discrimen venit. Iusta vero populi defensione liberatus est,

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Μεταμεμέλημαι, ὅτι ἔχρισα τὸν Σαῦλ εἰς βασιλέα.) Μεταμέλεια θεοῦ ἡ τῆς οἰκονομίας μεταβολή. οἷον προὐβάλετο τὸν Σαῦλ, διὰ τὸ τοῦ σώματος ἀξιοθέατον, ὐκ αὐτὸς τῦτο τιμῶν· πάντων γὰρ δημιυργός. διὰ δὲ τὸν λαὸν, τὰ κατ' αἴσθησιν μόνα καλὰ θαυμάζοντα. ἐπεὶ κ̀ Ζακχαῖος, μικρὸς ὢν, τὸν δεσπότην ἐδέξατο. κ̀ Σαμυὴλ, νέος ὢν, τῆς θείας ἐπιφανείας ἠξίωται. προτιμήθη δὲ καὶ τῶν μειζόνων, ϗ πρεσβυτέρων, ἀδελφῶν ὁ Δαβὶδ. ὐδὲ γὰρ μέγεθος, ἢ πολιὰν, ἀρετῆς προτιμᾷ. διόπερ ἀνθρωπίνως φησὶ, μεταμεμέλημαι· ἀνθρώποις ϗ τύτοις ἀγροίκοις, διαλεγόμενος· τὴν ἐπὶ Δαβὶδ μετάβασιν τῆς βασιλείας δηλῶν.

Α'νες κ̀ ἐπαγγελῶ σοι.] Εἰ κ̀ προφήτης, ἀλλ' αἰτεῖ παρρησίαν, ὡς πρὸς βασιλέα διαλεγόμενος. ἀναμιμνήσκει δὲ αὐτὸν τῶν πρὸ τ̃ βασιλείας αὐτοῦ λόγων.

Διὰ τὸ ἀκῦσαί με τῆς φωνῆς τοῦ λαοῦ.) Τοῖς τῦ Α'δὰμ κ̀ ὁ Σαῦλ πρὸς τὸν προφήτην κέχρηται λόγοις· ὅμοιον γὰρ τῷ, ἡ γυνὴ, ἣν ἔδωκας μετ' ἐμοῦ, αὐτή μοι ἔδωκεν.

Ι'δὺ, ὐ θέλει ὁ κύριος ὁλοκαυτώσεις.) Διὰ τὸ

CAP XV.

Poenitet me, quod Saulem unxerim in Regem.) Poenitentia Dei est dispensationis ipsius mutatio. Exempli gratia. Saulem delegit propter egregiam staturam corporis. Non quod ipse tanti eam faceret, qui omnium est opifex, sed propter populum, qui ea, quae sensibus pulcra adparent, tantum suspicit, & admiratur. Nam Zachaeus quoque, qui pusillam corporis staturam habuit, dominum excepit; Samuel, licet iunior esset, divina adparitione dignatus est; David fratribus natu maioribus praefertur. Deus enim neque magnitudinem, neque senectutem virtuti anteponit. Humano igitur more dicit, *poenitet me*. Loquitur enim cum hominibus, iisque imperitis, & rudibus; regni in Davidem translationem significans.

Sine, & adnuntiabo tibi.) Quamquam Propheta sit, tamen, Regem adloquuturus, libere loquendi copiam petit. Revocat ei in memoriam sermones, quos cum eo habuit, priusquam regnum accepisset.

Quia audivi vocem populi.) Adami excusatione ad Prophetam Saul quoque usus est. Simile enim est huic: mulier, quam dedisti mihi, ipsa dedit mihi.

Ecce non vult Dominus holocausta.) Eo quod Saul

Saul dixiſſet, ad ſacrificium oves, & boves adductos eſſe.

Quoniam peccatum ariolatio eſt irritatio, iniquitas, & theraphim dolorem, & labores inducunt, &c.) Symmachus, quia peccatum augurii eſt contentio, peccatum autem idolatriae, inobedientia; aequat igitur impietati, ſi quis Deo non obediat. Quidam autem dicit, quorumdam amentiam forte obſcure ſignificari, qui malum illud ſuſpicantur augurium eſſe, ſi victores praeda non potiantur. Porro quemadmodum per ephod, Deo conſecratum, quidnam agendum eſſet, conſulentibus ſignificabatur; ita per theraphim idolorum praedictiones declarabantur. Deus igitur Saulis etiam futura peccata praevidit quidem, ſed ſufficit peccatum praeſens, ut vel ob hoc ſolom extremum de eo ſupplicium ſumatur. Etenim ſcire eum conveniebat, unicam guttam amoris Dei, quo homines complectitur, omnem hominum bonitatem, & clementiam longe ſuperare; ipſo tamen Deo clementior videri voluit. Quumque nihil de praeda decerpere iuſſus eſſet, praetioſiſſima abduxit. Ipſe interim ieiunium indicens, ſuum hoc decretum defendere, & vindicare ſatagebat, neque proprio filio miſericors ſcilicet parcebat. Amelech vero, quem DEVS (non propter impietatem erga ſe. ſed propter crudelitatem in populum ſuum) anathematizavit, neglecto, & praeterito, neque Achar exemplo cautior factus, res pretioſiſſimas accepit. Quod autem Deus poenam Amelechitarum huculque diſtulit, ipſius etiam erga homines amoris eſt, & benignitatis, qui tantum temporis poenitentiae ipſorum dedit, & exſpectavit, donec menſura peccatorum adimpleretur. Quum interim ipſi loco poenitentiae, quam agere deberent, peccata peccatis cumularent; quumque tot, tantaque miracula in conſpectu haberent, quae in populo Iſraelitico edita, eos ad poenitentiam provocare debuerunt; quod vero, quum maiores peccarint, poſteri puniuntur; primum quidem ab illis menſura eſt impleta, quum tantum praeteritis peccatis adiecerint; deinde, quum iuſtum ſit Domini iudicium, maiores etiam ipſorum poenas non ſubterfugerunt. Atqui hi, quum meritas poenas dederint, aliis in exemplum propoſiti ſunt; temperatis pro merito in hoc, & etiam in futuro ſaeculo, poenis; quum tempus propter diſpenſationem diverſum ſit, neque illi in hoc ſaeculo iuſtam poenam dederint Quomodo enim unica poena in praeſens pro magna, & multiplici impietate ſufficere, potuiſſet? Nam certe peccatoribus, qui in hoc ſaeculo puniuntur, nihil beatius, & optabilius, potuiſſet accidere. Iudicatur enim gens, ut gens, aliique particulatim, prout meriti.

τὸ τὸν Σαοὺλ εἰπεῖν, εἰς θυσίαν ἀνενηνοχέναι τὰ βουκόλια, καὶ τὰ ποίμνια.

Ὅτι ἁμαρτία οἰώνισμά ἐστιν παραπικρασμός. ἀδικία καὶ θεραφὲν ὀδύνην, καὶ πόνους ἐπάγουσιν.) Σύμμαχος, ὅτι ἁμαρτία τῆς μαντείας τὸ προσερίζειν. ἡ δὲ ἀνομία τῶν εἰδώλων τὸ ἀπειθεῖν. εἰς ἴσον οὖν ἤγαγε τῇ ἀσεβείᾳ τὸ ἀπιστῆσαι θεῷ. φησὶ δέ τις τὴν ἄνοιαν ἴσως τῶν ἐνίων αἰνίττεσθαι, οἰωνὸν ὑποπτευόντων κακὸν, τὸ νενικηκότας μὴ κερδᾶναι τὴν λείαν. ὥσπερ δὲ τὸ Ἐφοὺδ ἀνέκειτο τῷ θεῷ, καὶ δι' αὐτοῦ τοῖς ἐρωτῶσιν ἐσημαίνετο τὸ πρακτέον· οὕτω διὰ τοῦ θεραφὲν αἱ τῶν εἰδώλων ἐδηλοῦντο προῤῥήσεις. προῄδει μὲν οὖν ὁ θεὸς τοῦ Σαοὺλ καὶ τὰς ἐσομένας παρανομίας, ἀλλ' ἤρκεσιν ἡ παροῦσα καὶ μόνη τὴν ἐσχάτην αὐτῷ τιμωρίαν ἐπενεγκεῖν. δέον γὰρ ἦν συνιδεῖν, ὡς θεοῦ φιλανθρωπίας μία σταγὼν πᾶσαν ἀγαθότητα τῶν ἀνθρώπων νικᾷ. ὁ καὶ φιλανθρωπότερος ᾤετο φανεῖσθαι θεοῦ μηδέν τε κελευσθεὶς ἀποκερδᾶναι τῆς λείας, ἐπανῆλθε τὰ κάλλιστα κομισάμενος. καὶ αὐτὸς ὁρίσας τροφῆς μηδένα μεταλαβεῖν, τὸν ἴδιον ὅρον ἐκδικεῖν κατηπείγετο, μηδὲ παιδὸς ὁ δῆθεν ἐλεήμων φειδόμενος. τοῦ δὲ θεοῦ τὸν Ἀμαλὴκ ἀναθεματίσαντος, οὐ διὰ τὴν εἰς αὐτὸν ἀσέβειαν, διὰ δὲ τὸ περὶ τὸν λαὸν ἀπηνὲς, παραβὰς λαμβάνει τὰ κάλλιστα, μηδὲ τῷ τοῦ Ἀχὰρ σωφρονισθεὶς ὑποδείγματι. εἰ δὲ παρεῖδε μέχρι νῦν ὁ θεὸς τὴν δίκην τοῦ Ἀμαλὴκ, τῆς αὐτοῦ καὶ τοῦτο φιλανθρωπίας, τοσοῦτον εἰς μετάνοιαν ἐνδεδωκότος αὐτοῖς, καὶ πληρωθῆναι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν περιμείναντος, ἀντὶ μετανοίας προστιθέντων αὐταῖς. καίτοι τοσαῦτα περὶ τὸν Ἰσραὴλ ἐγεγόνει τὰ θαύματα, δι' ὧν ἐχρῆν ἐπιστρέφεσθαι. εἰ δὲ, τῶν πρώτων ἡμαρτηκότων, οὗτοι κολάζονται, πρῶτον μὲν ἐπὶ τούτων τὸ μέτρον πεπλήρωται, τοσαῦτα προσθέντων. ἔπειτα, κρίσεως οὔσης, κἀκεῖνοι τὴν δίκην οὐκ ἔφυγον· καὶ οὗτοι κολασθέντες, εἰς παράδειγμα τοῖς ἄλλοις ἐγένοντο, μετρουμένων πρὸς ἀξίαν καὶ τῶν ἐνταῦθα κολάσεων, καὶ τῶν ἐν τῷ μέλλοντι· εἰ καὶ ὁ χρόνος διὰ τὴν οἰκονομίαν διάφορος, μηδὲ τούτων ἐνταῦθα τὸ προσῆκον ἀποτισάντων. μία γὰρ δίκη πρὸς τὸ παρὸν, πῶς ἂν πρὸς πολλὰς, καὶ μεγάλας, ἀσεβείας ἀρκέσειεν; ἢ γὰρ ἂν οὐδὲν ἂν ὑπῆρχε μακαριώτερον ἁμαρτωλοῖς τῶν ἐνταῦθα κολαζομένων. κρίνεται δὲ καὶ ἔθνος, ὡς ἔθνος· καὶ οἱ κατὰ μέρος, πρὸς τὴν ἀξίαν.

Et occidit Samuel Agag.) Vt Phinees Sambri; nam, quod Deus imperavit, pium eſt.

Καὶ ἔσφαξε Σαμουὴλ τὸν Ἀγάγ.) Ὡς ὁ Φινεὲς τὸν Σαμβρί. τὸ γὰρ παρὰ θεοῦ κελευόμενον, εὐσεβές.

CAP. XVI.

Quomodo vadam? ſi audierit Saul, occidet me.) Samuel more hominum metum praetendit. Conſtitutum autem erat, ut ſub ſacrificii praetextu abiret, non mendaciter. Mentiri enim non docet Dominus, vere enim obtulit ſacrificium. Dictum igitur eſt ei, ut factum celaret, & aliud, quam res erat, diceret.

ΚΕΦ. Ιϛ'.

Πῶς πορευθῶ. καὶ ἀκούσεται Σαούλ.) Ὡς ἄνθρωπος δειλίαν προΐσχεται. προσετάχθη δὲ προφάσει θυσίας χωρεῖν οὐ ψευδῶς. ψεύδεσθαι γὰρ οὐ διδάσκει θεὸς, ἀληθῶς γὰρ ἐπετέλησε τὴν θυσίαν. ἐῤῥέθη τοίνυν αὐτῷ κρύψαι τὸ ἔργον, εἰπεῖν δὲ τὸ πάρεργον.

Καὶ εἶδε τὸν Ἐλιάβ.) Εἰ εὐθὺς ὥρμησεν ἐπὶ τὸν Δαβὶδ, ἐκ προλήψεως τινὸς ἐδόκει τοῦτο ποιεῖν. ἐλθὼν δὲ διὰ πάντων, ἔδειξεν ὡς ὁ Θεὸς, τοὺς ἄλλους ἀποκρίνας, τὸν Δαβὶδ ἐξελέξατο. εἰ γὰρ καὶ τούτου γεγονότος οἱ ἀδελφοὶ τὸν φθόνον ἐγύμνωσαν, ἐν τῇ παρατάξει τὸν Δαβὶδ θεασάμενοι, τί ἂν μὴ, τούτου γεγονότος, οὐκ ἔπραξαν;

Καὶ πνεῦμα κυρίου ἀπέστη ἀπὸ Σαοὺλ, καὶ συνεῖχεν αὐτὸν πνεῦμα πονηρόν.) Τοῦ θείου πνεύματος ἀποστάντος, χώραν ἔσχε τὸ πονηρόν. οὕτω τῆς Ἀποστολικῆς χάριτος τὸν Ἰούδαν καταλιπούσης, εἰσεληλύθει εἰς αὐτὸν ὁ διάβολος.

Ἄνδρα εἰδότα ψάλλειν.) Ἡ διὰ τῶν μουσικῶν ὀργάνων λατρεία παρὰ Θεοῦ μὲν οὐ δέδοται, ἐπενοήθη δὲ τῷ Δαβὶδ εὐσεβέστατα. πόθῳ γὰρ θείῳ πυρούμενος, τὰ πρὸς ἀσελγείαν τοὺς ἀνθρώπους ἐκκαίοντα μετέβαλεν εἰς εὐσέβειαν, μέλος ἐνάρθρου φωνῆς ὕμνοις θείοις ἐγκεράσας· ὡς ἂν τὴν μὲν αἴσθησιν διεγείροι τὸ μέλος, τὸ δὲ νόημα μετ' αὐτοῦ τὸν θεῖον πόθον ἀνάπτοι. τοῦ θείου τοίνυν πνεύματος ὁ Δαβὶδ τὴν ἐνέργειαν ὑποδέδεκτο, καὶ ἐνεργοῦντος αὐτοῦ, τὸ πονηρὸν ἡσύχαζε πνεῦμα.

Et vidit Eliab, &c.) Si statim ad Davidem perrexisset, ex anticipata quadam opinione, vel praesumptione hoc facere videretur. Quum vero ad omnes venisset, ostendit, Dominum, reliquis reiectis, Davidem elegisse. Si vero haec quum facta sint, fratres nihilominus, Davidem videntes in castris, invidiam ostenderunt; quid, si haec facta non essent, non erant facturi?

Spiritus Domini recessit a Saule, & occupavit eum spiritus malus.) Spiritu Dei recedente, spiritus malignus locum habuit. Sic etiam in Iudam, deficiente Apostolica gratia, diabolus intravit.

Virum scientem psallere.) Cultus Dei, qui per instrumenta musica exercetur, non quidem a Deo traditus, sed a Davide admodum religiose excogitatus est. Divino enim ardore inflammatus, ea, quae homines ad libidinem, & lasciviam accendunt, ad pietatem traduxit; cantum articulatae vocis hymnis divinis temperans; ut melos sensum, intellectus vero una, eademque opera divinum ardorem exsuscitaret. David itaque divini spiritus vim, atque efficaciam acceperat; quo operante, spiritus malignus quiescebat.

ΚΕΦ. ΙΖ'.

Καὶ γνώσεται πᾶσα ἡ γῆ, ὅτι ἔστι Θεὸς ἐν Ἰσραήλ.) Προφητεύει παραταττόμενος, καὶ προαγορεύει τὴν τῆς οἰκουμένης θεογνωσίαν.

Τίος τινὸς οὗτος ὁ νεανίας;) Πῶς ἠγνόησεν ὁ Σαοὺλ τὸν Δαβίδ; ἢ, ὅτι μεμηνὼς οὐκ ᾐσθάνετο τῇ κιθάρᾳ χρωμένου; ἢ, ὅτι ὁ φθόνος αὐτὸν παρεκίνησεν ἀκριβῶς μαθεῖν ὅθεν ἐστίν;

Ψυχὴν ἀγαπῶν τοσοῦτον.) Ἀκύλας, κατὰ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. τοῦτο δὲ καὶ ὁ θεῖος νόμος παρεγγυᾷ. ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, ὡς σεαυτόν.

Καὶ τὸν μανδύαν.) Εἶδος ἐφεστρίδος. οἶμαι δέ, φησιν, Ἀρκαδικὴν εἶναι, ἢ τὸ παρὰ τῶν πολλῶν μαντίον λεγόμενον. οἱ μὲν ἑβδομήκοντα, διεῤῥωγότα φασὶ τὰ ἱμάτια τοῦ τὴν ἀναίρεσιν τῶν Ἠλὶ παίδων μηνύσαντος. ὁ δὲ Ἀκύλας, τὸν μανδύαν ἐξέδωκεν. καὶ ὁ τῶν Ἀμανιτῶν βασιλεὺς τῶν Δαβὶδ πρέσβεων ἀνεῖλε τῶν μανδυῶν τὸ ἥμισυ, ἕως τῆς ἀναβολῆς τῶν ἰσχίων αὐτῶν.

CAP. XVII.

Et adgnoscet omnis terra, quod Deus sit in Israele.] David pergens contra hostem prophetat, & de cognitione Dei in universo terrarum orbe concionatur.

Cuius filius est ipse adolescens?) Quomodo David Sauli ignotus fuit? Vel quia furibundus cithara ludentem non sentiebat, vel, invidia stimulante, diligenter, & adcurate, cognoscere voluit, cuias, & quisnam esset.

Diligens eum, quantum animam suam.) Aquila, secundum animam suam. Id vero lex Domini quoque praecipit: Diliges proximum tuum, sicut teipsum.

Et mandyan.) Genus est vestis exterioris. Existimo autem, inquit, vel Arcadicam esse, vel, quam vulgo mantion adpellant. Septuaginta enim dicunt (τὰ ἱμάτια) vestimenta illius, qui nunciavit caedem filiorum Heli, discissa fuisse. Vbi Aquila μανδύαν reddidit. Rex Ammoniticus praecidit τῶν μανδύων, hoc est, de vestibus legatorum Davidis, dimidiam partem, usque ad nates ipsorum.

ΚΕΦ. ΙΗ'.

Καὶ ἐπέπεσε πνεῦμα πονηρὸν ἐπὶ Σαοὺλ, καὶ προεφήτευεν.) Ὁμωνύμως· καὶ τοὺς ψευδοπροφήτας γὰρ, προφήτας φησὶν ἡ γραφή· καὶ θεοὺς, τοὺς ψευδωνύμους. οἱ δὲ ψευδοπροφῆται τοῖς μαινομένοις ἐῴκησαν, ὁποῖος ἦν ὁ Σαούλ. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν, τῆς θείας γεγύμνωται χάριτος· ὁ δὲ Δαβὶδ, ψάλλων τὴν μὲν τοῦ δαίμονος μανίαν ἐπραΰνεν, τὸν δὲ τοῦ Σαοὺλ κατέπαυε φθόνον.

Καὶ κύριος παντοκράτωρ ἦν μετ' αὐτοῦ.) Οὕτω τὸ πανάγιον ὠνόμασε πνεῦμα. ταύτης γὰρ ἦν ἠξιωμένος τῆς χάριτος.

Μὴ ἔστω ἡ χείρ μου ἐπ' αὐτῷ, ἀλλ' ἔστω ἐπ' αὐτῷ ἡ χεὶρ τῶν ἀλλοφύλων.) Ἔδειξεν ἡ ἱστο-

CAP. XVIII.

Irruit spiritus malus super Saulem, & prophetavit, &c.) Scriptura aequivoce etiam pseudoprophetas & falsos Deos adpellat. Ceterum pseudoprophetae insanientibus similes erant, qualis etiam Saul erat. Sed iste divina gratia fuit destitutus. David vero psallens, daemonis illam insaniam mitigavit, & invidiam Saulis repressit.

Dominus omnipotens erat cum eo.) Spiritum Sanctum hoc modo adpellavit; cuius dono, & gratia dignatus erat.

Non sit manus mea in eo; sed manus Palaestinorum.) Historia consilium & propositum Saulis ape-

lis aperuit, coniugium illud insidias fuisse, non beneficium.

Si ducenta praeputia Palaestinorum.) Quare non capita? Propterea quod metuit, ne, aliquot ex suis contribulibus interfectis, capita eorum adferret; quamobrem praeputia petit, ut manifestum sit, Palaestinos esse,

CAP. XIX.

Michol accepit cenotaphia, &c.) Aquila μορφώματα, id est, figuras dicit, & hepar caprarum, omnemque multitudinem, & convolutionem, στρογγύλωμα, pilorum. Dimisso vero Davide, lectum composuit, tamquam aegrotantis, multa imponens vestimenta, conversionem etiam pilorum ponendo sub vestes, idolum, praeter quasdam faciei partes, contexit. Caprarum autem hepar adhibuit, eo quod quidam dicant, mactato animali longi temporis spatio palpitare.

Et venit super nuncios Saulis spiritus Dei, & prophetarunt.) Quomodo illi prophetant, quomodo postea Saul? Varia utique Domini sunt retia. Quosdam enim hominum opera, & ministerio capit; quosdam caecitate venatur. Id quod accidit temporibus Helisaei. Illos autem per propheticam gratiam Davidem interficere prohibuit. Saul etiam, qui post omnes venit, humanitatis vinculis irretitus est. Prophetat enim, sed non similiter, ut reliqui. Indignus enim gratia, veste exutus tota die iacebat. Habitus autem ille regni ablationem significabat. Poenas item dedit propter contemtum prophetici spiritus. Ira enim contra Davidem, divinum spiritum contumelia adfecit. Hinc autem manifestum est, quod, qui sanctis adhaeret, & conversatur, sanctus efficitur, etsi ante malus fuerit. Idque tum maxime, si ad priora denuo non recurrat,

CAP. XX.

Τριστεύσας.) Aquila, tribus diebus exspectabis. Quare autem Ionathan per iactum telorum, aut certe iaculorum, Davidi patris insidias declaravit? Quidam propter servum dicunt haec facta esse, ne, quid significaretur, cognosceret. At potuisset solus adesse. Atqui subspicionem non potuisset cavere, si ad patefaciendum Davidi patris insidias solus abivisset. Hac de causa cum puero progreditur, & iaculandi exercitium simulat, atque Davidem obscure fugam oratione ad puerum iubet capessere. Praemittens autem servum, fugam Davidi significabat.

In die operis, &c.) Aquila, τοῦ ἔργου. ἔργον adpellat primam fugam. Ergab vero, reliqui lapidem interpretantur.

Ad lamattaram.) Aquila, ad scopum; vel, custodiam. Duplex enim est lectio. Symmachus, εἰς τὸ συντεταγμένον. Et sic in Ebraeorum interpretatione legitur. Apud Graecos, τάφρος; apud Romanos, fossa; apud Syros, scopus; ad quem sese exercendo sagittas mittere consueverunt.

Casus aliquis adparet.) Existimabat Davidem non purgatum, neque sanctificatum, convivium petere, quapropter tacuit.

Da-

ἡ ἱστορία τοῦ Σαοὺλ τὸν σκοπὸν, ὡς ἐπιβουλῆς ἦν, οὐκ εὐεργεσίας, ὁ γάμος.

Ἀλλ᾽ ἢ ἑκατὸν ἀκροβυστίας ἀλλοφύλων.) Διὰ τί μὴ κεφαλάς; ἐπειδήπερ ὑπώπτευσεν, ὅτι τῶν ὁμοφύλων τινὰς ἀνελὼν, οἴσει τούτων τὰς κεφαλάς. οὗ δὴ χάριν τὰς ἀκροβυστίας ζητεῖ, ὃ δηλοῖ τὸ ἀλλόφυλον.

ΚΕΦ. ΙΘʹ.

Καὶ ἔλαβεν Μελχὸλ τὰ κενοτάφια.] Ἀκύλας μορφώματά φησιν, καὶ τὸ ἧπαρ τῶν αἰγῶν, τὸ πᾶν πλῆθος καὶ στρογγύλωμα τριχῶν, φυγαδεύσασα δὲ τὸν Δαβὶδ, τὴν κλίνην ὡς ἀρρωστοῦντος ἐσχημάτισε τύπον, ἱματίων μὲν πλῆθος ἐπιβαλοῦσα, στρογγύλωμα δὲ τριχῶν ὑποθεῖσα τοῖς ἱματίοις, ὥστε μιμεῖσθαι τὴν κεφαλήν. τίνες δὲ μορφώματα τὴν εἰκόνα φασὶ τοῦ Δαβὶδ, ἐν τοῖς ἱματίοις ἐκάλυψε, πλὴν ἐνίων τοῦ προσώπου μορίων. τὸ δὲ τῶν αἰγῶν ἧπαρ, ἐπειδή φασιν αὐτό τινες κινεῖσθαι μέχρι πολλοῦ μετὰ τὴν τοῦ ζώου σφαγήν.

Καὶ ἐγένετο ἐπὶ τοὺς ἀγγέλους Σαοὺλ πνεῦμα θεοῦ, καὶ προεφήτευσαν.] Πῶς οὗτοι προφητεύουσι; πῶς δὲ καὶ Σαοὺλ ὕστερον; διάφορα τοίνυν τοῦ δεσπότου τὰ θήρατρα. τοὺς μὲν γὰρ, δι᾽ ἀνθρώπων θηρεύει· τοὺς δὲ, ἀορασίᾳ θηρεύει. ὅπερ ἐπὶ Ἐλισσαίου γεγένηται. τούτους δὲ διὰ προφητικῆς χάριτος τὸν Δαβὶδ ἀποκτεῖναι κεκώλυκε. καὶ Σαοὺλ δὲ, μετὰ πάντας ἐλθὼν, τῶν τῆς φιλανθρωπίας τυγχάνει δεσμῶν. προφητεύει μὲν γὰρ, ἀλλ᾽ οὐχ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις· ἀνάξιος γὰρ ὢν τῆς χάριτος, γυμνωθεὶς τῆς ἐσθῆτος πανημέριος ἔκειτο. ἐδήλου δὲ τὸ σχῆμα τὴν τῆς βασιλείας ἀφαίρεσιν. καὶ δίκας δὲ τίνει τοῦ προφητικοῦ καταφρονήσας πνεύματος. τῇ γὰρ κατὰ Δαβὶδ ὀργῇ τὸ θεῖον ὕβρισε πνεῦμα. ἐντεῦθεν δὲ δῆλον, ὡς ὁ κολλώμενος ἁγίοις, ἅγιος ἔσται, κἂν πρότερον ᾖ πονηρός. καὶ μάλιστα, μὴ παλινδρομῶν αὖθις ἐπὶ τὰ πρότερα.

ΚΕΦ. Κʹ.

Τριστεύσεις.] Ἀκύλας, τρεῖς ἡμέρας ἀναμενεῖς· διά τι δὲ τῷ Δαβὶδ διὰ μελῶν ἤγουν ἀκοντίων τὴν τοῦ πατρὸς ἐμήνυσεν Ἰωνάθαν ἐπιβουλήν; τινὲς διὰ τὸν οἰκέτην φασὶν, ἵνα μὴ μάθῃ τὰ μηνυόμενα. ἀλλ᾽ ἐξῆν καὶ μόνον παραγενέσθαι· ἀλλ᾽ οὐκ ἂν τὴν ὑποψίαν ἐξέφυγε μόνος χωρῶν τοῦ καταμηνύειν τῷ Δαβὶδ τὴν ἐπιβουλήν. ὅθεν πρόεισι μὲν σὺν τῷ παιδὶ, τὴν δὲ τῆς τοξείας ὑποκρίνεται τὴν γυμνασίαν· καὶ τῷ μὲν Δαβὶδ, αἰνίττεται τὴν φυγὴν διὰ τῶν πρὸς τὸν οἰκέτην λόγων· προπέμψας δὲ τὸν οἰκέτην, τὴν φυγὴν Δαβὶδ ὑποτίθεται.

Τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἐργασίας.] Ἀκύλας, τοῦ ἔργου. ἔργον δὲ καλεῖ, τὴν πρώτην φυγήν. τὸ δὲ Ἐργὰβ, οἱ λοιποὶ λίθον ἐξέδωκαν.

Εἰς τὴν λαματτάραν.] Ἀκύλας, εἰς τὸν σκοπόν· ἢ, φυλακήν. διττὴ γὰρ ἡ γραφή. Σύμμαχος, εἰς τὸν συντεταγμένον. ἐν δὲ τῇ τῶν Ἑβραικῶν ἑρμηνείᾳ οὕτω κεῖται. παρὰ μὲν Ἕλλησι, τάφρον· παρὰ δὲ Ῥωμαίοις, φοσσάτον· παρὰ δὲ Σύροις, σκοπὸν, εἰς ὃν γυμναζόμενοι τὰ βέλη πέμπειν εἰώθασιν.

Σύμπτωμά τι φαίνεται.] ᾤετο μὴ κεκαθαρμένον, μηδὲ ἡγνισμένον, τὸν Δαβὶδ παραιτήσασθαι τὸ συμπόσιον, διόπερ ἐσίγησεν.

Καὶ

Καὶ Δαβὶδ ἀνέστη ἀπὸ Ἀννεγάβ.] Ἀκύλας, ἐχόμβυα τοῦ νώτου. ἴσως δὲ κοῖλος τόπος ὑπῆρχεν ἐκεῖ.

ΚΕΦ. ΚΑ΄.

Πρὸς Ἀχιμέλεχ.] ἡ βίβλος τῶν ψαλμῶν, ἐν τῷ τριακοστῷ τρίτῳ, ἀντὶ τοῦ Ἀχιμέλεχ Ἀβιμέλεχ περιέχει ἐν τῇ προγραφῇ, ἐναλλαγῆς στοιχείου γενομένης, παρὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ στοιχείου τοῦ Βὴθ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις καλουμένου καὶ τοῦ Καφ. ὅμοια γὰρ τὰ στοιχεῖα, βραχυτάτης κεραίας μόνης ἐναλλαττούσης. πῶς δὲ μνησθεὶς ὁ σωτὴρ ἐν εὐαγγελίοις τῆς προκειμένης ἱστορίας ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως φησίν; ἢ τοίνυν Ἀχιμέλεχ διώνυμος ἦν, καὶ Ἀβιάθαρ καλούμενος· ἢ δεῖ λέγειν, ὡς τοῦ μὲν Ἀχιμελεχ, ὡς ἱερέως, μεμνῆσθαι τὴν ἱστορίαν· τὸν δὲ Ἀβιαθαρ, ἀρχιερέα τυγχάνειν κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ. φαίνεται δὲ ἡ τῶν βασιλέων γραφὴ, τὸν μὲν Ἀχιμέλεχ, καὶ τοὺς ἱερέας τοῦ θεοῦ, ἀνῃρῆσθαι φήσασα ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ, οὐ μὴν ἀρχιερέα. ἐπισημήνασθαι δὲ δεῖ, ὡς οἱ ἐπιστήμονες τοῦ προτέρου λαοῦ ἧττον ἐφρόντιζον τῶν σωματικῶν τοῦ νόμου παραγγελμάτων. διόπερ, ὃ μὴ ἐξῆν κατὰ τον Μωϋσέως νόμον, τοῦτο ἔπραττεν ὁ Δαβὶδ, τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἐσθίων. ἀλλὰ καὶ ὁ ἱερεὺς, μεταδιδοὺς αὐτῷ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ, τῆς ἁγίας καὶ ἱερατικῆς τροφῆς, μεῖζον ἐφρόνει τῆς τῶν πολλῶν διανοίας.

Πυνθανόμενος δὲ, εἰ καθαρὰ τὰ παιδάρια ἀπὸ γυναικός.] Παρέστη, ὅτι ἡ καθαρότης, καὶ ἡ ἁγνεία, ἰσοτίμους τοῖς ἱερεῦσι ποιεῖ. τῶν μέντοι τοῖς ἱερεῦσιν ἀπονενεμημένων μεταλαβὼν ὁ Δαβὶδ, πρόδηλον τὴν πᾶσι προτεθησομένην τοῖς εὐσεβέσι τράπεζαν μυστικήν. τοῦ γὰρ δεσποτικοῦ σώματος ὁμοίως μεταλαμβάνουσιν ἱερεῖς καὶ λαοὶ, ὅσοι μετέχον τοῦ θείου βαπτίσματος.

Καὶ ἡ ὁδὸς αὕτη βέβηλος.] Εἰπὼν, ὅτι τρεῖς ἡμέρας ἡγνεύκασι, προστέθεικεν, ὅτι διὰ τὴν προκειμένην ἀναγκαίως τῆς ἱερᾶς τροφῆς μεταλήψεται. ὡς ἂν ὑπ᾽ αὐτῆς κρατυνθεὶς, τὰ προκείμενα κατορθώσῃ. τὸ δὲ βέβηλον, οὐκ ἐπὶ τοῦ ἀκαθάρτου τέθεικεν, ἀλλ᾽ ἐπὶ τοῦ μὴ ἱεροῦ, ὅθεν καὶ Ἀκύλας λαϊκὴν ἐξέδωκεν. τουτέστιν, εἰ καὶ ἱερεὺς οὐκ εἰμὶ, ἀλλὰ προφητικῆς τετύχηκα χάριτος. σκεύη γὰρ αὐτῶν, καὶ πανοπλία, ἡ πνευματικὴ δωρεά.

Ὅτι οὐκ ἔστιν ἑτέρα παρὲξ αὐτῆς ὧδε.] Οὐδὲ γὰρ ἐξῆν ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ θεοῦ ἀποτίθεσθαι ὅπλα πολεμικά. αὕτη γὰρ ἀνέκειτο χαριστήριον εἰς μνήμην τῆς νίκης τῷ τὴν νίκην δωρησαμένῳ.

Καὶ προσεποιεῖτο ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἐτυμπάνιζεν. Ἀκύλας, παρέετο καὶ προσέκρουεν.

ΚΕΦ. ΚΒ΄.

Τὴν πόλιν τῶν ἱερέων.] Εἰς πλέονα τοῦτο κατηγορίαν. οὐ γὰρ ἦσαν Λευῖται, ἐξ ἀρχιερατικῆς δὲ ῥίζης κατήγοντο.

ΚΕΦ. ΚΓ΄.

Οὐκ ἂν ἐπορεύοντο.] Τὴν πλάνην δηλοῖ.

ποῖε

David surrexit ad Annegab.) Aquila ἐχόμβυα τοῦ νότου, hoc est, australia, reddit. Forte autem concavus locus fuit.

CAP. XXI.

Ad Achimelech.) Liber psalmorum, XXXIII. psalmo, pro Achimelech in titulo habet Abimelech, facta permutatione litterae, propter adfinitatem litterarum apud Ebraeos, Beth scilicet, & Caph. Similes enim sunt litterae exiguo apice tantum variante. Sed quomodo Servator noster in Evangeliis praesentis historiae mentionem faciens, dicit ad Abiathar summum pontificem pervenisse? Aut igitur Abimelech binominis fuit, & Abiathar etiam adpellatus est; aut dicendum est, historiam Abimelechi tamquam sacerdotis mentionem facere: Abiatharum verum, summum illis temporibus pontificem fuisse. Videtur etiam, quod Regum liber ipsum Abimelech, & sacerdotes Domini sublatos esse dicat a Saule, non autem summum pontificem. Adnotandum etiam est, peritos veteris populi, minus curavisse corporalia legis mandata. Hanc ob caussam David, comedens panes propositionis, id fecit, quod per legem Moysis non licebat. Ceterum ipse pontifex, Davidi, & eius comitibus, concedens cibum sanctum, & pontificalem, plus quam vulgus sapiebat.

Interrogans, an puri a muliere pueri essent.) Ostendit sanctitatem, & castimoniam eodem nos cum pontificibus honore dignos efficere. Quod autem David eorum, quae sacerdotibus adsignata erant, particeps factus est, omnibus piis mensam mysticam proponendam esse inde manifestum est. Dominico enim corpore sacerdotes pariter, & laici participant, quotquot sacri baptismatis participes facti sunt.

Et via haec impura, & prophana.) Quum ad tres dies sanctificatos esse dixisset, adiecit; se ad iter propositum conficiendum, impellente necessitate sacri cibi partem accepturum esse, ut necessitate victus rem praesentem defenderet, & corrigeret. βέβηλον, autem non pro ἀκαθάρτου, sed pro μὴ ἱεροῦ, id est, non sancto, posuit. Vnde Aquila etiam laicam exposuit, hoc est, etsi sacerdos non sim, donum tamen propheticum adeptus sum. Vasa enim eius, & armatura, donum spirituale.

Non alius est hic praeter hunc.) Non enim fas erat, in tabernaculo Domini arma bellica reponere. Hic autem gladius erat χαριστήριον, (id est, munus repositum in memoriam victoriae) Deo, qui victoriam gratis contulerat.

Et simulabat in die illa, & verberabat.) Aquila, παρέετο καὶ προσέκρουεν, id est, aderat, & reprimebat; vel, percutiebat.

CAP. XXII.

Oppidum sacerdotum.) Hoc ad criminis amplificationem pertinet. Etenim non Levitae erant; sed ex stirpe tantum, & prosapia sacerdotali descendebant!

CAP. XXIII.

Proficiscebantur quo quo poterant.) Errores si-

gni-

gnificat; nunc enim in Iudaea, mox vero in decerto degebant.

In Maſſareth.) Reliqui reddiderunt, in ſpeluncis munitis.

In nova. [ἐν τῇ καινῇ.] Aquila, δρυμῷ. in ſylva denſa.

CAP. XXIV.

Et ingreſſus eſt Saul, ut praepararetur.) Honeſte admodum. Aquila habet, κενῶσαι, id eſt, ut ſe evacuaret. Ioſephus dicit, τὰς φυσικὰς ἐκκρίσεις ποιήσασθαι, ad faciendam naturalem excretionem.

Ab impiis egredietur impietas.) Hoc dicit: iniquorum eſt, peccare: prudentium vero, quae in eos impie fiunt tolerare. Valde autem modeſte agit, volens cor nimis durum emollire.

Ne exſcindas ſemen meum poſt me.) Rex, qui exulem tot rebus excellit, & ſuperat, exulis humanitatem ſupplex petit. Tantae imbecillitatis eſt malitia.

CAP. XXV.

Et opus eius in Carmelo.) Hic non montem nominaſſe, auctor eſt Euſebius; ſed vicum, ſeu pagum quemdam, uſque in hunc diem hoc nomine adpellatum, in quo habitarit Nabal.

Quinque Epha farinae.) Aquila ſata interpretatus eſt. Gomor autem eadem menſura eſt cum Epha, id quod ex Ezechiele habemus.

CAP. VIII.

Quae loquutus es in ore tuo, & in manibus tuis perfecisti.) Humano more dicit, quia finem illis, quae dixisti, imposuisti.

Quoniam si vere habitabit Deus cum hominibus super terram.) Quum Deus sis, inquit, naturae incomprehensibilis, qui nullo tempore, vel loco circumscribi potes, templum manufactum aedificasti, quo non circumscriberis, sed te in illo exhibes, & ostendis. Quod declarat oculos tuos ad domum hanc apertos esse noctu, & interdiu.

Et exaudies in caelo.) Manifeste his omnibus ostendit Deum in singulis rebus unumquemque non ex domo, quae super terram est, sed ex caelo exaudire; & confitetur se non ipsi Deo, sed nomini ipsius templum aedificasse. Noverat enim ipsum immensum esse, & omnia implere. Isaias etiam dicit, sic dicit Dominus. Caelum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum; quale templum aedificabitur mihi, dicit Dominus, aut quis locus quietis meae?

Dixit, ut habitaret in caligine.) Nubes, & caligo circa eum, dicit David. Et iterum; caligo sub pedibus eius. Item, & tenebras posuit latibulum suum. Tenebrae autem, & caligo, naturam divinam invisibilem significant. Dicit igitur, quod ille, qui solem in caelo posuit, ut homines luce fruantur, quod ipse, inquam, dicat, ut habitaret in caligine, intelligibiliter quidem incomprehensibilem, & immensum significans, sensibiliter vero templum innuens; fenestras enim minimas habuit, quoniam alias etiam aediculas circumquaque habuit; ideo dicit. Dixisti, aedifica mihi domum, domum decoram sibi ipsi ad habitandum in novitate. Nam ipse tali aedificio non indigebat, sed propter hominum utilitatem aedificari praecepit. Templi vero formam, aurum, argentum, & vasorum numerum David Solomoni dedit, quemadmodum in libro Paralipomenon habetur. David enim omnia in scripto, vel pictura ex manu Domini Solomoni dedit. Dicit etiam, quod templum marmoribus varie fuerit distinctum. Lapides enim Onychis, & plenitudines lapides multi pretii habuit. Et iterum, lapidem pretiosum, & Parios magno numero.

In libro carminis.) Nam, ut dictum est, multi libri prophetici exstabant, & hoc manifeste in libris Paralipomenon ostendetur.

Septem dies, & septem dies.) In festo tabernaculorum convocavit populum, festum igitur celebrarunt diebus quatuordecim. Septem quidem diebus festum encaeniorum, & septem tabernaculorum. Octavum igitur vocat illum, qui est post septem ultimos dies.

CAP. IX.

Engasion Gaber.) Hanc Beronicem dictam esse, scribit Iosephus. Est autem civitas maritima Aethiopum, ex illis, quae AEgyptum respiciunt.

In Sophora.) Regio quaedam est Indiae, quam geographi Chrysen adpellant.

CAP.

ΚΕΦ. Η'.

Α῞ ἐλάλησας ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν ταῖς χερσί σου ἐπλήρωσας.] Ἀνθρωπίνως φησὶν, ὅτι, οἷς εἶπας, τὸ πέρας ἐπέθηκας.

Ὅτι εἰ ἀληθῶς κατοικήσει ὁ Θεὸς μετὰ ἀνθρώπων ἐπὶ τῆς γῆς.] Φύσιν ἔχων, φησὶν, ἀπερίληπτον, χειροποίητον ναὸν κατεσκεύασας, οὐκ ἐν τούτῳ περιγραφόμενος, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τὴν οἰκείαν ποιούμενος ἐπιφάνειαν. ὡς δηλοῖ τὸ εἶναι τοὺς ὀφθαλμούς σου ἀνεῳγμένους εἰς τὸν οἶκον τοῦτον ἡμέρας καὶ νυκτός.

Καὶ εἰσακούσῃ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.] Σαφῶς διὰ τούτων ἁπάντων ἐφ' ἑκάστῳ τὸν Θεὸν οὐκ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ' ἐκ τοῦ οὐρανοῦ εἰσακούειν φησίν, καὶ ὁμολογεῖ οὐκ αὐτῷ Θεῷ ἀλλὰ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ᾠκοδομηκέναι τὸν ναόν. ᾔδει γὰρ αὐτὸν ἀχώρητον, καὶ τὰ πάντα πληροῦντα. καὶ Ἠσαΐας δέ φησιν· οὕτως λέγει κύριος, ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι, λέγει κύριος. ἢ τις τόπος τῆς καταπαύσεώς μου;

Καὶ εἶπε τοῦ κατοικεῖν ἐν γνόφῳ.] Νεφέλη, καὶ γνόφος, κύκλῳ αὐτοῦ, φησὶν ὁ Δαβίδ· καὶ πάλιν. καὶ γνόφος ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. καὶ πάλιν. καὶ ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ. τὸ δὲ σκότος, καὶ γνόφος, τῆς θείας φύσεως αἰνίττεται τὸ ἀόρατον. φησὶ τοίνυν, ὅτι τὸν ἥλιον ἐν οὐρανῷ τεθεικὼς, ὥστε τοὺς ἀνθρώπους ἀπολαύειν τοῦ φωτός. αὐτὸς εἶπε τοῦ κατοικεῖν ἐν γνόφῳ. νοητῶς μὲν, τὸ ἀκατάληπτον δηλῶν, αἰσθητῶς δὲ, τὸν ναὸν αἰνιττόμενος. φωταγωγοὺς γὰρ ἄγαν εἶχε σμικροτάτους. ἐπειδὴ καὶ ἑτέρους οἰκίσκους εἶχε κύκλῳ. διό, φησιν, εἶπας, οἰκοδόμησον οἶκόν μοι, οἶκον εὐπρεπῆ σεαυτῷ, τοῦ κατοικεῖν ἐπὶ καινότητος. οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ἐδεῖτο τῆς τοιαύτης οἰκοδομίας, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων χρείαν οἰκοδομηθῆναι προσέταξεν. τοῦ δὲ νεὼ τὴν κατασκευὴν, καὶ τὸν χρυσὸν, καὶ τὸν ἄργυρον, καὶ τῶν σκευῶν τὸν ἀριθμὸν, Δαβὶδ τῷ Σολομῶντι παρέδωκεν, ὡς ἡ τῶν Παραλειπομένων βίβλος φησί. πάντα γὰρ ἐν γραφῇ ἐκ χειρὸς κυρίου ἔδωκε Δαβὶδ τῷ Σολομῶντι. φησὶ δὲ, καὶ ὡς μαρμάροις ὁ νεὼς ἐπεποίκιλτο. λίθους γὰρ ὄνυχος, καὶ πληρώσεως λίθους πολυτελεῖς. καὶ πάλιν, λίθον τίμιον, καὶ λίθους Παρίους εἰς πλῆθος.

Ἐπὶ βιβλίου τῆς ᾠδῆς.] Πολλὰ γὰρ ἦν, ὡς εἴρηται, βιβλία προφητικὰ, καὶ τοῦτο σαφῶς ἐν Παραλειπομέναις δειχθήσεται.

Ἑπτὰ ἡμέρας, καὶ ἑπτὰ ἡμέρας.] Ἐν τῇ τῆς σκηνοπηγίας ἑορτῇ συνεκάλεσε τὸν λαόν. ἐπανηγύρισαν γὰρ ιδ'. ἡμέρας, ἑπτὰ μὲν, τῶν ἐγκαινίων· ἑπτὰ δὲ, τῆς σκηνοπηγίας. ὀγδόην τοίνυν καλεῖ, τὴν μετὰ τὰς ἑπτὰ τὰς τελευταίας ἡμέρας.

ΚΕΦ. Θ'.

Ἐν Γαισιὼν Γαβέρ.] Ταύτην Ἰώσηππος τὴν καλουμένην Βερονίκην φησίν. ἐστὶ δὲ παραλία πόλις Αἰθιόπων τῶν πρὸς Αἰγύπτῳ.

Εἰς Σώφορα.] Χώρα τίς ἐστι τῆς Ἰνδίας, ἣν οἱ γεωγράφοι χρυσῆν ὀνομάζουσιν.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. Ι'.

Βασίλισσα Σαβά.] Ἔθνός ἐστιν Αἰθιοπικόν. ἐντεῦθεν δὲ κεῖσθαι φασὶν αὐτοὺς τῆς θαλάττης τῆς Ἰνδικῆς. ὀνομάζουσι δὲ αὐτοὺς Ὁμηρίτας. καταντικρὺ δέ εἰσι τῶν Αὐξωμιθῶν. μέση δὲ τούτων κἀκείνων ἡ θάλαττα.

Ξύλα πολλὰ σφόδρα πελέκητα. Ἴσως τὰ λεῖα, καὶ ὄζων ἀπηλλαγμένα. Ἰώσηππος δὲ πεύκινα ταῦτά, φησι, μηδὲν τοῖς παρ' ἡμῖν ἐοικότα πευκίνοις. τοῦ συκίνου γὰρ ξύλου καὶ λευκότερα εἶναι, καὶ λειότερα, καὶ στρυφνότερα.

Καὶ νάβλας, καὶ κινύρας.] Ἀνὰ δέκα μὲν φθόγγους ἔχει τούτων ἑκάτερον. φασὶ δὲ τὴν μὲν νάβλαν δακτύλοις, τὴν δὲ κινύραν ἀνακρούεσθαι πλήκτρῳ.

Καὶ ναῦς ἐκ Θαρσὶς χρυσίου.] Ἐνταῦθα Ἰνδικήν τινα χώραν οὕτω ὠνόμασεν. οἱ δὲ τὸν Ἰεζεχιὴλ ἑρμηνεύσαντες τὴν Καρχηδόνα τὴν τῇ Λιβύῃ προκαθημένην οὕτως ὠνόμασαν.

CAP. X.

Regina Saba.) Gens est Aethiopica;] sitam esse aiunt ad mare Indicum. Vocant autem Homeritas; sunt ex adverso Axomitarum, medium autem inter illos mare est.

Ligna multa, valde edolata.) Fortassis polita, a quibus rami resecti fuerunt. Iosephus autem, abiegna haec vocat, quae nihil simile habeant cum nostris abietibus, sed ficulno magis alba, planiora, & duriora sint.

Nablas, & citharas.) Vnumquodque illorum instrumentorum decem sonos habuit. Dicunt autem nablum digitis, citharam autem plectro tactam esse.

Et navis auri ex Tharsis.) Regionem quamdam Indiae isthic sic adpellant. Interpretes Ezechielis Carthaginem, quae Libyae adiacet, sic nominarunt.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Ἐθυμία, καὶ ἔθυεν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν.] Δῆλος ὁ λόγος, ὅτι αὐτὸς μὲν, ᾠκοδόμησεν αὐταῖς τὰ τεμένη· ἐκεῖναι δὲ, τοῖς εἰδώλοις ἐλάτρευον.

Ἐκ χειρὸς τοῦ υἱοῦ σου λήψομαι αὐτήν.] Σὺ μὲν γάρ, φησιν, ἔχεις ἐπικουροῦντα τὸν πατέρα· ἐκεῖνος δὲ, πατρικῆς βοηθείας γεγύμνωται.

Σκῆπτρον ἐν δόσω τῷ υἱῷ σου.] Προσθήσω, φησὶ, τὸν Βενιαμὶν τῇ τοῦ Ἰούδα φυλῇ. μάλα δὲ εἰκότως συνῆψε τὰς δύο φυλάς. τὸ μὲν γὰρ βασιλικὸν, εἶχεν ἡ τοῦ Ἰούδα γένος. τὸν δὲ θεῖον νεὼν, ἡ τοῦ Βενιαμίν.

Ὅπως ἡ θέλησις, ἡ τῷ δούλῳ μου Δαβίδ.] Ἄνωθέν, φησι, προϊδὼν τὴν τοῦ Δαβὶδ ἀρετὴν, ἐξελεξάμην αὐτὸν, καὶ εὐδόκησα ἐν αὐτῷ. τοῦτο γὰρ λέγει θέλησιν. καὶ ὥρισα αὐτὸν, καὶ τὸ γένος αὐτοῦ, βασιλεύειν τῆς Ἰερουσαλὴμ, ἐν ᾗ ἐβουλήθην τὸ ἐμὸν ὄνομα σέβεσθαι.

Τεσσαράκοντα ἔτη.] Ὁ δὲ Ἰώσηππος, ὀγδοήκοντα ἔτη, φησὶν, ἐβασίλευσε Σολομῶν, καὶ ἐτελεύτησεν ἐτῶν ἐνενήκοντα τεσσάρων.

CAP. XI.

Adolebat, & sacrificabat idolis ipsorum.) Oratio plana est, Solomonem quidem aedificasse ipsis delubra, ipsas vero idolis sacrificasse.

Ex manu filii tui accipiam illud.) Tu, dicit, habes patrem, qui tibi adiumento fuit, ille autem patris auxilio destitutus est.

Sceptrum unum dabo filio tuo.) Addam, inquit, tribum Beniamin tribui Iudae; recte autem duas illas tribus coniunxit. Iuda enim prosapiam regiam habuit; tribus autem Beniamin templum Dei.

Vt voluntas servi mei David.) Quum iam ante providissem Davidis virtutem, delegi eum, & complacitum est mihi in eo; hoc enim adpellat voluntatem, & constitui, ut ipse, & genus ipsius regnarent Ierosolymis, ubi volui, ut nomen meum religiose coleretur.

Quadraginta annis.) Iosephus autem octoginta, inquit, annis regnavit Solomon, & obiit, natus annos nonaginta quatuor.

ΚΕΦ. ΙΒ'.

Ἡ μικρότης μου παχυτέρα ἐστὶν τῆς ὀσφύος τοῦ πατρός μου.] Ἐν Παραλειπομέναις σαφέστερον. ὁ βραχύτατός μου δάκτυλος παχύτερος τῆς ὀσφύος τοῦ πατρός μου ἐστίν· οὕτω δὲ καὶ ὁ Σύρος ἑρμήνευσε, καὶ Ἰώσηππος.

Ὅτι παρὰ κυρίου ἦν ἡ μεταστροφή.] Ὡς τὸ, ἐσκλήρυνε κύριος τὴν καρδίαν Φαραώ· ὅταν γὰρ ὁ θεὸς καταλείπῃ τινὰ, καθάπερ σκάφος ἀκυβέρνητον φέρεται. τοῖς δ' οὖν ἀνοήτοις χρησάμενος λόγοις, πληρωθῆναι παρεσκεύασε τοῦ θεοῦ τὴν ἀπόφασιν.

Θυγάτηρ Ἀνὰν, υἱοῦ Νάας, βασιλέως υἱῶν Ἀμμών.) Ἱκανὸν τοῦτο τὴν Ἰουδαίων βασιλείαν ἐντρέψαι, ὅτι ἐπ' εὐγενείᾳ βρενθύονται. καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν τῷ σωτῆρι πεπιστευκότας ἀλλογενεῖς ὀνομάζουσιν. εὑρίσκεται γὰρ αὐτῶν καὶ τὸ βασιλικὸν γένος ἀλλόφυλον.

Καὶ ἐξῆλθεν Ἱεροβοὰμ ἐξ Αἰγύπτου.] Δὶς τὰ αὐτὰ πολλάκις ἀναγκάζεται λέγειν, ἐπειδὴ περὶ δύο βασιλειῶν διῃρημένων συγγράφει. καί ἐστιν ὅτε πολλάκις περὶ τῆς ἑτέρας τιθεὶς διήγημα,

CAP. XII.

Parvitas mea crassior est lumbo patris mei.) In libro Paralipomenon planius dicitur, minimus meus digitus crassior est lumbo patris mei. Sic etiam Syrus, & Iosephus interpretati sunt.

Quia erat aversio a Domino.) Quemadmodum illud: induravit Dominus cor Pharaonis. Si enim Dominus aliquem deseruerit, quemadmodum navis gubernatore destituta circumfertur. Stultis igitur sermonibus usus, effecit, ut Dei praedictio impleretur.

Filia Annon, filii Naas, regis filiorum Ammon.) Iustum autem erat, ut per hoc regnum Iudaeorum confunderetur; nam propter nobilitatem superbiunt, & illos, qui ex gentilibus Servatori crediderunt, alienigenas adpellant. Videmus enim genus regium alienigenas etiam habuisse.

Et egressus est Ieroboam ex Aegypto.) Bis idem saepenumero cogitur repetere, quum de duobus regnis divisis scribat. Fitque saepenumero, quando de altero narrationem contexit, & ad

& ad alterum transitionem facit, ut ea, quae modo dixit, denuo repetere, & perpetuum ordinem servare cogatur.

Ad Sameam Salamitem.) Quomodo supra Achian Siloniten dixit discidisse pallium, & decem scissuras dedisse Ieroboamo, hoc autem loco Samean Salamitem? Vtrumque factum est; illud quidem vivente Solomone, quare bona spe plenus Ieroboam in AEgyptum profugit; hoc vero, postquam inde reversus est, revocans ipsi in memoriam divinam praedictionem; ut, quum cognosceret, regnum sibi divinitus collatum esse, divinis legibus potestatem illam ornaret.

Et posuit unam in Bethel, & unam in Dan.) Limes regni decem tribuum. Ab austro enim Bethel limes erat; ab occasu Dan. Vt hi quidem ad hanc, illi vero ad illam concurrerent. Et quia loca propinqua erant, non aegre ferrent, sed boni consulerent, quod in metropolim non esset eundum.

Iuxta festum, quod in terra Iuda.) Decima quinta die septimi mensis festum tabernaculorum iuxta legem celebrare consueverant. Ille vero decimo quinto die octavi mensis vitulorum panegyrim celebravit.

CAP. XIII.

Et Propheta alius senex.] Hunc quidam pseudoprophetam fuisse existimant. Certe nequaquam Dei Propheta erat. Vanis autem sermonibus usus est ad virum Dei; noluit nocere, sed benedictionis particeps esse. Igitur Deus per illum ipsum viro Dei praedixit quid eventurum esset. Qui vaticiniis de Iosia fidem adhibuit, & ut cum illo sepeliretur, mandavit.

Et mentitus est ei.) Huius rei gratia fortassis pseudopropheta, confingens divinas voces studio benedictionis.

Et occidit eum.] Docet hac narratione, potentes potenter inquiri. Non enim illum, qui divinam vocem audiverat, vel tantillum ab homine moveri, & in errorem impelli oportebat; sed *Dei* vocem iterum exspectare, infringentem illa, quae ante praeceperat. Verisimile autem est, ad confirmationem vaticinii de altari Dei, Prophetam hac poena esse adfectum. Si enim tam severiter animadvertit in illum, qui contra mandatum cibum sumserat, quanto magis, idola animalium rationis expertium ipsi opifici praeferre, poenam meretur? Significat autem tristis hic casus Prophetae, resurrectionem ex mortuis. Manifestum enim est illum, qui viventem adhuc obiecit bestiae, mortuum vero honore dignatus est, non animo quidem, sed corpore tantum, non neglecturum id, quod solutum, & corruptum est. Reddet autem animae organum per quod conditorem coluit. Non autem quivis Propheta vir *Dei* vocatus est, sed qui perfectam virtutem nacti sunt, Moyses, Helias, & si qui tales fuerunt. Significat igitur haec adpellatio, hunc virum sene illo Propheta multo fuisse praestantiorem.

CAP. XIV.

Et coniuratio fuit in terra.] Sic etiam Iezabel,

μα, καὶ πρὸς τὴν ἑτέραν μεταβαίνων, ἀναγκάζεται ἀναλαβεῖν τὰ ἤδη προειρημένα, καὶ τὴν ἀκολουθίαν φυλάξαι.

Πρὸς Σαμέαν τὸν Σαλαμίταν.] Πῶς ἄνω μεν Α᾽χίαν τὸν Σιλωνίτην εἶπε ῥῆξαι τὸ περιβόλαιον, καὶ δοῦναι δέκα ῥήγματα τῷ Ἱεροβοάμ. ἐνταῦθα δὲ, Σαμέαν τὸν Σαλαμίτην. ἑκάτερον γέγονε, τὸ μὲν, ζῶντος· ὅθεν μετὰ χρηστῆς ἐλπίδος Ἱεροβοὰμ εἰς τὴν Αἴγυπτον ἔφυγεν· τὸ δὲ, μετὰ τὴν ἐκεῖθεν ἐπάνοδον, ἀναμιμνήσκων αὐτὸν τῆς θείας προῤῥήσεως. ὥστε μαθόντα θεόσδοτον εἶναι τὴν βασιλείαν τοῖς θείοις νόμοις κοσμῆσαι τὴν ἐξουσίαν.

Τὴν μίαν ἐν Βεθὴλ, καὶ τὴν μίαν ἔδωκε ἐν Δάν.] Ὅριον τῆς τῶν δέκα φυλῶν βασιλείας. ἀπὸ νότου μὲν, ἡ Βεθήλ. ἀπὸ Βοῤῥᾶ δὲ, ἡ Δάν. ἵνα οἱ μὲν πρὸς ταύτην, οἱ δὲ πρὸς ἐκείνην συντρέχοντες, καὶ διὰ τὸ πελάζειν μὴ δυσχεραίνοντες, ἄσμενοι δέξωνται τὸ μὴ τρέχειν εἰς τὴν μητρόπολιν.

Κατὰ τὴν ἑορτὴν, τὴν ἐν τῷ Ἰούδᾳ.] Τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τοῦ ἑβδόμου μηνὸς ἐπιτελεῖν εἰώθεισαν κατὰ τὸν νόμον τῆς σκηνοπηγίας τὴν ἑορτήν. οὕτως δὲ τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τοῦ ὀγδόου μηνὸς τῶν δαμάλεων ἐπετέλεσε τὴν πανήγυριν.

ΚΕΦ. ΙΓ΄.

Καὶ προφήτης ἄλλος πρεσβύτης.) Τοῦτον τινὲς ψευδοπροφήτην νομίζουσι. μήποτε δὲ τοῦ θεοῦ μὲν ἦν προφήτης, ψευδέσι δὲ λόγοις ἐχρήσατο περὶ τὸν ἄνθρωπον τοῦ θεοῦ, οὐ βλάψαι θέλων, μεταλαβεῖν δὲ τῆς εὐλογίας; τοιγαροῦν ὁ θεὸς δι᾽ αὐτοῦ προεῖπε τῷ ἀνθρώπῳ τοῦ θεοῦ τὸ ἐσόμενον. ὃς τοῖς δὲ περὶ τοῦ Ἰωσίου προῤῥηθεῖσιν ἐπίστευσε, καὶ σὺν ἐκείνῳ ταφῆναι προσέταξεν.

Καὶ ἐψεύσατο αὐτῷ.) Κατὰ τοῦτο ἴσως ψευδοπροφήτης, διαπλάσας θείας φωνὰς τῇ τῆς εὐλογίας ἐπιθυμίᾳ.

Καὶ ἐθανάτωσεν αὐτόν.) Διδάσκει διὰ τοῦ διηγήματος, ὡς δυνατοὶ δυνατῶς ἐταθήσονται. οὐ γὰρ ἔδει τὸν θείας ἀκηκοότα φωνῆς, κατὰ μηδὲν ὑπ᾽ ἀνθρώπου παρατραπῆναι, θεοῦ δὲ πάλιν ἀναμεῖναι φωνὴν, ἃ προσέταξε λύουσαν. εἰκὸς δὲ καὶ πρὸς βεβαίωσιν τῆς περὶ τοῦ θείου θυσιαστηρίου προῤῥήσεως τήνδε γενέσθαι τὴν τιμωρίαν. εἰ γὰρ τροφῆς μετάληψις οὕτως ἐκδικεῖ τὴν παράβασιν, πόσῳ μᾶλλον τὸ τοῦ δημιουργοῦ προτιμῆσαι τὰ εἴδωλα. ζώων ἀλόγων ἰνδάλματα; μηνύει δὲ τοῦ προφήτου τὸ πάθος τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν. ὁ γὰρ περιόντα μὲν ἐκδεδωκὼς τῷ θηρίῳ, τελευτήσαντος δὲ ἀξιώσας τιμῆς, οὐ τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ μόνον τὸ σῶμα· δῆλον ὡς οὐ περιόψεται διαλυθὲν, καὶ φθαρέν. ἀποδώσει δὲ τῇ ψυχῇ τὸ ὄργανον, δι᾽ οὗ τὸν ποιητὴν τεθεράπευκεν. ἄνθρωπος μέντοι θεοῦ οὐ πᾶς προφήτης ὠνόμασται, ἀλλ᾽ οἱ τελείαν τὴν ἀρετὴν κεκτημένοι, Μοϋσῆς, καὶ Ἑλίας, καὶ εἴ τις τοιοῦτος. δηλοῖ τοίνυν ἡ προσηγορία, ὡς τοῦ πρεσβύτου προφήτου πολὺ τιμιώτερος ἦν.

ΚΕΦ. ΙΔ΄.

Καὶ σύνδεσμος γέγονεν ἐν τῇ γῇ.) Οὕτω καὶ Ἰε-

καὶ Ἰεζάβελ, τοῦ Ἰωρὰμ μαθοῦσα τὴν τελευτὴν, καὶ τὴν Ἰὼς βασίλειαν, ἐβόησε. σύνδεσμος, σύνθεσμος. τουτέστιν, ἀποστασία, καὶ τυραννίς.

Εἰς τὸ Θεκουέ.) Ἐν τῷ λεξικῷ τῶν Ἑβραϊκῶν ὀνομάτων ἑρμηνεύεται καὶ σαλπισμός. ἐξ ὧν δέ, φησιν, ἐν Παραλειπομέναις ἔοικε δηλοῦν, ὡς ἐδίδοτο ταῦτα τοῖς τὰς θύρας τῶν βασιλείων φυλάττουσιν· προϊόντος δὲ τοῦ βασιλέως, οἱ μὲν τούτων, ἡγοῦντο· οἱ δὲ, παρέτρεχον. ἡνίκα δὲ εἰς τὸν νεὼν παρεγίνοντο, ἀπήντων οἱ ἀποστρέφοντες ἀπὸ τοῦ ναοῦ φύλακες, καὶ ἐδέχοντο ταῦτα παρ' αὐτῶν. καὶ ταῦτα κατέχοντες, πρὸ τῆς πύλης ἑστήκεισαν τοῦ ναοῦ. ἵνα τὰ μὲν ὅπλα μένῃ πρὸ τῶν θυρῶν, οἱ δὲ ταῦτα κομίζοντες, σὺν τῷ βασιλεῖ τὸν θεὸν προσκυνήσωσιν. εἰκὸς δὲ καὶ οἶκον γεγενῆσθαι πρὸ τῶν θυρῶν, ὥστε τοὺς ὁπλοφόρους ἐκεῖ τὰ ὅπλα κατατίθεσθαι. * * * ἐῴκεσαν * τῶν δορυφόρων τινὲς προλαμβάνοντες προσκυνεῖν, καὶ περιμένειν πρὸ τοῦ νεὼ, παρατηροῦντες τὴν ἄφιξιν τοῦ βασιλέως. οἱ καὶ τοῖς προπέμπουσιν αὐτὸν προαπαντῶντες, καὶ χεῖρας ἐπιτιθέντες, ἀφώπλιζον αὐτοὺς, ὡς συνεισιόντας τῷ βασιλεῖ, καὶ ἀπετίθεντο μέχρι πάλιν ἐξίοι.

bel, quum intellexisset, quod interfectus esset Ioram, & Ioas regnaret, exclamavit, conspiratio, hoc est, defectio, & violentia.

In Thecue.] In Dictionario Ebraico exponitur pulsatio, & clangor tubarum. Ex illis vero, quae liber Paralipomenon habet, videtur significare, quod haec data sint illis, qui fores regii palatii custodiebant. Quum vero Rex prodiret, horum aliqui praecedebant eum, aliqui vero iuxta currebant. Quando vero in templum veniebant, occurrebant eis custodes, qui a templo revertebant, & accipiebant haec ab ipsis, & habentes ante portam templi stabant, ut haec arma ante fores manerent. Qui autem illa ferebant, cum Rege Deum adorabant. Probabile etiam est, domum ante fores fuisse, ut arma ferentes, arma ibi reponerent; quidam hastatorum satellitum ante orabant, & ante templum adventum Regis praestolabantur. Qui etiam deducentibus Regem occurrentes, & manus inicientes, arma eis eripiebant.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Ὅτι τῷ Δαβὶδ δέδωκεν αὐτῷ κύριος κατάλειμμα ἐν Ἰερουσαλήμ.) Αἰτίαν ἀπέδωκε, δι' ἣν ὄντες ἀσεβεῖς ἐβασίλευσαν, ὡς ἂν διὰ τὸν πρόγονον διαρκέσαντες. τοῦ μέντοι Ἀβία τὰ πρῶτα, τῶν Παραλειπομένων ἡ βίβλος ἐπήνεσε· τῶν δὲ τελευταίων, συμφώνως τοῖς νῦν κατηγόρησεν.

Τὰ δὲ ὑψηλὰ οὐκ ἐξῆρεν.) Τὰ τῷ θεῷ ἐν ὑψηλοῖς ἀνακείμενα θυσιαστήρια.

Δεῦρο, διασκέδασον τὴν διαθήκην σου.) Καταλιπὼν τὸν θεὸν, τὴν τῶν Σύρων ἠσπάσατο συμμαχίαν.

Ἐποίησεν Ἀσὰ τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου.) Σαφέστερον ἐν Παραλειπομέναις. ἐν γὰρ τῇ ἀῤῥωστίᾳ, φησὶν, αὐτοῦ οὐκ ἐζήτησε τὸν κύριον. ἀλλὰ τοὺς ἰατροὺς, καὶ τοὺς ἐπῳδαῖς, καὶ μαγγανείαις, κεχρημένους, οὕτω καλεῖ. ἢ ὅτι τὸ πᾶν ἐπίστευσε τοῖς ἰατροῖς, τὴν εἰς θεὸν οὐκ ἔχων ἐλπίδα δηλοῖ. ἐκ θεοῦ γὰρ καὶ τέχναι, καὶ βοτάναι. καὶ μετὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως ταῦτα καλὰ ὑπουργοῦντα τοῖς προσήκουσιν αὐτῷ· χωρὶς δὲ ταύτης, ἀνόνητα.

CAP. XV.

Quia propter David dedit ei Dominus Deus reliquias in Ierusalem.) Causam ostendit, propter quam etiam impii Reges regnum obtinuerunt, propter patrem, & praedecessorem perdurarunt. Initium regni Abiae liber Paralipomenon celebravit; finis similiter, etiam quemadmodum hoc loco, vituperatur.

Excelsa autem non substulit.) Altaria in excelsis constructa.

Age, dissipa pactionem tuam.] Relicto Deo, societatem bellicam Syrorum cupide amplexus est.

Fecit Asa malum coram Deo.) Id planius in libro Paralipomenon habetur. Nam in morbo suo, dicit, non quaesivit Dominum, sed medicos. Ceterum illos, qui incantamentis, & veneficiis usi sunt, sic adpellat. Vel ostendit, quod se totum medicis commiserit, nec spem in Deo collocaverit. Nam ex Deo sunt artes, & herbae; &, si fide in ipsum adplicentur, ad bonum inserviunt illis, qui amici ipsius sunt; absque illa fide inutiles sunt, & supervacaneae.

ΚΕΦ. Ις'.

Καὶ εἰσῆλθε Ζαμβρὶ, καὶ ἐπάταξεν αὐτόν.) Τοὺς πονηροὺς γὰρ δι' ἀλλήλων ὁ δεσπότης κολάζει θεὸς, καὶ τῷ πονηροτέρῳ τὸν πονηρὸν παραδίδωσιν, οἷον τισὶ δημίοις κεχρημένος αὐτοῖς.

Τοῦ κυρίου τοῦ ὄρους Σομόρων.) Ἀπὸ τοῦ Σεμὴρ τὸ ὄρος ἐκλήθη Σομόρων. ἀπὸ δὲ τοῦ ὄρους, ἡ πόλις Σαμάρεια, ἡ νῦν Σεβάστη προσηγορευομένη. ἐν ἧπερ ἦν τῶν δέκα φυλῶν τὰ βασίλεια. ἐξανδραποδισθεισῶν δὲ τούτων, καὶ τῆς γῆς ἐκείνης ἐρήμου γεγενημένης, οἱ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεῖς ἐποίκους εἰς ταύτας ἐξέπεμψαν, οὓς ἐκ τῆς Σαμαρείας Σαμαρείτας ὠνόμασαν.

Ἐπὶ βιβλίου λόγων τῶν ἡμερῶν τῶν βασιλέων Ἰσραήλ.) Ἐκ τῶν τοιούτων, καὶ ὁ παρὼν συγγραφεὺς, καὶ ὁ τῶν Παραλειπομένων, ἔσχον τὰς ἀφορμάς. πάντα γὰρ συνεγράφετο.

Καὶ

CAP. XVI.

Ingressus est Sambri, & percussit eum.) Ad malos enim puniendos malis utitur Dominus, & malum peiori tradit, & veluti carnificibus quibusdam ipsis utitur.

Domini montis Somoron.] A Semer mons Somoron adpellatus est. A monte vero Urbs Samaria, quae nunc Sebastae adpellatur, in qua decem Tribuum regia erat; quum autem ipsi in servitutem abrepti essent, & terra illa esset vastata, Reges Assyriorum alios incolas in has partes traduxerunt; quos a Samaria Samaritanos vocabant.

In libro verborum dierum Regum Israel.) Praesens historicus, & qui libros Paralipomenon conscripsit, ex illis libris scribendi occasionem habuerunt; omnia enim consignabantur.

Et

Et pactus est Iosaphat.) Contraxit adfinitatem cum Iosaphat, quemadmodum in libro Paralipomenon exstat.

Serviunt Baal.] Tyriorum iste Deus fuit, ut dicit Iosephus; Astarte autem Sydoniorum. Huic etiam lucos plantarunt. Est autem Astarte eadem, quae apud Graecos Venus.

CAP. XVII.

Cui adstiti coram eo hodie.) Non metitur tempus praesens, sed, quasi quotidie constituens initium, dedit operam, ut Deo placeret, &, ut illi seipsum mundum corde praeberet, & promtum ad obediendum voluntati ipsius.

Nisi per os sermonis mei, &c.] Qui omnia audent, illam vocem Heliae audacem, & temerariam esse dixerunt. Propheta enim erat, & summus inter Prophetas, & divino zelo accensus. Atque haec impulsu Spiritus Sancti protulit, unde suum etiam eventum habuerunt.

Et corvi ferebant ei panes.) Et quomodo legem non transgressus est per avem immundam nutritus? Quia ipse legislator per corvos cibum ipsi adtulit, quemadmodum ille pollicitus est, qui docet, legem propter Iudaeorum infirmitatem positam esse. Quare ipse aliquando contra legem facere praecepit. Veluti in obsidione Iericho, quae Sabbatho facta est, & nunc per corvos Heliam pascens; aliquando vero illos, qui huiuscemodi praecepta transgressi sunt, non reprehendit. Samson enim propter ebrietatem, & immodicam libidinem privatus est gratia Dei; sed, quum ex mortuo leone mel sylvestre comedisset, reprehensionem non incurrit, & accedentes ad sanctos in luctam daemones, intelligibilis alimoniae causa fiunt, dum ipsi corde firmantur, & habitu exercentur; quorum est firma alimonia, & athletica, qui habitus postea fit in nobis post luctas multas pomeridiano tempore.

In Sarephtha Sidoniae.) Et quare ad alienigenam, eiusdem enim culpae etiam hoc fuit? Deus enim conversationem cum alienigenis prohibuerat propter Iudaeorum imbecillitatem, quam eis permisisset, si firmi existentes ipsis prodesse potuissent, quemadmodum Helias Propheta. Hanc enim in lege vitandi commercii alienigenarum causam adfert, ne fornicentur cum Diis ipsorum, aut filii Israel, vel filiae nuptiis cum impiis contractis seducantur. Ceterum reipsa etiam Heliae ostendere voluit, quam indiga sit rerum omnium humana natura, primum enim ad torrentem ipsum deducens, & exsiccans eum. Deinde ad viduam unius diei victum habentem. Est etiam typus Ecclesiae collectae ex gentibus vera fide illum excipiens, qui persequutionem ab Israelitis substinebat, quemadmodum illa Apostolos.

Vivit Dominus Deus tuus.] Euge magnae bonitatis, non aegre tulit, quod in tantis calamitatibus cibus ab ipsa peteretur. Sed tantum extremam paupertatem ostendit, & promissionem firma fide accipiens cibum adtulit, atque hoc fecit, quum hominem non novisset; alienigena enim erat, & virtutis propheticae nullam experientiam sumserat.

Quid mihi, & tibi homo Dei.) Propheta quum adfatim cibo refectus esset, calamitatem aliorum

Καὶ συνέθετο Ἰωσαφάτ.) Ἠσπάσατο τοῦ Ἀχαὰβ τὴν συγγένειαν, ὡς ἐν Παραλειπομέναις φησίν.

Καὶ ἐδούλευσε τῷ Βαάλ.) Τυρίων οὗτος θεὸς, ὡς εἶπεν Ἰώσηππος· ἡ δὲ Ἀστάρτη, Σιδωνίων· ταύτῃ καὶ τὰ ἄλση συνετίθεσαν. Ἀστάρτη δέ ἐστιν, ἡ παρ᾽ Ἕλλησιν Ἀφροδίτη.

ΚΕΦ. ΙΖʹ.

Ὧι παρέστηκα ἐνώπιον αὐτοῦ σήμερον.] Οὐ μετρεῖ τὸν παρόντα, ἀλλ᾽ ὡς ἀεὶ καταβαλλόμενος ἀρχὴν καθ᾽ ἡμέραν ἐσπούδασεν εὐαρεστεῖν τῷ θεῷ, καὶ παριστᾷν ἑαυτὸν καθαρὸν τὴν καρδίαν, ἕτοιμον ὑπακούειν τῷ βουλήματι τοῦ θεοῦ.

Ἐὰν μὴ διὰ λόγου στόματός μου.) Οἱ πάντα τολμῶντες, τὴν Ἡλιοῦ φωνὴν τολμηρὰν ἀπεφήναντο· προφήτης γὰρ ἦν, καὶ προφητῶν ἄκρως, καὶ τῷ θείῳ πυρπολούμενος ζήλῳ. καὶ ταῦτα τοῦ θείου πνεύματος ἐνεργοῦντος εἴρηκεν, ὅθεν καὶ πέρας ἐδέξατο.

Καὶ οἱ κόρακες ἔφερον αὐτῷ ἄρτους.) Καὶ πῶς οὐ παρενόμει δι᾽ ἀκαθάρτου ζώου τρεφόμενος; ὅτι περ ὁ νομοθέτης διὰ τούτων αὐτῷ προσέφερε τὴν τροφὴν, ὥσπερ ὑπέσχετο, διδάσκων ὡς ὁ νόμος πρὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀσθένειαν ἔκειτο· διὸ ποτὲ μὲν αὐτὸς παραβῆναι προσέταττεν, ὡς ἐπὶ τῆς ἐν σαββάτῳ πολιορκίας Ἱεριχοῦς, καὶ νῦν διὰ κοράκων τρέφων Ἡλίαν. ποτὲ δὲ τοῖς τὰ τοιαῦτα παραβαίνουσι μὴ μεμφόμενος. Σαμψὼν γὰρ διὰ μὲν τὴν μέθην καὶ τὴν λαγνείαν ἐγυμνώθη τῆς χάριτος. φαγὼν δὴ τὸ ἐκ τοῦ νεκροῦ λέοντος μέλι, κατηγορίας οὐκ ἔτυχεν. καὶ τοῖς ἁγίοις δὲ προσϊόντες εἰς πάλην οἱ δαίμονες, νοητῆς τροφῆς αἴτιοι γίνονται, στηριζομένοις αὐτοῖς τὴν καρδίαν, καὶ γυμναζομένοις τὴν ἕξιν. ὧν ἐστὶν ἡ στερεὰ τροφὴ καὶ ἀθλητική. ἥ τις ἕξις ἡμῖν μετὰ πολλὰς ἐπιγίνεται πάλας τὸ δειλινόν.

Εἰς Σαρεφθὰν τῆς Σιδωνίας.) Καὶ διὰ τί πρὸς ἀλλόφυλον; τῆς αὐτῆς αἰτίας καὶ τοῦτο. κεκώλυκε γὰρ τὴν πρὸς ἀλλοφύλους ἐπιμιξίαν, διὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀσθένειαν, ἣν ἂν ἐπέτρεψεν, εἰ ἑδραῖοι ὄντες ὠφελεῖν ἐκείνους ἠδύναντο. καθάπερ ὁ προφήτης Ἡλίας. ταύτην γὰρ ἐν τῷ νόμῳ τῆς ἀμιξίας αἰτίαν φησὶ, τὸ μὴ ἐκπορνεῦσαι πρὸς τοὺς θεοὺς αὐτῶν, ἢ τοὺς υἱοὺς τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ἢ τὰς θυγατέρας, γινομένης ἐπιγαμίας. ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἔργων ἠθέλησε Ἡλίᾳ δεῖξαι δαπανωμένην τὴν ἀνθρωπότητα· πρῶτον μὲν εἰς χειμάῤῥουν αὐτὸν ἀγαγὼν, καὶ ποιήσας ξηρόν. εἶτα πρὸς χήραν μιᾶς ἡμέρας ἔχουσαν βίον, ἐστὶ δὲ καὶ τύπος τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας, δεξαμένη πιστῶς τὸν ὑπὸ Ἰσραελιτῶν διωκόμενον, ὥσπερ ἐκείνη τοὺς Ἀποστόλους.

Ζῇ κύριος ὁ θεός σου.] Εὖγε τῆς πρᾳότητος. οὐκ ἐδυσχέραινεν ἐν τοσαύταις συμφοραῖς αἰτηθεῖσα τροφήν. ἀλλὰ μόνον ἔδειξε τὴν ἐσχάτην πενίαν, καὶ τὴν ἐπαγγελίαν πιστῶς δεξαμένη προσήνεγκε τὴν τροφὴν, καὶ ταῦτα οὐκ εἰδυῖα τὸν ἄνθρωπον. ἀλλόφυλος γὰρ ἦν, προφητικῆς δυνάμεως πεῖραν οὐ δεδεγμένη.

Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ;] Ἀφθόνως ὁ προφήτης ἀπολαύων τῆς τροφῆς, τῆς τῶν ἄλλων

ἄλλων ἀνθρώπων ἐπελάθετο συμφορᾶς. οὗ δὴ χάριν ὁ δεσπότης αὐτῷ τὰς τῆς χήρας ἐπεστράτευσεν οἰμωγάς. ἐπέγνω δὲ καὶ αὐτὸς τὴν αἰτίαν. οἴ μοι γάρ φησι, κύριε ὁ μάρτυς τῆς χήρας, καὶ τὰ ἑξῆς, ἀξιάγαστα δὲ τῆς χήρας τὰ ῥήματα. τῷ σῷ φωτί, φησιν, ἐγυμνώθη τὰ κεκρυμμένα μου πλημμελήματα, καὶ οὐχ ὡς ἀλλόφυλος τὴν εἴσοδον οἰωνίσατο τὴν αὐτοῦ, ἀλλὰ ταῖς ἰδίαις ἐπέγραψεν ἁμαρτίαις. οὕτω τὴν τοῦ προφήτου διδασκαλίαν ὠφέλητο. ἴσως καὶ δι' αὐτὴν ἡ τοῦ παιδὸς γέγονε τελευτή, ἵνα θεασαμένη τὴν παρὰ φύσιν ἀνάστασιν, βεβαίαν δέξηται τὴν εὐσέβειαν.

Καὶ ἐνεφύσησε τῷ μειρακίῳ τρίτον.] Μετὰ τὴν προσευχὴν τρὶς ἐμφυσήσας εἰς ζωὴν ἐπανήγαγε τὸ μειράκιον. δηλοῖ δὲ ὁ μὲν ἀριθμὸς τὴν προσκυνουμένην τριάδα. τὸ δὲ ἐμφύσημα τὴν ἐν ἀρχῇ τῆς ψυχῆς γεγενημένην δημιουργίαν. ἀλλ' ὁ προφήτης ἐμφυσήσας οὐκ ἄλλην ψυχὴν ἐδημιούργησεν, ἀλλὰ τὴν χωρισθεῖσαν τοῦ σώματος ἐπανήγαγεν.

rum hominum oblivifcitur. Quamobrem Deus viduae fletibus eum adoritur. Adgnovit etiam ipse caussam; dicit enim: heu mihi Domine, testis viduae, & cetera. Porro verba viduae digna sunt admiratione. Tua luce, inquit, retecta sunt occulta mea peccata, & non, ut alienigena, ingressum Prophetae malum omen fuisse interpretata est, sed suis peccatis mortem pueri adscripsit. Atque sic ex Prophetae doctrina fructum percepit. Fortassis etiam in bonum viduae puer mortuus est, ut si videret pueri resurrectionem, quae contra naturam est, solidam pietatem, & fidem reciperet.

Et insflavit puero ter.] Quum post orationem puero insflasset, in vitam eum revocavit, significat autem hic numerus adorandam Trinitatem; inflatio autem illa, animae creationem ab initio factam. Ceterum quum Propheta puero insflasset, non aliam animam produxit, sed illam, quae ab corpore recesserat, ad corpus revocavit.

ΚΕΦ. ΙΗ'.

Πορεύθητι, καὶ ὄφθητι τῷ Ἀχαάβ.] Ὁ φιλάνθρωπος θεὸς τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος ὁρῶν διαλλύμενον, καὶ τὸν προφήτην αἰτῆσαι τὸν ἔλεον οὐκ ἐθέλοντα, καὶ τοὺς μὲν οἰκτεῖραι θέλων. τοὺς δὲ παρὰ γνώμην λῦσαι τὴν ψῆφον οὐκ ἀνεχόμενος, ἔρχεται πρεσβευτὴς πρὸς τὸν οἰκέτην ὁ δεσπότης, πρὸς τὸν πηλὸν ὁ δημιουργὸς, καὶ πείθει λῦσαι τῶν νεφῶν τὰς ὠδῖνας τὴν πεδήσασαν γλῶτταν.

Εἰ ἔστιν ἔθνος, ἢ βασιλεία.) Ἐπειδὴ ὁ προφήτης εἰρήκει τῷ Ἀχαάβ, ζῇ κύριος ὁ θεός μου, εἰ ἔσται τὰ ἔτη ταῦτα ὑετὸς, εἰ μὴ διὰ λόγου στόματός μου. λαβὼν τῆς τῶν λόγων ἀληθείας τὴν πεῖραν ὁ Ἀχαάβ, ἀναγκαίως ἐζήτει τὸν δήσαντα πρὸς λύσιν, ἢ πρὸς ἀναίρεσιν, εἰ μὴ πείθοιτο.

Καὶ πνεῦμα κυρίου ἀρεῖ σε.] Ἀνδρὸς ταῦτα μελετῶντος τὰ θεῖα, καὶ τοῦ θείου πνεύματος ἐπισταμένου τὴν δύναμιν.

Ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ἰγνύαις.) Καὶ τὸν θεὸν γὰρ προσεκύνουν, καὶ τοῖς εἰδώλοις ἐλάτρευον. ὁ δὲ θεός, φησιν, οὐ βούλεται τοὺς ψευδωνύμους τιμᾶσθαι θεοὺς, οὔτε αὐτοὶ τὸν ἀληθινὸν τιμᾶσθαι θεόν. ὑμεῖς δὲ καὶ ταῦτα κἀκεῖνα ποιοῦντες οὐδετέρῳ φυλάττετε πίστιν.

Καὶ ἐκλεξάσθωσαν ἑαυτοῖς τὸν τόπον ἕνα.) Τίνος ἕνεκα τοῖς ἱερεῦσι τοῦ Βααλ τὸν πίονα βοῦν ἐκλέξασθαι καὶ πρώτοις ἐπιτελέσαι τὴν θυσίαν ἐπέτρεψεν; ἢ δῆλον ὡς ὁ μὲν ὄντως θεὸς οὐδενὸς τούτων ἐστὶν ἐνδεής. οἱ δὲ λέγειν ἤμελλον, ὡς χαλεπαίνων ὁ Βαὰλ, ὡς μὴ προτιμηθεὶς, οὐκ ἐδέξατο τὴν θυσίαν.

Καὶ ᾠκοδόμησε τοὺς λίθους.) Καὶ πῶς τοῦ νόμου διαγορεύοντος ἐν ἑνὶ τρόπῳ λατρεύειν, ὁ Ἡλίας ἐν τῷ Καρμήλῳ θυσιαστήριον ᾠκοδόμησε; δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον. ἀνόμοις δὲ, καὶ ἀνυποτάκτοις. οἵους εἶναι συνέβαινε τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ. καὶ τοῦ πανταχοῦ θύειν εἴπερ ἔλαβον ἄδειαν, ἤμελλον λατρεύειν καὶ δαίμοσιν. ὁ δὲ προφήτης βουλόμενος δεῖξαι καὶ τοῦ θεοῦ τὸ δυνατὸν, καὶ τῶν δαιμόνων τὸ ἀσθενὲς, ἐπειδὴ διῃρημένης τῆς βασιλείας οὐχ οἷός τε ἦν ἄγειν τοὺς παρόντας εἰς τὸν ἐν Ἱερο-

CAP. XVIII.

Abi, & ostende te Acabo.] Amans hominum Deus, quum videret perire genus humanum, neque Prophetam implorare misericordiam velle, quum misereri ipse cuperet, neque tamen praeter animi sententiam decretum contra ipsos solvere substineret, venit legatus ad servum Dominus, ad lutum opifex, & linguam solvere persuadet, quae nubium dolores vinciebat.

Si est gens, aut Regnum.) Quoniam Propheta dixerat ad Achab, vivit Dominus Deus meus, si erit annis his pluvia, nisi per sermonem oris mei. Et Achab reipsa expertus est Prophetam verum dixisse, necessitate impulsus quaerebat illum, qui caelum obstruxerat, ut solveret, vel, ut eum occideret, nisi obtemperaret.

Spiritus Domini feret te.) Verba sunt viri meditantis divina, & scientis potentiam, & virtutem divini spiritus.

Vsquequo claudicabitis in ambobus poplitibus.] Nam & Deum adorabant, & idola colebant. Deus autem non vult, dicit, ut falsi Dii colantur, neque illi volunt, ut verus Deus colatur. Vos autem & haec, & illa facientes, neque huic, neque illi servatis fidem.

Et eligant sibi ipsis unum.) Quare permisit, ut sacerdotes Baal pinguem bovem deligerent, & primi sacrificium offerrent? Manifestum est illum, qui revera Deus est, nullius horum indigere. Illi autem dicturi erant Baal non accepisse sacrificium, propterea quod aegre tulerit, se alteri non praelatum fuisse.

Et aedificavit altare.) Quomodo quum lex praecipiat, ut unico in loco sacrificia offerantur, Helias in Carmelo altare exstruxit? Iusto lex non est posita, iuxta divum Apostolum, sed iniquis, & immorigeris, quales Israelitas esse contigit, qui ubique sacrificaturi erant, si impunitatem adepti fuissent, & etiam daemones culturi. Propheta autem volens ostendere non solum Dei virtutem, & potentiam, sed etiam daemonum imbecillitatem, quum diviso Regno illos, qui praesentes erant, in Templum Hieroso-

rosolymitanum deducere non potuit, necessitate adactus, venit in Carmelum, ibi plures disputationes habebat.

Fecit Thaala.) Iosephus, δεξαμένην, canalem.

Tertio sic facite.] Iterum ostendit numerum adorandae Trinitatis.

Et lapides, & pulverem elinxit ignis.] Ne altare Dei dedecore adficeretur, quum impii sacrificia daemonibus offerrent.

Ἱεροσολύμοις νεὼν, ἀναγκαίως ἦλθεν ἐπὶ τὸν Κάρμηλον, ἔνθα τὰς πλείονας ἐποιεῖτο διατριβάς.

Ἐποίησε Θααλά.) Ἰώσηππος, δεξαμένην.

Τριστεύσατε.] Τῆς προσκυνητῆς τριάδος πάλιν ἐμφαίνει τὸν ἀριθμόν.

Καὶ τοὺς λίθους, καὶ τὸν χοῦν ἐξέλιξε τὸ πῦρ.] Ὥστε μὴ καθυβρισθῆναι τὸ θεῖον θυσιαστήριον, τῶν δυσσεβῶν ἐκείνων προσφερόντων θυσίας τοῖς δαίμοσιν.

CAP. XIX.

Et timuit Helias.) Quomodo quum tantam haberet potentiam, & virtutem? quia non solum Propheta erat, sed etiam homo. Praeterea metus hic divinae dispensationis fuit. Etenim ne tam miraculosi operis magnitudo eum insolentem redderet, gratia Dei metum ei indidit, ut suam imbecillitatem cognosceret.

Ecce Dominus transibit.) Docuit Heliam mansuetudine, & longanimitate excellere, & probavit genus hominum. Item, quod facile sibi sit & fulmina demittere, & terram concutere, eamque impiis repente sepulcrum ostendere, & spirituum vi omnia perdere, sed longanimitas mihi placet, inquit. Vnumquemque vero aliorum hominum malitia trahit. Quod vero Deus veteris testamenti non sit ignis, Helias docetur, & per ipsum nos omnes, sed neque aura tenuis. Per tenuem vero auram dicitur adesse. Quum enim in caliginosa nube, & igne filiis Israel adparuerit, inveniens Heliam sublimiorum capacem, eum in notitiam incorporei subduxit, a terraemotu, a spiritu, & ab igne ad tenuem auram. Id quod affine est voci Servatoris, Deus spiritus est.

Iniecit pallium suum super eum.) Cur Asahelem, Iehu, & Helisaeum iussus ungere solum Prophetam unxit? Gratia igitur spirituali, qua ipsum unxit, quamque in ipsum contulit, alios etiam unxit. Propheticam enim ab ipso gratiam accipiens, attulit illis unctionem, & gratiam, quae in Rege requiritur, ipsis contulit.

ΚΕΦ. ΙΘʹ.

Καὶ ἐφοβήθη Ἡλίας.] Καὶ πῶς, τοσαύτην ἔχων τὴν δύναμιν; ὅτι οὐ μόνον προφήτης, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος ἦν. ἄλλως τε καὶ τῆς θείας ἦν οἰκονομίας τὸ δέος. ἵνα γὰρ μὴ τῆς θαυματουργίας τὸ μέγεθος ἐπάρῃ τὸ φρόνημα, ἐνδέδωκεν ἡ χάρις τῇ φύσει τὴν δειλίαν εἰσδέξασθαι, ὡς ἂν ἐπιγνῷ τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν.

Ἰδοὺ κύριος παρελεύσεται.] Ἐδίδαξε τὸν Ἡλίαν ὡς ἡμερότητι καὶ μακροθυμίᾳ πρυτανεύειν, ἐδοκίμασε τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος. καὶ ὅτι ῥᾴδιον ἦν αὐτῷ, καὶ κεραυνοὺς ἐπιπέμψαι, καὶ κλονῆσαι τὴν γῆν καὶ τοῖς ἀσεβέσιν ἀποδεῖξαι τάφον αὐτὴν αὐτοσχέδιον, καὶ βίᾳ πνευμάτων ἀπολέσαι τὸ πᾶν. ἀλλ' ἡ μακροθυμία μοι φίλη φησίν. ἕκαστον δὲ τῶν ἄλλων ἡ πονηρία τῶν ἀνθρώπων ἐφέλκεται. ὅτι δὲ οὐ πῦρ ὁ τῆς παλαιᾶς θεὸς, Ἡλίας διδάσκεται, καὶ δι' αὐτοῦ πάντες ἡμεῖς. ἀλλ' οὐδὲ αὔρα λεπτή. δι' αὔρας δὲ λέγεται παρεῖναι λεπτῆς. ἐπεὶ γὰρ ἐν γνόφῳ καὶ πυρὶ τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ ἐπεφάνη, τὸν Ἡλίαν εὑρὼν τῶν ὑψηλοτέρων χωρητικὸν, ἐπὶ τὴν τοῦ ἀσωμάτου τοῦτον ἀνήγαγεν ἔννοιαν, ἀπὸ σεισμοῦ καὶ πνεύματος καὶ πυρὸς ἐπὶ λεπτὴν αὔραν. ὅπερ ἐγγὺς ἂν εἴη τῆς τοῦ σωτῆρος φωνῆς τὸ πνεῦμα ὁ θεός.

Καὶ ἔῤῥιψεν ἐπ' αὐτὸν τὴν μηλωτὴν αὐτοῦ.] Τί δήποτε τὸν Ἀζαὴλ, καὶ τὸν Ἰηοῦ, καὶ τὸν Ἐλισσαῖον χρίσαι προσταχθεὶς, μόνον ἔχρισε τὸν προφήτην; ᾗ τοίνυν ἔχρισεν αὐτὸν, καὶ τῆς πνευματικῆς αὐτῷ μετέδωκε χάριτος ταύτῃ καὶ τοὺς ἄλλους ἔχρισε. τὴν προφητικὴν γὰρ παρ' αὐτοῦ δεξάμενος χάριν, προσήνεγκεν ἐκείνοις τὸ χρίσμα, καὶ τῆς βασιλικῆς αὐτοῖς μετέδωκε χάριτος.

CAP XX.

Laudavit Nabuthe Dominum.) Honeste dixit pro blasphemavit. Ieiunium vero indici praecepit, ut per hoc caedem iustam esse ostenderet. Eamque ob causam poena constituta eum iussit adfici, magisque puniri, quam alios. Deinde poenam hoc modo substinere.

Scidit vestimenta sua.) Quia levis. & inconstans erat Achab, facile semper mutabatur. Hinc Iezabel eum in tantam impietatem, ut historia dicat, gratis venundatum esse, ut faceret malum coram Domino, ut transtulit eum Iezabel, &c. Hinc quum adpeteret vineam, dolorem morte Nabuthae accepit.

Secundum omnia, quae fecit Amorrhaeus.) Iam non peculiarem gentem dicit, sed omnes Chananaeos. Amorrhaeus enim Ebraica voce etiam incola nominatur. Beneficus autem Deus propter homicidium exitium Achabo comminatus est,

ΚΕΦ. Κʹ.

Εὐλόγηκε Ναβουθαὶ θεόν.] Εὐφήμως εἶπεν ἀντὶ τοῦ, ἐβλασφήμησεν. τὴν δὲ νηστείαν γενέσθαι προσέταξεν, ὥστε ταύτῃ δεῖξαι τοῦ φόνου τὸ δίκαιον. καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸν συνήθους αὐτὸν ἐκέλευσεν ἀξιωθῆναι τιμῆς, καὶ προηδρεύει τῶν ἄλλων, εἶθ' οὕτω τὴν γραφὴν ὑποστῆναι.

Διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ.] Κοῦφος ὢν Ἀχαὰβ, ῥαδίως ἀεὶ μετετρέπετο· ὅθεν αὐτὸν Ἰεζάβελ εἰς τοῦτο κατέστησεν ἀσεβείας. δι' ὅπερ ἡ ἱστορία δωρεάν, φησιν, ἐπράθη Ἀχαὰβ, τοῦ ποιῆσαι τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, ὡς μετέστησεν αὐτὸν Ἰεζάβελ, καὶ τὰ ἑξῆς. ὅθεν ὀρεχθεὶς τοῦ ἀμπελῶνος ἤλγησεν ἐπὶ τῷ τοῦ Ναβουθαὶ θανάτῳ.

Καὶ πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ Ἀμοῤῥαῖος.) Νῦν οὐ τὸ ἰδικὸν ἔθνος φησὶν, ἀλλὰ πάντας τοὺς Χαναναίους. Ἀμοῤῥαῖος γὰρ τῇ Ἑβραίων φωνῇ καὶ ὁ κατοικῶν ὀνομάζεται. ὁ δὲ φιλάνθρωπος θεὸς, διὰ μὲν τὴν μιαιφονίαν τὴν πανω-

πανωλεθρίαν ἠπείλησεν. διὰ δὲ τὸν ἐπὶ τῷ φόνῳ θρῆνον τὴν τῆς τιμωρίας ἀναλαβὴν ἐχαρίσατο.

ΚΕΦ. ΚΑ'.

Εἰ ἐκποιήσει ὁ χοῦς Σαμαρείας ταῖς δραξί.] ταῦτα ἔλεγον ἀπειλοῦντες τῆς πολιορκίας τὰ χώματα.

Ἑώρακας πάντα τὸν ἦχον.] Οἰκείως τῶν ἀπειλητικῶν ῥημάτων τὸν κόμπον οὕτως ἐκάλεσεν. διελύθη γὰρ συντόμως τῇ θείᾳ ῥοπῇ.

Ἐν τοῖς παιδαρίοις τῶν ἀρχόντων τῶν χωρῶν.) Οὐ χρήζω, φησὶ, πλήθους ἐγώ. ἐν ὀλίγοις γὰρ μειρακίοις, καὶ πολέμων ἀπείροις, τὴν παμπόλλην ταύτην στρατιὰν διολέσω. ἦσαν δέ, φησι, διακόσιοι τριάκοντα δύο, δι' ὧν ὁ παντοδύναμος κύριος λβ' βασιλέων κατέλυσε στρατιάν.

Θεὸς ὀρέων, θεὸς Ἰσραήλ.] Ἐπειδὴ τοιούτους εἶναι τοὺς οἰκείους θεοὺς ὑπελάμβανον, ᾠήθησαν καὶ τὸν ἀληθινὸν καὶ τῶν ὅλων δημιουργὸν μερικὸν εἶναι θεόν. ἀλλ' ἔδειξε καὶ τοῖς οἰκείοις καὶ τοῖς ἀλλοτρίοις τὴν οἰκείαν ἰσχύν. τῆς γὰρ συμπλοκῆς ἐν πεδίῳ γεγενημένης, δυοκαίδεκα τῶν ἀντιπάλων μυριάδας Ἰσραὴλ κατηκόντισεν. ἵνα δὲ κἀκεῖνοι μάθωσιν ὡς θεήλατος ἡ πληγή, τῶν διαφυγόντων εἰς τὴν Ἀφεκὰ πόλιν καταπεφευγότων, καταπεσὸν τὸ τεῖχος ἑπτὰ καὶ εἴκοσι μυριάδας κατέχωσεν.

Ἐν λόγῳ κυρίου πάταξον δή με.] Οὐκ ἐγώ σοί, φησιν, ἐπιτάττω, ἀλλὰ τὸ ἐν ἐμοὶ πνεῦμα. διὸ δὴ τῷ ἀντειπόντι τὸν διὰ τοῦ λέοντος ἐπήνεγκεν ὄλεθρον.

Καὶ συνέτριψεν.] Τουτέστιν, ἐτραυμάτισεν.

Καὶ κατεδήσατο ἐν τελαμῶν, τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ.) Παραβολαῖς οἱ προφῆται κεχρημένοι τὰς θείας προρρήσεις προσφέρουσιν. ὡς ἂν ἀγνοοῦντες οἱ τῶνδε τῶν λόγων ἀκούοντες, ὡς καθ' ἑαυτῶν τὴν ψῆφον ἐκφέρουσιν, δικαίως ψηφίζωνται. ἄλλως γὰρ ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἄλλως ἐν ἑτέροις τὴν ἁμαρτίαν ὁρῶμεν. τοῦτο καὶ ὁ Νάθαν πεποίηκε τῷ Δαβίδ. τοῦτο καὶ νῦν ὁ προφήτης.

Διότι ἐξαπέστειλας σὺ ἄνδρα ὀλέθριον.] Φιλανθρωπίας ἀδίκου δίκην Ἀχαὰβ εἰσεπράχθη. δεῖ γὰρ ταύτην ἔχειν τὸ δίκαιον. αὐτὸς δὲ ὠμότητι χρησάμενος κατὰ τῶν προφητῶν, καὶ πάντας ἄρδην ἀνελεῖν βουληθεὶς, καὶ τοὺς ἑλόντας ἀνελὼν πάντας, περὶ τὸν τοῦ Ἰσραὴλ πολέμιον τὸ ἥμερον ἔδειξεν· ὅτι δὲ πλεῖστα ἐξήμαρτε διὰ τὴν εὐκολίαν τῆς γνώμης. τὰ ἑξῆς μαρτυρεῖ.

Πρὸς οἶκον αὐτοῦ συγκεχυμένος.] Πεῖραν γὰρ ἔχων τῶν θείων προρρήσεων, (δὶς γὰρ ἐνίκησε κατὰ τοὺς χρησμοὺς,) τὴν προσενεχθεῖσαν ἔδεισεν ἀπειλήν. ἀλλ' εὐθὺς πάλιν εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανῆλθεν ἀσέβειαν.

ΚΕΦ. ΚΒ'.

Καθώς σὺ, οὕτως καὶ ἐγώ.) Τὰ αὐτά σοι δράσω, φησίν. ὡς παρατάττῃ, παρατάττομαι. καὶ ὁ λαός σου πολεμεῖ, καὶ ὁ ἐμός. ἔδειξε δὲ αὐτοῦ τὴν εὐσέβειαν ἡ γραφή, εἰ καὶ ταύτην ἐλυμήνατο φιλία, καὶ συγγένεια τοῦ Ἀχαὰβ, ὡς ἐν Παραλειπομέναις, φησίν.

tus est, sed quia caedem lamentatus est, ex gratia poenam remisit.

CAP. XXI.

Si suffecerit pulvis Samariae pugillis.) Haec dicebant, comminantes se aggeres facturos in obsidione.

Vidisti omnem sonum.) Proprie verborum minantium fastum sic vocavit; statim enim Dei nutu dissolutus, & fractus est.

In pueris principum provinciarum.] Non pluribus ego indigeo, inquit, nam quum paucis pueris, & bellorum expertibus, & ignaris maximum illum exercitum fundam. Erant autem, dicit Scriptura, trecenti triginta duo, per quos omnipotens Deus exercitum triginta duorum regum profligavit.

Deus montium, Deus Israel.) Quum suos Deos tales esse putarent, existimaverunt verum Deum, & totius mundi opificem, partis alicuius tantum Deum esse; sed domesticis, & peregrinis suam vim, & potentiam demonstravit. Quum enim in campo conflictus fieret, Israelitae centena viginti millia hostium profligarunt, & occiderunt. Ceterum, ut hanc cladem divinitus ipsis immissam esse cognoscerent, quum illi, qui per fugam iam evaserant, Aphecapolim se recepissent, murus corruit, & viginti septem millia virorum oppressit.

In sermone Domini percute me.) Non ego tibi impero, dicit, sed qui in me est spiritus. Quapropter contradicenti per leonem exitium intulit.

Et contrivit.) Hoc est, vulneravit.

Et ligavit in vitta oculos suos.) Parabolis usi Prophetae, divina vaticinia proferunt, ut illi, qui illos sermones audiunt, nescientes, quod contra seipsos ferant sententiam, iuste sententiam dicant. Aliter enim in nobis ipsis, & aliter in aliis peccata cernimus. Hoc etiam Nathan fecit, cum Davide agens, idem nunc quoque Propheta facit.

Propterea quod dimisisti virum perniciosum.) Humanitatis iniustae, & praeposterae poenas Achab persolvit; nam in praestanda humanitate iustitiam servare oportet. Ipse vero summa crudelitate erga Prophetas usus est, omnesque penitus delere voluit, & quos cepit, omnes sustulit. Nunc vero se placabilem, & mitem erga hostes Israelitarum praebuit. Quod autem propter facilitatem illam, & promtitudinem animi saepe peccarit, sequentia testantur.

In domum suam contristatus.) Quum enim veritatem vaticiniorum Dei reipsa expertus esset (bis enim vicit iuxta oracula Dei) comminationem propositam a Propheta timuit, sed statim ad solitam impietatem rediit.

CAP. XXII.

Sicut tu, ita etiam ego.] Eadem faciam, quae tu, dicit, sicut aciem instruxeris, ita & ego aciem instruam; tuus populus pugnat, & meus. Ostendit Scriptura pietatem ipsius, quamvis amicitia, & affinitas Achab, quemadmodum in libro Paralipomenon legitur, eam vitiaverit, & corruperit.

Adscende, & successum dabit Dominus.) Expectavit donec iuramento adigeretur, ut tunc demum veritatem proferret. Nam quandoquidem Achab existimabat Prophetam ex odio tristia, & infoelicia praedicere, primum dicit, quae grata erant, postea adactus iureiurando, quae divinitus ei revelata erant, aperuit.

Quemadmodum oves, quae non habent pastorem.] His verbis ostendit, quod propter Regis malitiam, cladem accepturi sint. Si enim nacti fuissent pium, & religiosum pastorem, potenter hostes vicissent, & profligassent.

Non vaticinatur hic mihi bona, sed mala.) Iosephus scribit, Micheam illum fuisse, qui iam ante vitta usus est, & Achabo tristia praedixit. Idque hinc coniiciens, quod Achab dicit: odi eum, qui non loquitur de me bona, sed mala.

Et dixit Dominus, quis decipiet Achab.) Prosopopoeia est, docens, & ostendens permissionem divinam: Dominus enim, qui verax est, & veritatis doctor, non imperavit, ut decipiatur Achab, qui per Prophetam dixit, an non Dominus his in Deum? revertatur quisque in domum suam in pace. His igitur docuit Propheta, quod spiritus deceptionis, qui impiis hominibus pro organis, & instrumentis utitur, mendaciter victoriam promittat. Hoc autem fit, Deo permittente; quum enim prohibere potuisset, non prohibuit. Achab enim indignus erat, cuius curam Deus susciperet. Hoc autem simile est huic, quod a Paulo dicitur, mittet illis Deus efficaciam erroris, qui veritatem non receperunt. Ceterum visiones explicationes sunt consilii Dei. Non quod ipse id, quod est, ostendat; corporeis autem figuris, & humano more effictis sermonibus exprimit, & describit Dei dispensationem. Quemadmodum Deus ipse dicit: ego visiones multiplicavi, & per manum Prophetarum adsimilatus sum. Non ipse adparet, sed visiones multiplicat, & similitudinem ostendit Prophetis, regni quidem, si in throno sedentem vident, & circa eum caelestem exercitum; iudicii vero, quando canum vident, albis vestibus ornatum, propter iudicii non prudentiam modo, sed & puritatem. Zacharias etiam videt ventos, humana voce utentes. & dicentes, circumeamus terram, & ecce universa terra incolitur. Quemadmodum enim pictores in imaginibus bellum, & pacem, victoriam, & amicitiam, & quaecumque alia effingunt in imagines humanorum corporum, huiuscemodi similitudinibus consilium, & propositum suum evidentius ostendentes; ita etiam Spiritus Sanctus Prophetis, & Apostolis voluntatem Dei, & gloriam, & dispensationem, & maledictionem contra periuros, & contra alia quaedam animata, & inanimata, & quod Deus vult implere, quodque postea exercitus Dei implet, aut quaecumque Satan per insidias tentare audet, & Deus permittit, proponit, & per visiones exprimit, quemadmodum in Iob. Visiones enim, & verba in visionibus sunt pars quaedam condescensionis Dei, qua se ad captum nostrum demittit. Neque enim columba est Spiritus Sanctus. Neque haec verba, qui est in Dextra Dei, qui & intercedit pro nobis, ita, ut dicta sunt, intelligere debemus, quasi in loco Deus sit, & uni-

Ἀνάβαινε, καὶ εὐοδώσει κύριος.) Ἀνέμενεν ὁρκωθῆναι, εἶθ' οὕτω φᾶναι τὸ ἀληθές. ἐπειδὴ γὰρ ὑπελάμβανεν Ἀχαὰβ διὰ μῖσος τὸν προφήτην προλέγειν τὰ λυπηρὰ, πρῶτον εἶπε τὰ καταθύμια, εἶτα ὁρκωθεὶς τὰ θεῖα μεμήνυκεν.

Ὡς πρόβατα, οἷς οὐκ ἔστι ποιμήν.) Δελοῖ διὰ τούτων, ὡς ἡ ἐκείνου πονηρία τὴν ἧτταν ἐργάζεται. εἰ γὰρ ποιμένος ἔτυχων εὐσεβοῦς, κατὰ κράτος ἂν τοὺς πολεμίους ἐνίκησαν.

Οὐ προφητεύει οὗτος μοι καλὰ, ἀλλ' ἢ κακά.) Ὁ Ἰώσηππος τὸν Μιχαίαν ἔφησεν εἶναι, τὸν ἤδη πρότερον τῷ τελαμῶνι χρησάμενον, καὶ τὰ λυπηρὰ τῷ Ἀχαὰβ προαγγείλαντα, τεκμαιρόμενος τῷ φᾶναι τὸν Ἀχαὰβ· ὅτι μεμίσηκα αὐτὸν, ὅτι οὐ λέγει περὶ ἐμοῦ τἀγαθὰ, ἀλλ' ἢ κακά.

Καὶ εἶπεν κύριος, τίς ἀπατήσει τὸν Ἀχαάβ.] Προσωποποιΐα, διδάσκουσα τὴν θείαν συγχώρησιν. οὐ γὰρ ὁ ἀληθὴς θεὸς, καὶ τῆς ἀληθείας διδάσκαλος, προσέταττεν ἀπατηθῆναι τὸν Ἀχαὰβ, ὁ διὰ τοῦ προφήτου εἰπὼν, εἰ κυρίως αὐτοὶ πρὸς θεόν. ἀποστραφήτω δὲ ἕκαστος εἰς τὸν αὐτοῦ οἶκον ἐν εἰρήνῃ. διὰ τούτων τοίνυν ὁ προφήτης ἐδίδαξεν, ὡς τὸ πνεῦμα τῆς ἀπάτης, ὀργάνοις χρώμενον τοῖς δυσσεβέσιν ἀνθρώποις, ψευδῶς ὑπισχνεῖται τὴν νίκην. τοῦτο δὲ γίνεται τοῦ θεοῦ συγχωρήσαντος. κωλύσαι γὰρ δυνάμενος οὐκ ἐκώλυσεν. ἐπειδήπερ ὁ Ἀχαὰβ τῆς θείας ἦν κηδεμονίας ἀνάξιος. τούτῳ δὲ ὅμοιον τὸ ὑπὸ Παύλου λεγόμενον. πέμψει ὁ θεὸς ἐνέργειαν πλάνης τοῖς τὴν ἀλήθειαν οὐ παραδεξαμένοις. ἀλλ' ἑρμηνεῖαι τῆς τοῦ θεοῦ βουλήσεως τυγχάνουσιν αἱ ὀπτασίαι, οὐχ ὅπερ ἐστιν αὐτὸν δεικνῦσαι, σωματικοῖς δὲ σχήμασι, καὶ ἀνθρωπίνοις λόγοις, διατυποῦσαι τὰς τοῦ θεοῦ οἰκονομίας, ὡς αὐτὸς ὁ θεός, φησιν· ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην. οὐκ αὐτὸς φαίνεται, ἀλλ' ὁράσεις πληθύνει. καὶ ὁμοίωμα δείκνυσι τοῖς προφήταις, βασιλείας μὲν, ὅταν ἐπὶ θρόνου καθεζόμενον ὁρῶσι, καὶ περὶ αὐτὸν τὴν οὐράνιον στρατιάν· κρίσεως δὲ, ὅταν πολιὸν βλέπωσι, λευκοῖς ἱματίοις κοσμούμενον, διὰ τὸ τῆς κρίσεως σοφόν τε ἅμα καὶ καθαρόν. ὁρᾷ καὶ Ζαχαρίας ἀνέμους, ἀνθρωπίνῃ φωνῇ χρωμένους, καὶ περιοδεύσωμεν τὴν γῆν λέγοντας, καὶ ἰδοὺ πᾶσα ἡ γῆ κατοικεῖται, καθάπερ γὰρ ἐν εἰκόσι γραφεῖς πόλεμόν τε καὶ εἰρήνην, νίκην καὶ φιλίαν, καὶ ὅσα ἄλλα, σχηματίζουσιν εἰς ἀνθρωπείων σωμάτων εἰκόνας, τοῖς τοιούτοις ὁμοιώμασι τὸ βούλημα δεικνύντες ἐναργέστερον· κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον προφήταις τε καὶ ἀποστόλοις τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν δόξαν, καὶ τὴν οἰκονομίαν, καὶ τὴν ἀρὰν τὴν κατὰ τῶν ἐπιόρκων, καὶ ἑτέρων τινῶν, ἐμψύχων ἢ ἀψύχων, καὶ ὅπερ βούλεται μὲν ὁ θεὸς πληρῶσαι, αἱ δὲ ἑξῆς δυνάμεις πληροῦσιν, ἢ ὅσα τολμᾷ μὲν ὁ διάβολος ἐπιβουλεύειν, συγχωρεῖ δὲ ὁ θεὸς, ταῦτα τυποῖ διὰ τῶν ὀπτασιῶν, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰώβ. αἱ γὰρ ὀπτασίαι, καὶ τὰ ἐν ταῖς ὀπτασίαις ῥήματα, μέρος ἐστὶ τῆς τοῦ θεοῦ συγκαταβάσεως. οὔτε γὰρ περιστερὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. οὔτε δὲ τὸ, ὅς ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ, ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν, οὕτως, ὡς εἴρηται, νοήσομεν, ὡς ἐν τόπῳ μὲν ὄντος τοῦ θεοῦ, δεομένου δὲ τῆς ὑπὲρ ἡμῶν τοῦ μονογενοῦς ἐντυχίας, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον οὐδὲ αἱ τῶν προφητῶν ὀπτασίαι,

καὶ αἱ

καὶ αἱ φωναὶ, τοῦτ' ἦσαν, ὅπερ ἐδείκνυντο. τοῦ δὲ Θεοῦ τὴν βούλησιν ἐσήμαινον, ἢ τὴν συγχώρησιν, καὶ τὴν ὑπακοὴν τῶν ὑπακουόντων. καὶ τὴν ἐπιχείρησιν τῶν τολμώντων. ὥς πού γε τὸ πνεῦμα, τὸ ψευσάμενον διὰ στόματος τῶν ψευδοπροφητῶν, Θεοῦ συγχωρήσαντος· καὶ ὁ πειράσας δὲ τὸν Ἰὼβ διάβολος, Θεοῦ μὴ κωλύσαντος. δι' ὅπερ ἐδίδαξεν ἡμᾶς ἡ γραφὴ, ὡς τῆς τοῦ Θεοῦ κτίσεώς ἐστι, καὶ τῆς δεσποτείας, παρεστὼς τῷ πάντων δεσπότῃ, οὐ τῇ τῆς προθέσεως ὑπακοῇ, ἀλλὰ τῇ τῆς γενετῆς φύσεως ἀκολουθίᾳ τὴν μὲν γνώμην ἀλλοτριωθεὶς, τὴν δὲ οὐσίαν τοῦ Θεοῦ τυγχάνων.

Καὶ Ἰωσαφὰτ βασιλεὺς Ἰούδα μετ' αὐτοῦ.] Συναπῆρεν Ἀχαὰβ, τῆς ἰδίας εὐσεβείας ἀνάξια δεδρακώς. ἐπιζητήσας γὰρ προφήτην, καὶ τοὺς ψευδοπροφήτας ἀποπεμψάμενος, καὶ τὸ πρακτέον παρὰ τοῦ Μιχαίου μεμαθηκὼς, τῆς εὐσεβείας προτετίμηκε τὴν φιλίαν. πλὴν διὰ τὴν ἄλλην αὐτοῦ ἀρετὴν τῆς θείας κηδημονίας ἀπέλαυσεν.

Καὶ αἱ πόρναι ἐλούσαντο ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ.) Αἱ πόρναι ὑπὸ τὴν ἕω κατὰ τὸ ἔθος ἐλούσαντο. οὐκ ἐξεπίτηδες εἰς τὸ αἷμα βουλόμεναι λούσασθαι, ἀλλ' εἰς τὸ πηγαῖον, ὡς εἰώθησαν, ὕδωρ· τοῦτο δὲ ἦν κεχρωσμένον τῷ αἵματι. καὶ τὰ τῆς τιμωρίας ἀνθρωπίνως ἔδοξεν εἶναι πικρότερα. τινὲς δὲ, θείας ἀναγραφῆς ἀνάξιον τοῦτο νομίσαντες, ἔφασαν. ὅτι, ὅσαι τῆς αὐτῆς πράξεως ἐκοινώνουν, θεασάμεναι ἐπαύσαντο λοιπὸν ὡς πρός τι. καὶ εἰ μὴ αὐτὴν ἕξιν ἀπέβαλον εὐθέως, καὶ κατὰ τοῦτο ἐλούσαντο ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, τοῦ θανάτου Ἀχαὰβ καθαρισμοῦ αὐτῶν γενομένου. κωλυτικὸς γὰρ ὤφθη τῆς ἐκείνων ἀκολασίας. οὕτω καὶ τοῦ τιμωρουμένου, ὁ ἄκακος πανουργότερος γίνεται. κατὰ τὸ ἐν ταῖς παροιμίαις. οὕτω κατὰ Δαβὶδ, καὶ ὁ δίκαιος τὰς χεῖρας αὐτοῦ νίπτεται ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἁμαρτωλοῦ.

unigeniti filii pro nobis intercessione indigeat. Simili ratione, neque Prophetarum visiones, & voces, hoc erant, quod repraesentabant; sed voluntatem Dei significabant, vel permissionem, & obedientiam obedientium, & conatum audentium. Quemadmodum etiam spiritus mendax per os pseudoprophetarum, Deo permittente, & diabolus, qui Iobum, Deo non obstante, tentavit. Per quod docuit nos Scriptura, quod a Deo conditus, & sub eius dominio sit, qui adstat omnium creatori Domino, non obediendi proposito, sed naturae quodam ductu, animo quidem abalienato, sed essentiae Dei quodammodo particeps.

Et Iosaphat rex Iuda cum eo.) Profectus est una cum Achab, sua pietate rem indignam faciens. Quum enim Prophetam requisivisset, pseudoprophetas ablegasset, & ex Michea quidnam agendum esset didicisset, amicitiam tamen pietati verae, & religioni praetulit. Ceterum propter alias suas virtutes curae Dei erga se fructum percepit.

Scorta lavabantur in sanguine ipsius.] Scorta sub auroram pro more lavabantur, non de industria in sanguine volentes lavari, sed, quemadmodum consueverant, in aqua fontana; illa autem sanguine tincta erat. Et haec poena humano more acerbior esse visa est. Quidam vero, indignum putantes, ut in sacras literas hoc referatur, dixerunt. Quoniam, quotquot huius rei participes fuerunt, videntes quiescebant in posterum relative, quamvis naturam non statim mutaverint, & iuxta hoc lavabantur in sanguine ipsius, quum mors Achabi purgatio ipsorum fieret; nam intemperantiam, & petulantiam ipsorum prohibuit, quum ad hunc modum lascivia illa, & intemperantia puniretur. Simplex, & innocens, cautior fit, iuxta illud, quod in parabolis legitur. Sic iuxta Davidem, etiam iustus manus suas lavat in sanguine peccatoris.


CAP. v. lin. 11. τέσσαρας.] In codice Lavateri videtur fuisse, πέντε.
CAP. x. lin. 9. συκίνου.) Ita & in Lavateri codice fuit. Ego tamen legendum censeam, πευκίνου.
CAP. xxi. lin. 11. διακόσιοι.) In Lavateri A codice videtur fuisse, τριακόσιοι. Sed male.
Lin. 20. μυριάδας.) In codice Lavateri fuit, χιλιάδας. Et id rectius.
CAP. xxii. lin. 38. δακνύσαι.) Scribe, δακνύουσαι.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ PROCOPII

ΓΑΖΑΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ

Εἰς τὴν τετάρτην τῶν Βασιλειῶν Σχόλια.

ΚΕΦ. Α.



ΚΑΙ ἠθέτησε Μωὰβ ἐν Ἰσραήλ.] Δασμὸν ἔφερον οἱ Μωαβῖται τῷ Ἀχαὰβ, ὡς ὑπήκοοι. τελευτήσαντος δ' ἐκείνου, καταφρονήσαντες τοῦ υἱέος, ἀπέκοψαν.

Εἰς τὸ δικτυωτὸν ὑπερῷον.] Οἶκος ἦν θερινὸς, πολλὰς ἔχων φωταγωγοὺς δικτυοειδεῖς κατεσκευασμένας, ἃς διατρήτους ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί.

GAZAEI SOPHISTAE

In Librum quartum Regum Scholia.

CAP. I.



ET praevaricatus est Moab in Israel.] Moabitae Achabo, cuius imperio parebant, tributum pendebant. Illo autem defuncto, filium contemnentes, defectionem ab eo fecerunt.

In cancellos coenaculi.) Domus erat aestivalis, quae multas fenestras, in modum retis cancellatas habebat, quas vulgo διατρήτους adpellant.

Idolum) Scriptura, idola προσοχθίσματα [καὶ βδελύγματα adpellat; abominanda enim sunt, & odiosa, id quod significat προσόχθισμα, quemadmodum Rebecca loquitur: προσώχθισα τῇ ψυχῇ μου, διὰ τὰς θυγατέρας τῶν Χαναναίων, hoc est, odi animam meam propter filias Chananaeorum. Et David, κακίᾳ δὲ οὐ προσώχθισα, idest, non odi illam. Merito autem deploranda est impiorum insania. Etenim non solum magna animalia, sed minima etiam, & odiosa pro diis coluerunt. Quid enim odiosius, & contemtius musca? Nihilominus tamen, relicto conditore universi, muscae simulacrum de vita consulebant. Porro ex his, quae Eusebius in principio Evangelicae praeparationis ex libris Philonis adducit, colligere licet, daemonem hoc nomine adpellatum fuisse; vel potius aniculam quamdam, quam in dearum numerum retulerunt.

Descendat ignis e caelo.] Qui prophetam crudelitatis in quinquagenarios accusant, non attendunt, se Deo maledicere, qui hunc ignem de caelo misit. Observare enim oportet ordinis, & dispensationis divinae iustitiam, quod sequentes iuste etiam puniat, & rursum bene illis faciat. Nam manifesti erant pentecontarchi, & qui illos sequebantur, quod eius, qui misisset, scopum sibi quoque proposuissent. Tertius enim aequitate, & fide adductus, quum ipsa experientia prophetae virtutem, & potentiam didicisset, servatur incolumis. Quidam autem dicunt, quod, magna insultatione ad eum accedentes, vocarint iustum, & ad se descendere iusserint. Quapropter pro illo ignis descendens, impios illos adsumsit in exemplum, & doctrinam, ne iustos conviciis persequamur, neve illudamus eis.

Προσόχθισμα.] Προσοχθίσματα, ϗ βδελύγματα, τὰ εἴδωλά φησιν ἡ γραφή. βδελυρὰ γάρ, ϗ μίσους ἄξια, ὃ δηλοῖ τὸ προσόχθισμα. ὡς ἡ Ῥεβέκκα φησί· προσώχθισα τῇ ψυχῇ μου, διὰ τὰς θυγατέρας τῶν Χαναναίων, τουτέστι. μεμίσηκα. ϗ ὁ Δαβίδ. κακίᾳ δὲ οὐ προσώχθισα. τουτέστιν, οὐκ ἐμίσησεν, αὐτήν. θρηνεῖν δὲ ἄξιον τὴν τῶν δυσσεβῶν ἀλογίαν. οὐ γὰρ μόνον τὰ μέγιστα τῶν ζώων ἐθεοποίησαν, ἀλλὰ ϗ τὰ σμικρότατα, καὶ μίσους μεστά. τί γὰρ μυσαρώτερον μυίας; ἀλλ' ὅμως, τὸν τῶν ὅλων καταλιπόντες θεόν, τὸ ταύτης ἴνδαλμα περὶ ζωῆς ἐπηρώτων. πλὴν ἔστι μαθεῖν ἐξ ὧν Εὐσέβιος ἐν ἀρχῇ τῆς Εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς ἐκ τῶν Φίλωνος παρατίθεται, ὡς δαίμων ἦν, οὕτω λεγόμενος· μᾶλλον δὲ γυνὴ παλαιά τις, ἣν ἐθεοποίησαν.

Καταβήσεται πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.] Οἱ τὸν προφήτην ἐπὶ τοῖς πεντηκοντάρχοις ὠμότητος αἰτιώμενοι, κατὰ θεὸν λανθάνουσι βλασφημοῦντες, τοῦ τὸ πῦρ ἀποστείλαντος. χρὴ γὰρ εἰδέναι τῆς θείας οἰκονομίας τὸ δίκαιον, ϗ ὡς ἐν δίκῃ κολάζει τε, καὶ πάλιν εὐεργετεῖ. δῆλοι δὲ ἦσαν οἱ πεντηκόνταρχοι μετὰ τῶν ἑπομένων τῷ σκοπῷ πεπομφότος συμβαίνοντες. ὁ γὰρ τρίτος ἐπιεικείᾳ ϗ πίστει προσενεχθείς, τῇ πείρᾳ τὴν δύναμιν τοῦ προφήτου μαθών, διασώζεται. τινὲς δέ φασιν, ὡς μετὰ πολλῆς εἰρωνείας προσελθόντες ἐκάλουν τὸν δίκαιον, ϗ καταβαίνειν ἐκέλευον πρὸς αὐτούς. ὅθεν ἀντ' ἐκείνου πῦρ κατελθόν, τοὺς ἀσεβοῦντας κατέφλεξεν, εἰς παιδείαν τοῦ μὴ δεῖν διασύρειν, ϗ παίζειν, δικαίους.

CAP. II.

Quia filium non habebat.) Semper enim filius iuxta legem patri in administratione regni succedebat, mortuo vero, nullos post se liberos relinquenti, fratrum maximus natu. Vnde Davidis regnum usque ad captivitatem per filios descendit. Iechonia vero capto, antequam filios procreasset Mathanias, qui & Sedechias, imperium tenuit; avunculus enim erat ex patre.

Et quinquaginta viri ex filiis prophetarum.) Filios prophetarum, & filios hominum, homines, & prophetas adpellare, idioma est Ebraicum, & Syriacum. Quemadmodum illud: Filii hominum, quousque gravi corde estis? Et iuxta altitudinem tuam multiplicasti filios hominum, eorumque curam habuisti. Multi autem erant prophetae, ut hic locus ostendit.

Rem duram, & difficilem petivisti.) Non quod discipulo gratiam, & dona invideat, haec loquitur; sed aliorum hominum curam gerens. Nam, quum ipse tribus annis, & sex mensibus homines castigarit, & adflixerit, necesse fuit illum, qui duplicem portionem de gratia Spiritus accepisset, duplicia etiam opera edere ex quibus unum erat poena famis. Misericordia igitur motus rem dicit magnam, & duram petivisti. Id quod ex historia perspectum habemus; fames enim septem annorum super homines adducta est.

Currus Israel, & eques eius.] Reges aliarum gentium equis, & curribus instructi in acie pugna-

ΚΕΦ. Β'.

Ὅτι οὐκ ἦν αὐτῷ υἱός.] Παῖς γὰρ ἀεὶ μετὰ πατέρα κατὰ νόμον τὴν βασιλείαν ἐδέχετο. ἄπαιδος δὲ ὄντος τοῦ τελευτήσαντος, τῶν ἀδελφῶν ὁ πρεσβύτατος. ὅθεν ἡ τοῦ Δαβὶδ βασιλεία, μέχρι τῆς αἰχμαλωσίας, διὰ παίδων κατῆλθε. τοῦ δὲ Ἰεχονίου πρὸ τῆς παιδοποιΐας, ἁλόντος, Ματθανίας, ὁ ϗ Σεδεκίας, κατεῖχε τὴν βασιλείαν, θεῖος ὢν αὐτοῦ πρὸς πατρός.

Καὶ πεντήκοντα ἄνδρες ἀπὸ τῶν υἱῶν τῶν προφητῶν.] Ἰδίωμα τῆς Ἑβραΐδος, ἅμα δὲ καὶ Σύρων, υἱοὺς προφητῶν, ϗ υἱοὺς ἀνθρώπων, προφήτας, καὶ ἀνθρώπους, λέγειν. ὡς τό. υἱοὶ ἀνθρώπων ἕως πότε βαρυκάρδιοι; ϗ, κατὰ τὸ ὕψος σου ἐπολυώρησας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. πολλοὶ δὲ ἦσαν προφῆται, ὡς ὁ λόγος ἐδήλωσεν.

Ἐσκλήρυνας τοῦ αἰτῆσαι.) Οὐ φθονῶν τῆς χάριτος τῷ μαθητῇ τοῦτό φησιν, ἀλλὰ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων κηδόμενος. ἐπεὶ γὰρ τρισὶν ἔτεσι, ϗ μησὶν ἕξ, δυσσεβοῦντας τοὺς ἀνθρώπους ἐπαίδευσεν· ἀνάγκη δὲ ἦν, τὸν διπλῆς κληρονομοῦντα τῆς χάριτος διπλάσια ἐργάσασθαι πράγματα. ἓν δὲ τούτων, ἡ διὰ τοῦ λιμοῦ τιμωρία. φειδοῖ κεχρημένος εἶπεν, ἐσκλήρυνας τοῦ αἰτῆσαι. τοῦτο δὲ ϗ ἐκ τῆς ἱστορίας μανθάνομεν. ἑπτὰ γὰρ ἔτεσιν ἐπηνέχθη τοῖς ἀνθρώποις ἡ τοῦ λιμοῦ τιμωρία.

Ἅρμα Ἰσραήλ, ϗ ἱππεὺς αὐτοῦ.] Οἱ τῶν ἄλλων ἐθνῶν βασιλεῖς ἵπποις κεχρημένοι, ϗ ἅρμασι, πα-

σι, παρετάττοντο. τούτου χάριν τὸν μέγαν Ἡλίαν ἅρμα, καὶ ἱππέα, τοῦ Ἰσραὴλ προσηγόρευσεν ὡς ἀποχρῶντα, καὶ μόνον τοὺς πολεμίους καταγωνίσασθαι, καὶ παρασχεῖν τοῖς ὁμοφύλοις τὴν χάριν.

Ποῦ δή ἐστιν ὁ Θεὸς Ἡλίου ἀμφώ.] Μιμούμενος τὸν διδάσκαλον, τῇ μηλωτῇ τοῦ Ἰορδάνου τὸ ὕδωρ ἐπάταξεν, οὐδὲν εἰρηκώς. ἱκανὴν δὲ νομίσας εἰς θαυματουργίας τὴν μηλωτὴν, τοῦ δὲ ὕδατος οὐχ ὑπείξαντος, τὸν τοῦ διδασκάλου Θεὸν καλεῖ, τὸν τοῖς ἀνθρώποις ἀόρατον, καὶ ἀνέφικτον. ἀμφὼ γὰρ ὁ κρύφιος ἑρμηνεύεται παρὰ τοῖς ἄλλοις ἑρμηνευταῖς.

Υἱοὶ δυνάμεως.] Δυνατοὶ, εὔζωνοι.

Καὶ κατηράσατο αὐτὰ ἐν ὀνόματι κυρίου.] Εὐεργέτης αὐτῶν τε καὶ τῶν τεκόντων διὰ τῆς τιμωρίας ἐγένετο. τῶν μὲν, παύσας αὐξανομένην τῷ χρόνῳ τὴν πονηρίαν· τοὺς δὲ, παιδεύσας, μὴ οὕτω τοὺς παῖδας ἀνάγειν, ἐν φόβῳ δὲ Θεοῦ, καὶ τῇ τῶν δικαίων αἰδοῖ. καὶ τοὺς ἄνδρας μειζόνως ἐπαίδευσεν, ὁ μηδὲ παίδων φεισάμενος. τοῦ δὲ Θεοῦ πάντως ἡ κρίσις ἐκείνους ἀνεῖλεν ἐκ τῶν παίδων, οὓς ἔγνω χείρους ἐσομένους, τῇ τούτων ἀναιρέσει τοὺς μὴ τοιούτους παιδεύσασα. ὅτι δὲ τοὺς ἁγίους ὁ Θεὸς ἐκδικεῖ, δεδήλωκεν, ἐπ' Ἀβραὰμ μὲν ἐν Αἰγύπτῳ, ἐπ' Ἰσαὰκ δὲ ἐν Γεράροις. ἵνα σιωπήσω τὸν Ἀβέλ. καὶ Δαβὶδ δὲ περὶ τοῦ δικαίου φησὶν, οἱ εὐλογοῦντες αὐτὸν, κληρονομήσουσι γῆν. καὶ οἱ καταρώμενοι αὐτὸν, ἐξολοθρευθήσονται. κἂν γὰρ πρὸς τὸ παρὸν ἐκφύγοιεν, ἀλλ' οὐ τὴν μέλλουσαν δίκην.

ΚΕΦ. Γʹ.

Ὃς ἐπέχεεν ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας Ἡλιοῦ.] Ἀντ' ἐγκωμίου τοῦτό φασιν. τοσοῦτον εἶχον θαῦμα τοῦ μεγάλου προφήτου.

Μὴ ὅτι κέκληκε κύριος τοὺς τρεῖς βασιλεῖς τούτους.] Ἡ ἀνάγκη καὶ τοὺς θρασεῖς ἐπιεικεῖς ἀπεργάζεται.

Λάβετέ μοι ψάλλοντα.] Δαβὶδ, ὁ προφητικῆς ἅμα καὶ βασιλικῆς ἠξιωμένος χάριτος, καὶ τὴν ἱερατικὴν σοφῶς ἔταξε λειτουργίαν. καὶ τοὺς μὲν ἱερέας, κατὰ τὸν Μωσαϊκὸν νόμον ταῖς σάλπιγξι κεχρῆσθαι προσέταξε· τοὺς δὲ Λευΐτας, κινύραις, καὶ νάβλαις, καὶ κυμβάλοις, καὶ τοῖς ἄλλοις ὀργάνοις. ἐχρῶντο δὲ τῇ πνευματικῇ τοῦ Δαβὶδ μελῳδίᾳ. τούτων ἕνα μετακληθῆναι προσέταξεν ὁ προφήτης. ἐκείνου δὲ ψάλλοντος, ἡ τοῦ πνεύματος χάρις, ἣν χεῖρα κυρίου καλεῖ, τὸ πρακτέον ἐσήμαινεν.

ΚΕΦ. Δʹ.

Καί συ οἶδας, ὅτι δοῦλος ἐν κυρίου.] Τινὲς τὸν Ἀβδιοῦ τοῦτον εἶναί φασι, τὸν οἰκονόμον τοῦ Ἀχαάβ. ὃς ἑκατὸν ἄνδρας ἔνδοθεν κατακρύψας, διέτρεφεν αὐτοὺς ἐν ἄρτῳ, καὶ ὕδατι· δι' οὓς καὶ δανειστῇ προσωμίλησεν.

Εἰ ἐστί σοι λόγος λαλῆσαι πρὸς τὸν βασιλέα.] Δυνάμενος αὐτῇ παρασχεῖν τὴν θείαν ἐπικουρίαν, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης αὐτὴν ἀξιῶσαι βούλεται προμηθείας.

Οὐκ ἐστὶν, ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ μου ἐγὼ κατοικῶ.) Ἀπραγμοσύνῃ, φησὶ, χαίρω, καὶ εἰρηνικῶς

gnabant. Hanc ob caussam magnum illum Heliam currum, & equitem Israelis adpellavit, ut qui solus hostes superare, & suis contribulibus pacem, & gratiam posset praestare.

Vbi est Deus Heliae ampho.) Ad imitationem sui praeceptoris nihil dicens, pallio aquam Iordanis percussit, pallium ad edendum miraculum sufficere existimans, aqua vero non cedente, Deum praeceptoris sui invocat. Deum, inquam, hominibus inconspicuum, & inaccessum. ἀμφὼ enim ὁ κρύφιος, hoc est, occultus, redditur ab aliis interpretibus.

Filii roboris.) δυνατοὶ, εὔζωνοι, robusti, & expediti.

Et devovit eos in nomine Domini.) Hac poena magnum cum ipsis pueris, tum etiam parentibus ipsorum beneficium contulit. Illis quidem quod crescentem progressu temporis malitiam eorum inhibuit; his vero docendo, ne liberos hoc modo educarent, sed in timore Domini, & bonorum reverentia. Adultos etiam instituit, quando neque tenerae aetati pepercit. Omnino autem Dei iudicium, dum pueri adhuc essent, eos e medio substulit, quos deteriores fore providebat. Ipsorum interitu illos etiam, qui tales non erant erudiens. Ceterum Deum iniuriam sanctis illatam ulcisci declaravit in Abrahamo in Aegypto, in Isaaco in Geraris, ut omittam hic dicere de Abele. David etiam de iusto dicit: benedicentes ei, hereditatem terrae accipient, & exsecrantes eum exterminabuntur. Et tametsi in praesenti non puniantur, futurum tamen iudicium non effugient.

CAP. III.

Qui fudit aquam super manus Heliae.] Haec in laudem dicunt. Tantae apud eos auctoritatis, & existimationis erat magnus ille propheta Helias.

Numquid vocavit Deus tres reges istos.) Necessitas etiam audaces, & confidentes, equos, & mansuetos reddit.

Accipite mihi canentem.) David, qui prophetico simul, & regio munere ornatus fuit, sacrum ministerium prudenter instituit, utque sacerdotes iuxta legem tubis, Levitae autem nablis, cymbalis, & aliis instrumentis musicis uterentur ordinavit. Vtebantur autem Davidis spirituali melodia. Vnum ex illorum numero propheta iussit accersiri, illo autem psallente, gratia Spiritus Sancti, quam manum Domini vocat, quidnam agendum esset, significabat.

CAP. IV.

Et tu nosti, quod servus erat Domini.) Quidam adnotant hunc fuisse Abdiam, dispensatorem Achabi, qui centum viros in speluncis occultans, aqua, & pane substentavit, propter quos ei cum creditore negotium fuit.

Si est tibi verbum, quod loquar ad regem.) Quum divinum auxilium hospitae praestare posset, etiam humana cura, & providentia vult eam dignari.

Non est, in medio populi mei ego habito.) Tranquillitate vitae laetor, inquit, & pacifice dego;

go; nec possum disceptare cum aliquo. Sic omnem quoque animam, si mundanas adfectiones absciderit, sterilem iam existentem Spiritus Sanctus foecundam reddit.

In tempus, ut hora haec.) Idem dixit Deus conditor Vniversi ad patriarcham, iuxta hoc tempus veniam, & Sarae filius erit. His igitur verbis, quae propheta dixit, declarat, ipsum conditorem universi per os ipsius loquutum esse. Hancque ob causam certam promissionem fecit.

Et collocavit eum super lectum viri Dei.) Perspecta virtute, & potentia prophetae, puerum etiam vita defunctum speravit resurrecturum esse.

Ipsa autem dixit, pax.) Ipsum volo adloqui.

Pax tibi.) Pro *καλῶς διάγετε, ὑγιαίνετε*; id est, bene agite, valete.

Dominus abscondit a me.) Non enim omnia noverunt prophetae, sed ea dumtaxat, quae divina gratia ipsis revelavit.

Si inveneris aliquem, non benedicas ei.) Sciebat, quam laudis cupidus esset. Vanae vero gloriae adfectatio impedit facultatem edendi miracula.

Posuit faciem suam super faciem eius.) Vt mortuus vitae viventis particeps redderetur; spirituali nempe gratia vitam dante.

Eidad.) Exposuerunt ἐνεφύσησε, inflavit.

Inspiravit in eum. Reliqui reddunt *συνεκάλυψε*, contexit.

Arioth. Reliqui reddunt *ἀγριολάχανα*, olera silvestria.

Accipite farinam, & mittite in lebete.) Non farinae vis, & natura, sed gratia, qua propheta praeditus fuit, herbae mortiferae vim, & effectum hebetavit. Quemadmodum fontis etiam sterilitatem sal non mutavit.

CAP. V.

Lavare Iordane septies.) Ipsum quidem, ut leprosum videre substinuit; ut qui legibus subiectus esset. Imperat autem ei rem propositam. Corporis enim lepra erat, quod corpus ex quatuor elementis constat. Septem vero diebus praesens vita revolvitur. Porro animae purgatio iuxta numerum Sanctae Trinitatis perficitur.

Et iratus est Naeman.) Non intelligens Ioannem nostrum illum esse, qui lepra infectos abluit, & sanat. Prophetae vero officium est, & munus remittere ad illum, qui sanat. Manum vero imponere, & mundare, solius Domini Nostri Iesu Christi erat, qui credenti hoc solum dixit: Volo sis mundus. Et ad hunc sermonem eum attigit, & a sua lepra mundatus est.

Et noluit accipere.) Propheta enim paupertatem summopere expetendam omnibus divitiis anteposuit, sequutus evangelicum praeceptum: Gratis accepistis, gratis date.

Et propter rem istam propitius sit mihi Dominus.] Veniam peto, inquit, si mandati regii necessitate impulsus, ad falsum Deum ingrediar.

κῶς διάγω· καὶ πρός τινα ἔχειν ἀμφισβήτησιν οὐκ ἀνέχομαι. οὕτω καὶ ψυχὴν πᾶσαν, ἐπειδὰν τὰς κοσμικὰς ἀποκόψειε σχέσεις τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, στεῖραν οὖσαν, ἀπεργάζεται γόνιμον.

Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, ὡς ὥρα ταύτη.) Τοῦτο πρὸς τὸν πατριάρχην ὁ τῶν ὅλων ἔφη Θεός· κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐλεύσομαι, καὶ ἔσται τῇ Σάῤῥα υἱός. δηλοῖ τοίνυν δι' ὧν εἴρηκεν ὁ προφήτης, ὡς αὐτὸς ἐφθέγγετο δι' αὐτοῦ ὁ τῶν ὅλων κύριος. οὗ δὴ χάριν καὶ ἀποφαντικῶς δέδωκε τὴν ὑπόσχεσιν.

Καὶ ἐκοίμισεν αὐτὸν ἐπὶ κλίνην τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ.) Μαθοῦσα γὰρ τοῦ προφήτου τὴν δύναμιν, καὶ τελευτήσαντι παιδίον ἤλπιζεν ἀναστήσεσθαι.

Ἡ δὲ εἶπεν, εἰρήνη.) Προσειπεῖν αὐτὸν βούλομαι.

Εἰρήνη σοι.] Ἀντὶ τοῦ, καλῶς διάγετε, ὑγιαίνετε.

Καὶ κύριος ἀπέκρυψεν ἀπ' ἐμοῦ.) Οὐ γὰρ πάντα ᾔδησαν οἱ προφῆται, ἀλλ' ἅπερ ἡ θεία χάρις αὐτοῖς ἀπεκάλυπτεν.

Ὅτι ἂν εὑρήσῃς τινὰ, μὴ εὐλογήσῃς αὐτόν.) Ἤδει αὐτοῦ τὸ φιλότιμον. ἡ δὲ κενοδοξία, τὴν θαυματουργίαν κωλύει.

Καὶ ἐπέθηκε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ.) Ἵνα τῆς τοῦ ζῶντος ὁ τεθνεὼς μεταλάβῃ ζωῆς· τῆς πνευματικῆς δῆλον ὅτι χάριτος τὴν ζωὴν χορηγούσης.

Εἰδάδ.) Ἐνεφύσησεν ἑρμήνευσαν.

Καὶ ἐνέπνευσεν ἐπ' αὐτόν.) Οἱ λοιποὶ, συνεκάλυψεν.

Ἀριώθ.] Οἱ λοιποὶ, ἀγριολάχανα.

Λάβετε ἄλευρον, καὶ ἐμβάλλετε εἰς τὸν λέβητα.] Τοῦ δηλητηρίου τὴν ἐνέργειαν ἤμβλυνεν οὐχ ἡ τοῦ ἀλεύρου φύσις, ἀλλ' ἡ τοῦ προφήτου χάρις. ὡς καὶ τῆς πηγῆς ἄγονον οὐχ ἅλες μετέβαλεν.

ΚΕΦ. Ε'.

Λοῦσαι ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ἕβδομον.] Ἰδεῖν μὲν αὐτὸν, ὡς λεπρὸν, ἠνέσχετο· ὡς ὑπὸ τῶν νόμων πολιτευόμενος. προσάττει δὲ τὸ προκείμενον. σώματος γὰρ ἦν ἡ λέπρα, ὅπερ ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων συνέστηκεν. ἑπτὰ δὲ ἡμέραις ὁ παρὼν βίος ἀνακυκλεῖται. τῆς δὲ ψυχῆς ἡ κάθαρσις κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῆς ἁγίας ἀποτελεῖται τριάδος.

Καὶ ἐθυμώθη Νεεμμάν.] Οὐ νοῶν, ὅτι Ἰωάννης ἡμῶν ἐστιν ὁ ἀπολούων τοὺς διὰ τὴν λέπραν ἀκαθάρτους, καὶ ἰώμενος. προφήτου δὲ ἔργον, πέμψαι ἐπὶ τὸν θεραπεύοντα. τὸ δὲ ἐπιθεῖναι τὴν χεῖρα, καὶ καθαρίσαι, μόνου τοῦ κυρίου μου Ἰησοῦ ἔργον ἦν. τοῦτο μόνον εἰπόντος τῷ πιστεύσαντι, θέλω καθαρίσθητι. πρὸς γὰρ τῷ λόγῳ καὶ ἥψατο αὐτοῦ, καὶ ἐκαθαρίσθη ἀπὸ τῆς λέπρας αὐτοῦ.

Καὶ οὐκ ἠθέλησε λαβεῖν.] Οἱ γὰρ προφήτης τὴν πολυπόθητον πενίαν παντὸς προτετίμηκε πλούτου, τὴν Εὐαγγελικὴν προλαβὼν νομοθεσίαν. δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε.

Καὶ περὶ τοῦ λόγου ἱλάσεταί μοι κύριος.] Συγγνώμην αἰτῶ, φησι, διὰ τὴν βασιλικὴν ἀνάγκην ἀναγκαζόμενος πρὸς τὸν ψευδώνυμον θεὸν ἀπελθεῖν.

ΚΕΦ. ϛʹ.

Ὦ δὴ κύριε καὶ αὐτὸ κεχρημένον.) Ἐπικλήσεως, οὐ βλασφημίας, ὁ λόγος. ὡς καὶ παρὰ τῷ Δαβὶδ τό. ὦ κύριε, σῶσον δή· ὦ κύριε, εὐόδωσον δή. διὰ δὲ τῶν ἔργων ὁ προφήτης Ἐλισσαῖος ἀπέδειξεν, ὅτι τὸν στερεὸν λόγον τοῦ θεοῦ, ὃν ἀμελῶς ἀποβαλόντες οὐχ εὑρίσκομεν, ἀποληψόμεθα πάλιν διὰ τῆς τοῦ ξύλου οἰκονομίας. ὅτι γὰρ ἀξίνῃ παρέοικεν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, Ἰωάννης ὁ Βαπτιστής φησι περὶ αὐτοῦ. ἤδη δὲ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται. καὶ Ἱερεμίας φησίν. ὁ λόγος κυρίου ὡς πέλυξ κόπτων πέτραν. τοῦτον οὖν κεκρυμμένον ἀφ' ἡμῶν ἡ τοῦ ξύλου πεφανέρωκεν οἰκονομία. ἐπεὶ γὰρ διὰ ξύλου ἀπεβάλομεν αὐτὸν, διὰ ξύλου πάλιν ἀνελήφαμεν, ἐπιδεικνύντος τὸ ὕψος, καὶ μῆκος, καὶ πλάτος, καὶ βάθος, ἐν αὐτῷ. τῇ γὰρ θείᾳ τῶν χειρῶν ἐκτάσει τοὺς δύο λαοὺς εἰς μίαν συνήγαγε κεφαλὴν τὸν πατέρα. ὅτι εἷς θεὸς, ὁ ἐπὶ πάντων, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν.

Τὸ Φελμωνί.) Ὡς ἂν εἴποι τις, εἰς τόνδε τὸν τόπον.

Καὶ ἀποσταλήτωσαν εἰς τὸν κύριον αὐτῶν.] Εἰ σφαγήσονται, φησιν, οὐ γνωσθήσεται τῆς θαυματουργίας τὸ μέγεθος· εἰ δὲ πάλιν ἐπανέλθοιεν πρὸς τὸν πέμψαντα, μαθήσεται κἀκεῖνος τοῦ θεοῦ τοῦ ἡμετέρου τὴν δύναμιν.

Κόπρου περιστερῶν.] Ἡ γὰρ τῆς πολιορκίας ἀνάγκη παρεσκεύαζεν αὐτοὺς ἀντὶ ἁλῶν κεχρῆσθαι τῇ κόπρῳ.

Εἰ στήσεται ἡ κεφαλὴ Ἐλισσαιέ.) Δέον ἱκετεῦσαι τὸν προφήτην, ὥστε τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ πρεσβείαν προσενεγκεῖν τῷ θεῷ. ἠπείλησεν ἀναιρεῖν ὡς ἐπίτηδες παρορῶντα τῆς συμφορᾶς τὴν ὑπερβολὴν, ἀλλ' εὐθὺς μεταμεληθεὶς, ἔδραμε τὸν φόνον ἐπισχεῖν. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τό· οὐκ ἰδοὺ φωνὴ τῶν ποδῶν τοῦ κυρίου αὐτοῦ;

ΚΕΦ. Ζʹ.

Καὶ παρῴκει ἐν γῇ ἀλλοφύλων.) Οὐκ ἄρα πάσης ἦν τῆς γῆς ὁ λιμὸς, Ἰσραὴλ δὲ μόνος θεηλάτοις πληγαῖς ἐπαιδεύετο μετὰ τοσαύτην ἐπιμέλειαν δυσσεβῶν. τὸ δὲ τοῦ προφήτου χάριτος τὸ διπλοῦν, ὁ τοῦ λιμοῦ διπλάσιος χρόνος δηλοῖ.

Καὶ ἦλθεν Ἐλισσαιὲ εἰς Δαμασκόν.) Ὃ γὰρ οὐκ ἔφθασεν ἀναληφθεὶς Ἠλίας ποιῆσαι, προστάξαντος τοῦ θεοῦ, τόν τε Ἀζαὴλ χρίσαι ἐπὶ Συρίας, καὶ τὸν Ἰηοῦ ἐπὶ Ἰσραὴλ, τοῦτο νῦν Ἐλισσαῖος ἥκει ποιήσων, ἐθέλων πρῶτον χρίσαι τὸν Ἀζαήλ.

Καὶ εἶπε αὐτῷ, ζῶν ζώσῃ.) Μὴ μηνύσῃς αὐτῷ τὸν θάνατόν φησιν, ἵνα μὴ μετ' ἀθυμίας ὑπεξέλθοι τὸν βίον.

Καὶ ἐπέβαλεν ἐπὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἀπέθανεν.] Ἦν γάρ, φησιν Ἰώσηππος, ἀσεβής τε καὶ μιαιφόνος. αὐτὸς γὰρ εἰρήκει, θεὸς ὀρέων ὁ θεὸς Ἰσραήλ. καὶ σωθεὶς ὑπὸ Ἀχαὰβ, ἀχάριστος περὶ τὸν εὐεργέτην ἐγένετο. ὅρα δὲ τῆς κακῆς συγγενείας τὸ τέλος. υἱὸς γὰρ ὢν Ἰωσαφὰτ ἀνδρὸς εὐσεβοῦς Ἰωρὰμ, ὑπὸ τῆς ὁμοζύγου, θυγατρὸς Ἀχαὰβ, πρὸς ἀσέβειαν ἔκλινεν.

Καὶ

CAP. VI.

Heu, Domine, & ipsum mutuo acceptum.) Invocantis, non blasphemantis vox est; quemadmodum illud quoque apud Davidem: Salva, Domine, bene prosperare. Helisaeus autem propheta rebus ipsis declaravit, firmum Dei sermonem; quoniam contemtim reiectum non invenimus, nos denuo per crucis dispensationem recepturos esse. Nam quod verbum Dei simile sit securi, Ioannes Baptista innuit, dicens: iam securis ad arborum radicem posita est. Sic Ieremias quoque dicit: sermo Domini est instar securis, scindentis petram. Hoc igitur nobis absconditum ligni dispensatio manifestavit. Quum enim per lignum verbum amiserimus, denuo recipimus per lignum, altitudinem, longitudinem, latitudinem, & profunditatem in eo ostendens. Divina enim manuum extensione duos populos sub unum caput, videlicet patrem, congregavit. Vnus enim est Deus, qui est super omnia, per omnia, & in omnibus.

Phelmoni.) Ac si quis dicat, in, vel ad hunc locum.

Et remittentur ad Dominum suum.) Quod, si occidantur, inquit, ingens hoc miraculum non innotescet; sin vero denuo ad illum revertantur, qui misit eos, cognoscet, & discet ipse quoque Dei nostri potentiam, & virtutem.

Stercoris columbarum.) Obsidionis enim necessitas, loco salis stercore eos uti docuit.

Si stabit caput Helisaei.) Supplicare prophetae eum decebat, ut pro ipso apud Deum intercederet. Minatur autem se eum interfecturum, ut qui industria maximam illam calamitatem negligat, & adspernetur. Sed statim ductus poenitentia sequutus est, ut caedem prohiberet; id declarat, quod scriptura dicit: ecce nonne strepitus pedum Domini ipsius?

CAP. VII.

Habitavit in terra Palaestinorum.) Non utique universam terram fames premebat, sed Israel tantum plagis divinitus immissis castigatus est, post tantam impiorum diligentiam, & curam. Ceterum famis duplex tempus, duplicem portionem donorum, quae Helisaeo concessa fuerunt, significat.

Et venit Helisaeus in Damascum.) Helias translatione in caelos praeventus facere non potuit, quae a Deo in mandatis habebat; nempe, ut Asahelem, regem Syriae, & Iehu regem Israelis inungeret. Idipsum nunc Helisaeus facturus venit, volens primum Asahelem inungere.

Et dic ei vivendo vives.) Ne significes eum moriturum, inquit, ne cum moerore e vita decedat.

Posuit faciem eius, & mortuus est.) Erat enim, ut Iosephus dicit, impius, & homicida. Ipse enim dixerat, Deus montium est Deus Israelis. Et, ab Achabo servatus, ingratus fuit in benefactorem. Vide autem, qualem exitum adfinitas cum malis contracta sortiatur. Nam, licet Ioram, pii, & religiosi viri, Iosaphat filius esset, tamen propter uxorem suam filiam Achabi in impietatem declinavit.

Et

Et irruit in Edom.) Rex tribus Iuda Idumaeis imperavit. Isaac vero de Edom praedixerat; tempus veniet, ut iugum ipsius conteras, & excutias de collo tuo. Nunc enim obtinentes victoriam, deinceps imperium pati recusarunt.

CAP. VIII.

Cape lenticulam olei.] Per alium prophetam unxit Iehu. Vtile enim erat, ut hoc clam perficeretur, ut Ioram etiam brevi interficeretur. Nam, si praesciviffet, instructa acie multos cadere fuisset necesse.

Et fugies, & non manebis.) Ne comprehensus periculum incurras. Vult enim Deus, ut humano ordine, & mediis utamur. Illos enim, quos ratione Deus ornavit, quantum necesse est, uti ratione convenit.

Quare ingressus est insanus iste ad te?] Servos Dei, tamquam impios, contumelia adficiebant; & libertatem loquendi, qua utebantur, insaniam adpellabant. Iehu vero nugatorem, & garrulum vocavit prophetam; non quod contumeliosus in eum esset, sed ut occulte lateret.

Arameim.) Syros hoc modo adpellavit. Arama enim Syri; sic etiam alii exposuerunt.

Incessus Iehu.) Speculator enim conspicatus, quod emissi non reverterentur, quumque dux turbae, Iehu similis esse videretur (habitus enim id declarabat) significavit quidnam vidisset. Quaedam enim exemplaria habent: Deus dux duxit ipsum Iehu.

CAP. IX.

Ecce ego conversus sum.) Ego, inquit, ut regnum occupem, substuli Ioram; fratres vero ipsius numero septuaginta, quis substulit, nonne voluntaria ira, quae domesticis ad hoc ministris usa est? Non igitur vana sunt prophetarum vaticinia.

Omnes scientia, & cognitione praeditos.) Per γνώςας intelligit augures, & aruspices, qui futura providere putabantur. Nam quemadmodum prophetas videntes (ὁρῶντας ϰ̀ βλέποντας) adpellabant; sic illos quoque, ut qui futura, & arcana cognoscerent.

Et invenit Ionadab.) Non ipse tantum vir pius, & religiosus erat; sed ex pio etiam genere: in tentoriis enim perpetuo degebant, & ab vini usu abstinebant. Hieremias propheta illorum cum laude mentionem fecit. Hoc vero, benedixit eum, idem est, quod adloquutus est eum.

Ego serviam ei multum.) Consilium, & scopum observare oportet; fecit enim hoc, ne quispiam per fugam elaberetur; sacerdotes vero Dei, tamquam indignos abegit; cavens nimirum, ne quid adversi paterentur.

A sinistris Baalim. ἐξ ἀριςερῶν τοῦ βααλίμ.) Templum Baal hoc modo adpellavit.

CAP. X.

Et Ochozias ad Asahelem profectus est.) Achabi enim gener erat.

Delevit omne semen regium.) Impia enim quum es-

Καὶ ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν Ἐδώμ.) Ἦρχε τ̃ Ἰδεμαίων ὁ τῆς Ἰέδα φυλῆς βασιλεύς. ἀλλ' Ἰσαὰκ προειρήκει περὶ Ἐδώμ. ἔςαι καιρὸς ἡνίκα ἂν καθέλης, ϰ̀ ἐκλύσης, τ̃ ζυγὸν αὐτȣ̃ ἀπὸ τȣ̃ τραχήλȣ σȣ. νυνὶ γὰρ ϰ̀ νικεθέντες, ἄρχεσθ͂ λοιπὸν ȣ̓κ ἠνέχοντο.

ΚΕΦ. Η'.

Καὶ λάβε τὸν φακὸν τȣ̃ ἐλαίȣ.) Δι' ἄλλȣ προφήτȣ κέχρικε τὸν Ἰηȣ́. λάθρα γὰρ τȣ̃το γίνεσθ͂ συνέφερεν. ὥςε ϰ̀ συντόμως ἀναιρεθῆναι τὸν Ἰωράμ. εἰ γὰρ προῄσθετο, διὰ παρατάξεως πολλȣ̀ς ἦν ἀνάγκη πεσεῖν.

Καὶ φεύξῃ, ϰ̀ ȣ̓χ ὑπομενεῖς.) Ἵνα μὴ συλληφθεὶς κινδυνεύσῃ. βȣ́λεται γὰρ ἡμᾶς ὁ θεὸς ϰ̀ ἀνθρωπίναις οἰκονομίαις κεχρῆσθ͂. τȣ̀ς γὰρ λόγῳ τιμηθέντας, εἰς δέον προσήκει κεχρῆσθαι τῷ λόγῳ.

Τί ὅτι εἰσῆλθεν ὁ ἐπίληπτος ȣ̓̃τος πρός σε;) Ὡς δυσσεβεῖς ὕβριζον τȣ̃ θεȣ̃ τȣ̀ς θεράποντας, ϰ̀ τὴν αὐτῶν παῤῥησίαν μανίαν ἐκάλουν. Ἰηοῦ δὲ οὐχ ὡς παροινῶν ἀδολέσχην ἐκάλεσεν, λανθάνειν δὲ πειραθείς.

Ἀραμεὶν.) Τȣ̀ς Σύρȣς ȣ̓́τως ἐκάλεσεν. Ἀραμὰ γὰρ, οἱ Σύροι. ȣ̓́τω δὲ ϰ̀ οἱ ἄλλοι ἑρμήνευσαν.

Καὶ ἡ ἀγωγὴ, ἀγωγὴ Ἰηȣ̃.) Πόῤῥωθεν ὁ σκοπὸς, θεασάμενος ὡς οἱ μὲν ἀποςαλέντες ȣ̓κ ἀνέςρεψαν, ὁ δὲ τȣ̃ πλήθȣς ἡγȣ́μενος ἔοικεν εἶναι Ἰηȣ̃. τȣ̃το γὰρ τὸ σχῆμα ἐδήλȣ. ἐμήνυσεν, ὅπερ ἑώρακεν. ἔνια μέν τοι τ̃ ἀντιγράφων ἔχει. ϰ̀ ὁ ἄγων ἦγε τ̃ Ἰηȣ̃ ὁ θεός.

ΚΕΦ. Θ'.

Ἰδȣ̀ ἐγὼ συνεςράφην.) Ἐγώ, φησιν, ὡς τυραννῆσαι βȣλόμενος, ἀνεῖλον τὸν Ἰωράμ. τȣ̀ς δὲ ἀδελφȣ̀ς αὐτȣ̃, ἑβδομήκοντα ὄντας τὸν ἀριθμὸν, τίς ἀνεῖλεν; ȣ̓χ ἡ θελήματος ὀργὴ, τοῖς οἰκειοτάτοις ὑπȣργοῖς χρησαμένη; ἀψευδεῖς ἄρα τ̃ προφητῶν αἱ προῤῥήσεις.

Καὶ πάντας τȣ̀ς γνωςȣ̀ς αὐτȣ̃.) Τȣ̀ς μάντεις, τȣ̀ς οἰομένȣς εἰδέναι τὰ μέλλοντα. ὥσπερ γὰρ ὁρῶντας, ϰ̀ βλέποντας, τȣ̀ς προφήτας ἐκάλȣν, ȣ̓́τω ϰ̀ τȣ́τȣς, ὡς τὰ μέλλοντα δῆθεν, ϰ̀ τὰ κεκρυμμένα, γινώσκοντας.

Καὶ εὗρε τὸν Ἰωναδάβ.) Εὐσεβὴς ἀνὴρ ϰ̀ αὐτὸς, ϰ̀ τὸ γένος. ἐν σκηναῖς γὰρ διετέλεσαν κατοικȣ̃ντες, ϰ̀ τῆς τȣ̃ οἴνȣ πόσεως ἀπεχόμενοι. τȣ́των ϰ̀ ὁ προφήτης Ἰερεμίας ἐν ἐπαίνοις ἐμνήσθη. τὸ δὲ, ϰ̀ εὐλόγησεν αὐτόν. ἀντὶ τȣ̃, προσεῖπεν αὐτόν.

Καὶ ἐγὼ δȣλεύσω αὐτῷ πολλά.) Τὸν σκοπὸν ὁρατέον, εἰ ϰ̀ οἱ λόγοι ψεκτοί. τȣ̃το γὰρ πρὸς τὸ μηδένα διαφυγεῖν. τȣ̀ς δὲ θείȣς ἱερέας, ὡς ἀναξίȣς δῆθεν, ἀπήλασε, τὸ μὴ παθεῖν φυλαττόμενος.

Ἐξ ἀριςερῶν τȣ̃ Βααλίμ.) Τὸν τοῦ Βαὰλ σηκὸν ȣ̓́τως ἐκάλεσεν.

ΚΕΦ. Ι'.

Καὶ ἐπορεύθη Ὀχοζίας ἐπὶ Ἀζαήλ.) Ὅτι γαμβρὸς ἦν τȣ̃ Ἀχάβ.

Καὶ ἀπώλεσε πᾶν τὸ σπέρμα τῆς βασιλείας.)

λείας.] Ὡς ἀσεβὴς, καὶ κρατῦναι θέλουσα τοῖς ὑπηκόοις τὴν ἀσέβειαν, ὡς εὐσεβὲς. τὸ βασιλικὸν ἄρδην ἀφανίσαι γένος ἠθέλησεν. ἀλλ᾽ ὁ πάντα σοφῶς ἰθύνων Θεὸς παρεσκεύασεν αὖθις τῇ βασιλικῇ τὴν ἱερατικὴν μιγῆναι φυλὴν, καὶ τὸν Ἰωδαὲ, τὸν σοφώτατον ἱερέα, γῆμαι τὴν Ἰωσαβεαὶ τοῦ Ἰωρὰμ θυγατέρα. ἵνα φυλαχθῇ τοῦ βασιλικοῦ γένους ὁ σπινθήρ. ἔκλεψε γὰρ αὕτη τὸν ἀδελφιδοῦν Ἰωὰς, ὃν ὁ σοφὸς ἱερεὺς τῇ βασιλείᾳ μεθ᾽ ἕκτον ἔτος ἀπέδωκεν.

Τὸν Χοῤῥὶ, καὶ τὸν Ῥασίμ.] Τοὺς δρομεῖς, καὶ τοὺς δορυφόρους. τινὲς δὲ, ἀσπιδηφόρους, καὶ δορυφόρους. παρατρέχοντας δὲ λέγει, τοὺς ἡγουμένους τοῦ βασιλέως, τούτους τριχῇ διελών. τοὺς μὲν, ἐκέλευσε φυλάττειν τοῦ βασιλέως τὸν οἶκον· τοὺς δὲ, τὴν εἴσοδον τοῦ νεώ· τοὺς δὲ, τὴν πύλην τὴν ἑτέραν.

Μεσταέ.] Τὸ Μεσταὲ οἱ λοιποὶ ἀπὸ διαφθορᾶς ἑρμήνευσαν. δηλοῖ δὲ, ὥστε μηδεμίαν γενέσθαι βλάβην ἐν τῷ οἴκῳ τῷ θείῳ. τὸ δὲ, δύο χεῖρες ἐν ὑμῖν, ἀντὶ τοῦ, ἄρτιοι ἐστε, καὶ ὑγιεῖς, καὶ ἱκανοὶ φυλάξαι, καὶ τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ, καὶ τὸν οἶκον τοῦ βασιλέως.

Ὁ εἰσερχόμενος εἰς τὰ Σιδηρὼθ, καὶ ἀποθανεῖται.] Οὕτως ἐν Παραλειπομέναις φησίν. καὶ ὁ εἰσπορευόμενος εἰς τὸν οἶκον ἀποθανεῖται. καὶ Ἰώσηπος ὁμοίως.

Ἀπὸ τῆς ὠμίας τοῦ οἴκου τῆς δεξιᾶς.) Δηλοῖ ὡς μηνοειδὲς οἱ Λευῖται σχῆμα ποιήσαντες τὰ κέρατα εἶχον συνημμένα τῷ οἴκῳ. ἐν μέσῳ δὲ ὄντα τὸν βασιλέα ἐφρούρουν. ὁ δὲ στρατὸς ὁπλοφορῶν ἔξω εἱστήκει, τοὺς εἰσιέναι πειρωμένους ἐπέχων.

Καὶ ἔδωκεν ἐπ᾽ αὐτὸν τὸ ἁγίασμα, καὶ τὸ μαρτύριον.) Ἐν Παραλειπομέναις ἔχει τὸ βασίλειον, καὶ τὸ μαρτύριον. δηλοῖ δὲ τὸ μὲν ἁγίασμα, τὸ χρίσμα μαρτύριον δὲ, τὸν βασιλικὸν στέφανον. σύνδεσμον δὲ τὴν τυραννίδα, καθὰ προεῖπον, ὠνόμαζον. ἔξωθεν δέ, φησι τῶν Σιδηρὼθ ἀναιρεθῆναι τὴν Γοθολίαν προσέταξεν. ἐν δὲ ταῖς Παραλειπομέναις, ἐκτὸς τοῦ οἴκου φησίν.

Διαθήκην ἀνὰ μέσον κυρίου.] Συνθήκην, ὡς οἱ λοιποὶ τῶν Ἑρμηνευτῶν ἐξέδωκαν ἀλλαχοῦ. ὅρους γὰρ αὐτοῖς, καὶ νόμους, παρέδωκε δουλεύειν κυρίῳ. φῶς δὲ, ὡς ἀληθῶς, διδάσκαλος ἀγαθός. οὗ ζῶντος, ἐλάτρευον τῷ θεῷ. πλὴν καὶ οὕτως ἦσαν ἀτελεῖς, θύοντες ἐπὶ τῶν ὑψηλῶν τῷ θεῷ, καὶ οὐκ ἐν νόμῳ τῷ θεῷ, καθὰ διέταξεν ὁ νόμος.

ΚΕΦ. ΙΑ΄.

Ἀργύριον συντιμήσεως ἀνδρός.) Ἔφη γὰρ ἐν Δευτερονομίῳ, τοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν παρέχοντας τιμὴν τῷ Θεῷ, πόσους σίκλους προσήκει διδόναι. ὅπερ νῦν ἀργύριον Ἰωὰς προσέταξε τοὺς ἱερέας κομίσασθαι, καὶ θεραπεύειν τὰ πάσχοντα τοῦ ναοῦ, φθειρομένων ξύλων, ἢ λίθων. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ δὲ Βὲκ, ὅπερ ἐν Παραλειπομέναις ἐπισκευάσαι τὸν οἶκον κυρίου λέγει. καὶ πάλιν, τοῦ θεραπεῦσαι τὸν οἶκον κυρίου.

ΚΕΦ. ΙΒ΄.

Καὶ μετεμελήθη κύριος, καὶ οἴκτειρεν αὐτούς.) Μεταμέλειαν καλεῖ τὴν ἀπὸ τῆς δυσκληρίας εἰς εὐκληρίαν μεταβολήν.

esset, & subditis impietatem obtrudere, & imperare decrevisset; genus regale, quippe religiosum, funditus delere, & exstirpare voluit. Deus autem, qui omnia sapienter gubernat, & dirigit, ordinavit iterum, ut regia familia sacerdotali misceretur; utque Ioiada pontifex sapientissimus Iosabeae filiam Ioram uxorem duceret, ut scintillula regii generis conservaretur. Ipsa enim clam subtraxit nepotem ex fratre Ioam, quem prudens ille sacerdos post sextum tamdem annum regno restituit.

Chorri, & Rasim.) Cursores, & satellites; alii scutiferos, & satellites exponunt. Iuxta currentes vero vocat praecedentes, & deducentes regem. Illos in tres ordines distribuit; alios enim regiam custodire iussit; alios templi vestibulum; alios portam alteram.

Messae.) Hoc vocabulum reliqui ἀπὸ διαφθορᾶς; id est, ab interitu exposuerunt. Significat autem, nullum damnum domui Dei illatum esse. Hoc vero, duae manus in vobis, pro eo, quod est, integri estis. & sani, & idonei ad custodiendam domum Dei, & domum regis.

Ingrediens in Sideroth morietur.) In libro Paralipomenon sic dicitur; ingrediens in domum morietur. Similiter etiam Iosephus habet,

Ab humero domus dextero.) Significat, quod Levitae lunae in speciem figuram constituentes, cornua domui coniuncta habuerunt, & regem, qui in medio erat, custodiebant. Exercitus vero armatus foris stabat, exspectans, & cohibens illos, qui ingredi tentabant.

Posuit super eum sanctificationem, & testimonium.) Liber Paralipomenon habet, τὸ βασίλειον, signum regale, & testimonium. ἁγίασμα quidem unctionem significat; μαρτύριον vero coronam regiam; σύνδεσμον autem tyrannidem, quemadmodum ante dixit, nominabant. Dicit autem extra Sideroth Attaliam interfici imperasse. In libro Paralipomenon extra domum inquit.

Foedus (διαθήκην) *inter Dominum.*) συνθήκην, hoc est foedus, & pactum, ut reliqui interpretes ubique reddiderunt. Regulam enim, & leges praescripsit, ut Deo servirent. Vere autem bonus magister lux est; quo vivente Dominum coluerunt. Adeo tamen erant imperfecti, ut in excelsis Deo sacrificarent, & non in templo, sicut in lege erat praescriptum.

CAP. XI.

Argentum aestimationis viri.) Dicit enim in Deuteronomio de illis, qui sua sponte Domino munus conferunt, quot siclos eos dare conveniat; quam pecuniam Ioas nunc sacerdotes colligere praecepit, & reficere ligna, & lapides in templo. Hoc enim significat illud Bek, quod in Paralip. dicit praeparare templum Domini, & iterum curare domum Domini.

CAP. XII.

Et poenitentia ductus est Dominus, & misertus est eorum.) Poenitentiam vocat mutationem infelicitatis in felicitatem.

Accipe arcum, & sagittas.) Non enim tantum credebant nudis sermonibus, quantum praedictionibus, quae per opera edebantur. Existimans autem sua sponte complures sagittas emissurum, primo emisso, dixit, sagitta salutis, &c. Postquam vero tres solum emisit, dolore adfectus est, eo quod tertio prospero quidem successu destituendus, non tamen omnino exscindendus esset.

CAP. XIII.

Carduus in Libano.) Amesias, lege belli in Iudaeos imperium tenens, speravit se decem quoque tribus domiturum, & regem Israelis ad pugnam provocabat. Ille vero parabolam ei proposuit, sejpsum cedro comparans, illum vero carduo.

Et filios commixtionum abominationum.] Hoc est, falsorum Deorum sacerdotes, promiscuam ipsorum multitudinem significans.

Aelom.) Quae hodie Aila nominatur, sita iuxta hostium sinus Arabici, quem mare rubrum adpellant.

CAP. XIV.

Et tetigit Dominus regem.) Planius de rebus huius regis loquitur lib. Paralip.

In domo Appbusoth.) Reliqui κρυφαίως, latenter exposuerunt.

CAP XV.

Et filios suos traduxit per ignem.) Videtur significare speciem erroris, qui ad nostra usque tempora pervenit. In quibusdam enim urbibus semel in anno accensas pyras per plateas quidam inspexerunt, & per illas transilientes, & saltantes, non pueros modo, sed etiam viros; infantes autem a matribus gestatos per flammam, nimirum propter depulsionem malorum, & lustrationem. Iosephus autem dicit, Achas unum ex filiis totum ipsi Baal combussisse.

Et vidit altare.) Non Deo, Vniversi conditori videtur constructum fuisse, sed idolo cuidam. Hoc enim in libro Paralipomenon innuitur, inquiens; & addidit Achaz, ut a Deo deficeret, & dixit, quaeram Deos Damasci percutientes me, &c.

Aeneum altare.) Quod aedificavit Solomon.

Cathedrae sabbathorum.) Ante templum locum habebat, ubi ante tempus sacrificiorum, aut his etiam peractis sedebat, illum in templo collocavit, & regum ostium transtulit, introitum per sacerdotum ambitum faciens, idipsum etiam impium erat. Idcirco autem hoc fecit, ut, si quando regia obsidione cingeretur, posset absque metu, & periculo templum ingredi, adiunctum habens introitum. Hoc enim illud significat, quod dicit, a facie regis Assyriorum.

CAP. XVI.

Statuas, & lucos.) Reliqui ubique lucum Astaroth interpretantur. Hoc vero Astarthen significat, scilicet Venerem. Dicit autem in omni

loco

Λάβε τόξον, καὶ βολίδας.] Οὐχ οὕτω γὰρ ἐπίστευον τοῖς λόγοις, ὡς τοῖς δι' ἔργων προῤῥήσεσιν. ὑπολαβὼν δὲ, ὡς αὐτόματος ἀφήσει βέλη πολλὰ, τοῦ πρώτου πεμφθέντος, ἔφη, βέλος σωτηρίας, καὶ τὰ ἑξῆς. ὡς δὲ τρία μόνα ἐξέπεμψεν, ἠχθέσθη, ὡς τῆς Συρίας τρίτον ἡττημένης, ἀλλ' οὐ πανωλεθρίαν δεχομένης.

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Ὁ ἀκχὰν ὁ ἐν τῷ Λιβάνῳ.] Ἀμεσσίας, τῶν Ἰουδαίων νόμῳ πολέμου κρατήσας, ἤλπισε καὶ τὰς δέκα νικήσειν φυλάς. καὶ προεκαλεῖτο πρὸς μάχην τὸν βασιλέα τοῦ Ἰσραήλ. ὁ δὲ τὴν παροιμίαν ἐδήλωσεν αὐτὸν ἀπεικάσας τῇ κέδρῳ, ἐκεῖνον δὲ τῷ ἀκχάν.

Καὶ τοὺς υἱοὺς τῶν συμμίξεων τῶν βδελυγμάτων.] Τουτέστι, τοὺς τῶν ψευδωνύμων θεῶν ἱερέας, τὸ ἄτακτον αὐτῶν πλῆθος δηλῶν.

Τὴν Αἰλώμ.] Τὴν νῦν ὀνομαζομένην Ἀΐλαν, ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Ἀραβικοῦ κόλπου κειμένην, ὃν ἐρυθρὰν προσαγορεύουσι θάλατταν.

ΚΕΦ. ΙΔ'.

Καὶ ἥψατο κύριος τοῦ βασιλέως.] Σαφέστερον τὸ κατὰ τοῦτον ἐν Παραλειπομέναις φησίν.

Ἐν οἴκῳ Ἀπφουσώθ.] Οἱ λοιποὶ κρυφαίως ἐξέδωκαν.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ διῆγεν ἐν πυρί.] Ἔοικε δηλοῦν τὸ μέχρις ἡμῶν φθάσαν τῆς πλάνης εἶδος. ἔν τισι γὰρ πόλεσιν ἅπαξ τοῦ ἔτους ἐν ταῖς πλατείαις ἁπτομένας πυρὰς ἐθεάσαντό τινες, καὶ ταύτας ὑπεραλλομένους τινὰς, καὶ πηδῶντας, οὐ μόνον παῖδας, ἀλλὰ καὶ ἄνδρας. τὰ δὲ βρέφη παρὰ τῶν μητέρων παραφερόμενα διὰ τῆς φλογὸς, πρὸς ἀποτροπιασμὸν δῆθεν, καὶ κάθαρσιν. Ἰώσηππος δὲ καὶ τὸν ἕνα τῶν υἱῶν ὁλοκαυτῶσαί, φησι, τὸν Ἀχὰζ τῷ Βαάλ.

Καὶ εἶδε τὸ θυσιαστήριον.] Ἔοικεν οὐ τῷ τῶν ὅλων θεῷ τοῦτο πεποιηκέναι, ἀλλ' εἰδώλῳ τινί. τοῦτο γὰρ ἐν Παραλειπομέναις αἰνίττεται, λέγων· καὶ προσέθηκεν Ἀχὰζ τοῦ ἀποστῆναι κυρίου. καὶ εἶπεν. ζητήσω τοὺς θεοὺς Δαμασκοῦ, τοὺς τύπτοντάς με. καὶ τὰ ἑξῆς.

Τὸ δὲ χαλκοῦν θυσιαστήριον.] Ὃ κατεσκεύασε Σολομῶν.

Τῆς καθέδρας τῶν σαββάτων.] Πρὸ τοῦ νεὼ τόπον εἶχεν, ἔνθα πρὸ τοῦ καιροῦ τῶν θυσιῶν, ἢ καὶ μετὰ ταύτας, ἐκαθέζετο. τοῦτον νῦν ἔνδον ἐποίησεν τοῦ ναοῦ, καὶ τῶν βασιλείων τὴν θύραν μετέστησε, τὴν δίοδον διὰ τῶν ἱερῶν περιβόλων ποιούμενος· ὅπερ ἦν καὶ αὐτὸ ἀσεβές. τοῦτο δὲ πεποίηκε δῆθεν, ἵν', εἰ πολιορκοῖτο τὰ βασίλεια, δύναιτο ἐπ' ἀδείας εἰς τὸν νεὼν εἰσιέναι, συνημμένην ἔχων τὴν εἴσοδον· ὃ δηλοῖ τό. ἀπὸ προσώπου τοῦ βασιλέως Ἀσσυρίων.

ΚΕΦ. Ις'.

Στήλας, καὶ ἄλση.] Πανταχοῦ τὸ ἄλσος οἱ λοιποὶ Ἀσταρὼθ ἑρμηνεύουσιν. δηλοῖ δὲ τοῦτο τὴν Ἀστάρτην, ἤγουν Ἀφροδίτην· ἐν παν-

τὶ

τὶ δὲ τόπῳ, φησὶ, βωμοὺς οἰκοδομῆσθαι τοῖς δαίμοσι, καὶ οὐ μόνον ἐν πόλεσι, καὶ κώμαις, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς κατὰ τὴν ὁδὸν πύργοις, ἐν οἷς ὀλίγοι τινὲς εἰώθεσαν φρυκτωρεῖν. ἐνταῦθα δὲ ὑψηλὰ τὰ τεμένη τῶν δαιμόνων ἐκάλεσεν.

Καὶ ἐποίησαν κοινωνούς.] Δοκεῖ τὴν πρὸς τὰ ἔθνη συμφωνίαν οὕτω καλεῖν, καὶ τοὺς ὅσοι τούτους ἐδίδαξαν ἀσεβεῖν, ὡς ἑξῆς ὑπαινίττεται. καὶ ἐποίησαν Ἐφοὺδ, τὸ ταῖς μαντικαῖς ἁρμόττον προῤῥήσεσιν. καί γε καὶ Ἰούδας αὐτός. οὐκ ἄρα διὰ τὴν τῆς βασιλείας, ὡς ἂν τις εἴποι, διαίρεσιν, καὶ τὸ πόῤῥω γενέσθαι τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἠσέβησεν Ἰσραὴλ, ὅπου καὶ Ἰούδας αὐτός.

Καὶ ἀπῳκίσθη Ἰσραὴλ ἀπὸ τῆς γῆς αὐτοῦ εἰς Ἀσσυρίους ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης.] Δηλοῖ δὲ τοῦτο, τὸν συγγραφέα μεταγενέστερον ἐκ τῶν προφητῶν, τῶν συγγραψάντων τὰ καθ᾽ ἕκαστον καιρὸν, μεταλαβόντα τὴν ἱστορίαν. σαφῶς δὲ καὶ τὰ κατὰ τοὺς νῦν Σαμαρείτας ἐδήλωσεν, ὅθεν εἰσὶ, καὶ πῶς τὸν νόμον τὸν Μωϋσέως ἐξ ἀνάγκης ἐφύλαξαν.

Οὐκ ἔγνωσαν τὸν νόμον τοῦ θεοῦ τῆς γῆς.] Ἐτόπαζον γὰρ, μερικὸν εἶναι τῶν ὅλων τὸν ποιητήν.

loco altaria daemonibus erecta esse, non modo in urbibus, & vicis; sed in turribus etiam iuxta viam positis; in quibus pauci quidam custodiam nocturnam agere, & facibus elevatis signum dare consueverant. Hoc autem loco lucos daemonum excelsa adpellavit.

Et fecerunt participes.) Consensionem cum gentibus hoc modo videtur adpellare, & omnes illos, quotquot eos impietatem docuerunt, ut in sequentibus latenter innuitur. Et fecerunt Ephod aptum praedictionibus augurum, etiam ipse Iudas; non quidem propter regni divisionem, quemadmodum dicere aliquis posset; &, quod Ierusalem procul abesset, impius fuit Israel, quum ipse etiam Iudas talis fuerit.

Et translatus est Israel de terra sua in Assyrios usque ad hunc diem.) Hoc etiam significat scriptorem posteriorem ex prophetis, qui conscripserunt, quae suis temporibus acciderunt, historiam transscripsisse. Evidenter autem res Samaritanorum, qui nunc sunt, descripsit, unde sint, & quomodo ex necessitate legem Moysi custodiverint.

Non cognoverunt legem Dei terrae.) Subspicabantur enim Vniversi conditorem μερικὸν, particularem; id est, certo loco adfixum esse.

ΚΕΦ. ΙΖ.

Τὸν ὄφιν τὸν χαλκοῦν, ὃν ἐποίησε Μωϋσῆς.] Οὐχ ἵνα προσκυνεῖται, ἀλλ᾽ ἵνα προτυπώσῃ τὸ σωτήριον πάθος. τούτῳ, φησὶν, ὁ λαὸς θυμιῶν διετέλεσεν.

Καὶ ἔκλασεν αὐτὸν Ἐσθάν.] Ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῶν Ἑβραϊκῶν ὀνομάτων κεῖται χαλκός. ἐντεῦθεν οἶμαι τοὺς ὀφίτας, (αἵρεσις δὲ αὕτη δυσσεβεστάτη) Ἐσθηνοὺς ὀνομάζεσθαι.

Εἰς τέλος τριῶν ἐτῶν.] Ἔτη τρία τέλεια τῆς Σαμαρείας ἡ πολιορκία κατέσχεν.

Ἡμάρτηκα, ἀποστράφηθι ἀπ᾽ ἐμοῦ.] Ἀχὰζ, ὁ πατὴρ Ἐζεχίου, τὸν Θαλλαφαλσὰρ εἰς συμμαχίαν κατὰ τῶν Σύρων καλέσας, φόρον τελέσειν ὑπέσχετο, καὶ τοῦτον ἐκεῖνος διετέλεσε παρέχων, ὁ δὲ Ἐζεχίας, τὸν ἐπικείμενον δασμὸν οὐκ ἐξέτισε· τὴν δὲ στρατιὰν ἰδὼν, δώσειν ὑπέσχετο.

Τὰς θύρας τοῦ ναοῦ κυρίου.] Οὐ γὰρ ἤρκουν οἱ βασιλικοὶ θησαυροὶ, ὅθεν ἐπὶ τοὺς ἱεροὺς κατά τι ἔθος δι᾽ ἀνάγκην ἐτράπετο, ἵνα μὴ καὶ τὸν ναὸν, καὶ τὴν πόλιν, ἐμπρήσωσιν οἱ πολέμιοι. μετὰ δὲ τὴν χρείαν, ἀναπληροῦν αὐτοὺς ἐκ τῶν πολέμων εἰώθεσαν. νυνὶ δὲ καὶ τὰς θύρας ἐχώνευσε τὰς χρυσᾶς, ἃς ἐποίησε, καὶ τοὺς τούτων σταθμούς.

Οὐκ ἀπέστησεν τὰ ὑψηλὰ αὐτοῦ.] Δηλοῖ πάλιν ὁ συγγραφεὺς, ὅτι οὐ μόνον τὰ τεμένη τῶν δαιμόνων ὀνομάζουσιν ὑψηλὰ, ἀλλὰ καὶ τὰ τῷ θεῷ τῶν ὅλων ἐν τοῖς ὑψηλοῖς τόποις δεδηλωμένα θυσιαστήρια.

Καὶ εἶπε τῷ Ἰούδᾳ, καὶ τῇ Ἱερουσαλήμ.] Ταῦτα ἔλεγεν ὁ Ῥαψάκης, Ἑβραῖος ὢν, ὡς εἰκὸς, καὶ πρὸς ἐκείνους αὐτομολήσας, ἤτοι ἐξανδραποδισθεὶς, καὶ, ὡς εὔνοιαν δείξας τοῖς Ἀσσυρίοις, τὴν στρατιὰν θαῤῥηθεὶς. τῇ γὰρ Ἑβραΐδι χρώμενος, ἐποιεῖτο τοὺς λόγους.

CAP. XVII.

Serpentem aeneum, quem fecit Moyses.) Non ut adoraretur; sed, ut salutis negotium adumbraret; huic, inquit, populus perpetuo odores incendit.

Et confregit eum Esthan.) In interpretatione nominum Ebraicorum ponitur aes. Hinc puto Ophitas (est autem impiissima haec haeresis) Esthenos vocari.

Ad finem trium annorum.) Tres continuos annos obsidio Samariae duravit.

Peccavi, avertere a me.) Achaz pater Ezechiae, Theladphalasar in auxilium contra Syros vocans, se illi tributum daturum promisit, & perpetuo dedit. Ezechias autem impositum tributum non persolvit; quum autem adparatum bellicum videret, se persoluturum promisit.

Ianuas templi Domini.) Non enim sufficiebant thesauri regii, quare pro more aliquo impellente necessitate, ad res sacras convertebatur, ne hostes urbem, & templum incenderent. Postquam vero usi essent, postea restituere ex bellis solebant. Nunc etiam ianuas aureas, quas fecit, & cardines illarum conflavit.

Nonne destruxit excelsa eius.) Historicus iterum significat, quod non solum lucos daemonum excelsa adpellet, sed etiam altaria in excelsis locis Deo, Vniversi conditori, consecrata.

Dixit ad Iuda, & Ierusalem.) Haec Rapsaces dixit, quem verisimile est Ebraeum fuisse, &, vel sponte ad Assyrios profugisse, vel bello captum esse; &, ut Assyriis suam benevolentiam ostenderet, exercitum confirmasse. Ebraica enim lingua usus, orationem habuit.

CAP. XVIII.

Venerunt filii usque ad dolores partus.) Vrimur, inquit, animo audientes nefandas illas blasphemias; ceterum poenas exigere ab impiis illis hominibus non possumus. Quare Deum, qui audivit blasphemias illas, oramus, ut prophanos illos doceat, ne unicum quidem esse illorum, quos Deos adpellant.

Ecce ego do spiritum in eo.] Significans, puto, timorem. Divus enim Apostolus inquit: non dedit nobis spiritum timoris.

Et Sennacherib discessit.) Sennacherib tunc quidem mortem effugit, ut omnibus notum faceret quanta virtus esset, & potentia Dei Iudaeorum. Mox vero a filiis iugulatus, iustas poenas dedit.

Ararat.) Armeniam.

CAP. XIX.

Capientur omnia, quae sunt in domo tua.] Quia Dei potentiam, & curam docere oportebat, ostendit opes, quas consequutus erat, nihil firmum habere, & stabile.

CAP. XX.

Et fecit Manasses malum.) Manasses testatur naturam in animatis non vincere, sed voluntatem, & iudicium. Nam institutum, & rationem vitae, itemque administrandi rempublicam, qua pater usus erat, relinquens, contrariam sequutus est.

Omni exercitui caeli.] Soli, lunae, & stellis.

Vt sonent ambae aures.] Intellige famam, quae terrorem, & horrorem adferat.

Mensuram Samariae, & pondus domus Achabi.] Iisdem illos etiam malis circumveniam. Vt illorum alios fames, alios bellum adsumsit; reliqui vero in captivitatem abducti sunt. Et, quemadmodum domum Achab, funditus eos delevi.

Sanguinem enim innocentem effundit Manasses.] Illos enim maxime e medio tollebat, qui sese impietati opponerent, & iram divinam ei denunciarent. Hunc aiunt, Esaiam quoque prophetam serra secuisse. Manassem vero dicit liber Paralipomenon, quum poenitentiam ageret, restitutum esse.

CAP. XXI.

Librum inveni.] Deuteronomion.

CAP. XXII.

Masouroth.] Stellae nomen est, nimirum luciferi.

Domum Cadesim.] Aequivoce daemonas sanctos adpellavit. Cadesch enim sanctum significat; lucum vero, ut dictum est, reliqui Aseroth, vel Astaroth exponunt, quod Astarthen significat. Veneris autem statuam intus in Dei templo constituerunt. Illud vero, in quo mulieres texebant, Aquila sic interpretatus est; ubi

ΚΕΦ. ΙΗ'.

Ὅτι ἦλθον οἱ υἱοὶ ἕως ὠδίνων.) Φλεγόμεθά, φησι, τῷ θυμῷ, τῶν ἀῤῥήτων ἐκείνων βλασφημιῶν ἐπακούσαντες. κολάσαι δὲ τοὺς ἄνδρας ἐκείνους, τοὺς δυσσεβεῖς, οὐ δυνάμεθα. ὅθεν ἱκετεύομεν τὸν τῶν βλασφημιῶν ἐκείνων ἀκηκοότα θεὸν, διδάξαι τοὺς ἀνοσίους, ὡς οὐκ ἐστὶν, εἷς τῶν καλουμένων θεῶν.

Ἰδοὺ, ἐγὼ δίδωμι πνεῦμα ἐν αὐτῷ.) Δειλίαν οἶμαι δηλοῦν. καὶ γὰρ ὁ θεῖος ἀπόστολος οὕτως ἔφη, οὐ γὰρ ἔδωκεν ἡμῖν πνεῦμα δειλίας.

Καὶ ἀπῆρε Σενναχειρίμ. Ὁ Σενναχειρὶμ τὸν θάνατον τηνικαῦτα διέφυγεν, ἵνα πᾶσι μηνύσῃ, ὅση τοῦ θεοῦ Ἰουδαίων ἡ δύναμις. εὐθὺς δὲ παρὰ τῶν παίδων ἐδέξατο τὴν δικαίαν σφαγήν.

Τὴν Ἀραράτ.] Τὴν Ἀρμενίαν.

ΚΕΦ. ΙΘ'.

Καὶ ἀρθήσονται πάντα τὰ ἐν τῷ οἴκῳ σου.) Ὅτι δέον τοῦ θεοῦ διδάξαι τὴν δύναμιν, καὶ τὴν κηδημονίαν, ἧς ἔτυχε, τὸν πλοῦτον ὑπέδειξε, τὸν οὐδὲν ἔχοντα μόνιμον.

ΚΕΦ. Κ'.

Καὶ ἐποίησε Μανασσῆς τὸ πονηρόν.) Ὅτι οὐ φύσις ἐν τοῖς ψυχικοῖς, ἀλλὰ γνώμη κρατεῖ, μαρτυρεῖ Μανασσῆς, τὴν εὐσεβῆ τοῦ πατέρος πολιτείαν καταλιπὼν, καὶ τὴν ἐναντίαν ὁδεύσας.

Πάσῃ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ.] Ἡλίῳ, καὶ σελήνῃ, καὶ ἀστράσιν.

Ἠχῆσαι ἀμφότερα τὰ ὦτα.) Ἐκπληκτικὴν ἡγοῦ τὴν ἀκοὴν,

Τὸ μέτρον Σαμαρείας, καὶ τὸν σταθμὸν οἴκου Ἀχαάβ.) Ταῖς αὐταῖς καὶ τούτους περιβαλῶ συμφοραῖς, ὡς ἐκείνων τοὺς μὲν λιμὸς, τοὺς δὲ πόλεμος ἐδαπάνησεν· οἱ δὲ, ληφθέντες ἀπήχθησαν. καὶ, ὡς τὸν οἶκον Ἀχαὰβ, πανωλεθρίᾳ παρέδωκα.

Καί γε αἷμα ἀθῷον ἐξέχεε Μανασσῆς.) Διαφερόντως γὰρ ἀνῄρει τοὺς τῆς εὐσεβείας ἀντεχομένους, καὶ τοὺς τὴν θείαν ὀργὴν αὐτῷ προμηνύοντας. τοῦτόν φασι, καὶ τὸν προφήτην Ἠσαΐαν πρίονι διελεῖν. τοῦτον δέ φησιν ἐν Παραλειπομέναις, μεταμελείᾳ χρησάμενον, τυχεῖν τῆς ἀνακλήσεως.

ΚΕΦ. ΚΑ'.

Βιβλίον εὗρον.) Τοῦ Δευτερονομίου.

ΚΕΦ. ΚΒ'.

Καὶ τοῖς Μαζουρώθ.] Ἀστέρος ὄνομα, ὡς εἰκὸς, τοῦ ἑωσφόρου.

Τὸν οἶκον τὸν Καδησίν.) Ὁμωνύμως ἐκάλεσεν ἁγίους τοὺς δαίμονας. κάδης γὰρ, τὸ ἅγιον. τὸ δὲ ἄλσος, ὡς εἴρηται, οἱ λοιποὶ Ἀστηρὼθ ἢ Ἀσταρὼθ ἑρμηνεύουσιν, ὃ τὴν Ἀστάρτην δηλοῖ. τῆς δὲ Ἀφροδίτης τὸ ξόανον ἔνδον ἔστησαν ἐν τῷ θείῳ νεῷ. τὸ δὲ, ἐν ᾧ αἱ γυναῖκες ὕφαινον, Ἀκύλας οὕτως ἑρμήνευσεν,

σεν, οὓ ἐποίουν ἐνδύματα τοῖς ἐκπορνεύουσιν ἀπὸ κυρίου.

Πλὴν οὐκ ἀνέβησαν οἱ ἱερεῖς τῶν ὑψηλῶν πρὸς τὸ θυσιαστήριον τοῦ κυρίου.] Ὑψηλὰ πάλιν οὐ τὰ τῶν εἰδώλων, ἀλλὰ τὰ τοῦ θεοῦ θυσιαστήρια κέκληκε, τὰ ἐν τοῖς ὑψηλοῖς. τοὺς ἐξ ἱερατικοῦ δὲ γένους οὐκ ἀφῆκεν εἰς τὸ θυσιαστήριον ἀπελθεῖν τοῦ κυρίου, τὸ ἐν Ἱερουσαλὴμ, εἰ μὴ ἔφαγον ἄζυμα. εἰ δὲ τοῖς εἰδώλοις ἐλάτρευσαν, οὐκ ἂν αὐτοὺς ὁ εὐσεβὴς βασιλεὺς συγγνώμης ἠξίωσεν.

Καὶ ἐμίανε τὸ Ἀφέθ'.] Κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν ἑρμηνείαν, πτῶσιν σημαίνει. τόπος δὲ ἦν, ἐν ᾧ διῆγον ἐν τῷ πυρὶ τὰ παιδία τῷ Μελχὸλ, Ἀμανιτῶν εἰδώλῳ. τὸ δὲ Φαρουρὶ, τοῦ φρουροῦ παρέδωκαν οἱ περὶ Σύμμαχον.

Ἀμεσσοάθ.) Ἀφανισμοῦ.

Καὶ διεσώθη τὰ ὀστᾶ τοῦ προφήτου τοῦ πρεσβυτέρου.] Οὐκ ἄρα ψευδοπροφήτης ὑπῆρχεν. οὐ γὰρ ἂν αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ διεσώθη.

Ὅμοιος αὐτῷ οὐκ ἐγένετο βασιλεύς.] Ταῦτα καὶ περὶ Ἐζεκίου προεῖπεν, καὶ ὅτι μετ' αὐτὸν οὐκ ἀνέστη τοιοῦτος. εἰ δὲ νῦν πρὸ αὐτοῦ προτάττει τὸν Ἰωσίαν, δῆλον ὅτι καὶ Ἐζεκίου, καὶ τοῦ Δαβὶδ, ἀμφοτέρους. νῦν οὖν οὐκ ἀλλήλοις τούτους συνέκρινεν, ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις, τοῖς δόξασιν εὐσεβεῖν, τῷ Ἀσὰ, καὶ τῷ Ἰωσαφὰτ, καὶ τῷ Ἰωαθάμ.

Ἀχὰζ, τὸν υἱὸν Ἰωσίου.] Τὰ κατὰ τὸν Ἀχὰζ, καὶ τὸν Ἰωακὶμ, καὶ τὸν Ἰεχονίαν, καὶ Σεδεκίαν, πλατύτερον Ἱερεμίας συνέγραψεν. τὸν δὲ Ἰωακὶμ, τὸν τοῦ Ἰωακὶμ υἱὸν, Ἰεχονίαν καλεῖ. ἡ δὲ τῶν Παραλειπομένων βίβλος Ἰωακίμ. τοῦτον ὁ Ἀσσύριος, τῆς εἱρκτῆς ἀπαλλάξας, ὁμοδίαιτον εἶχεν, τοῦ πλήξαντος αὐτὸν ἰασαμένου θεοῦ.

bi indumenta faciebant illis, qui a Domino fornicati essent.

Sed Sacerdotes excelsorum ad altare Dei non adscenderunt.) Excelsa iterum non adpellavit altaria idolorum, sed Dei, quae in excelsis erant constructa. Illos vero, qui ex prosapia sacerdotali erant, ad altare Domini, quod Hierosolymis erat, adscendere non permisit, nisi azyma comedissent. Quod si idolis sacrificassent, non utique pius Rex ignovisset ipsis.

Et contaminavit Apheth.) Secundum Ebraicam interpretationem casum significat. Locus vero erat, ubi pueros per ignem traducebant Melchol idolo Ammonitarum. Pharuri vero custodis (τοῦ φρουροῦ) reddidit Symmachus.

Amessaoth.) Interitus.

Et servata sunt ossa Prophetae senioris.) Non utique pseudopropheta fuit, neque enim alias ossa ipsius conservata essent.

Similis ei Rex non fuit.) Haec etiam de Ezechia supra dixit, quod post ipsum talis non surrexit. Quum vero nunc Iosiam illi praeferat, & anteponat, manifestum est, eum utique & Ezechiae, & Davidi praeponi. Non igitur illos inter se nunc contulit, sed cum aliis, qui pro piis habiti sunt, veluti cum Asa, Iosaphat, & Ionatan.

Achas filium Iosiae.] Res Achas, Ioachim, Iechoniae, & Sedechiae uberius Ieremias descripsit. Ioachim vero Ioachimi filium, Iechoniam adpellat, liber vero Paralipomen. Ioachim. Hunc Assyrius e carcere liberatum, commensalem habuit Domino, a quo percussus erat, eum restituente in integrum.

A

CAP. IV. lin. 16. μωρά.) In codice Lavateri fuit, ὥρα. Recte: nam ita habent quoque LXX.

Lin. 25. τελευτήσαντι.) Scrib. τελευτήσαν τό.

CAP. V. lin. 10. Ἰωάννης.) Ita etiam in Lavateri codice fuit. Sed legendum tamen, Ἰορδάνης. Nam de Iordane fluvio agitur hoc loco.

CAP. X. lin. 44. Γοθολίαν.) In Lavateri codice videtur fuisse, Ἀθαλίαν.

CAP. XVII. lin. 12. Θαλλαφαλσάρ.] In codice Lavateri, Θελαδφαλασάρ.

B

Quum pagina ex parte vacua esset adrisit heic, quae de *Procopio* Gazaeo *Io. Alb. Fabricius* in sua Graeca Bibliotheca habet, adiungere. Sunt autem, quae sequuntur:

Procopius Gazaeus Sophista Christianus sub Iustino Thrace clarus, Praeceptor Choricii Sophistae, qui ei etiam successit, & defunctum diserta Oratione laudavit, quam una cum eximiis Procopii huius Commentariis in *Octateuchum*, & *Canticum Canticorum* ex Bibl. Augustanae (1) Codice Graeco descriptis, & versione ac notis a se praeclare, ut solet illustratis edet amicus noster Rev. D. Godfridus Olearius, Theologus Lipsiensis. Ἐξηγητικὰς illas σχολὰς in Octateuchum Photio pridem laudatas Cod. 206. habemus hactenus Latine tantum ex versione minus accurata Conradi Clauseri, qui scholia in Genesin, Exodum, & Leviticum vertit, & in quibusdam exemplaribus venit nomine Claudii Thrasybuli, cetera ex versione Hartmanni Hambergeri Tigurini, Tiguri 1555. fol. Scholia *in quatuor libros Regum, & duos Chronicorum*, quae itidem Photio lecta sunt interpretatus est Ludov. Lavaterus, cum cuius versione Graece ea e Codice suo vulgavit, castigationesque addidit *Io. Meursius* Lugd. Bat. 1620. 4. Eiusdem Ἐξηγητικῶν ἐκλογῶν ἐπιτομὴ *in Proverbia* exstat Graece MS. in Codice Regis Christianissimi 2436. de quo Montfauconus in Palaeographia Graeca pag. 278. seq. Idemque videtur cum commentario Procopii in Proverbia, quem laudat Turrianus in defensione Epistolarum Pontificum IV. 4. 6. 17. Praeclarum eiusdem Procopii Commentarium *in Esaiam*, Photio similiter laudatum cum versione sua Graece vulgavit Io. Curterius Paris. 1580. fol. Quos vero idem Photius Cod. 160. laudat Procopii λόγους, sive *Orationes* varii generis, & *locorum Homericorum Metaphrases Oratoriae* in varias ideas efformatae, haud exstant, quod sciam; licet Nic. Alemannus praef. ad alterius Procopii Caesariensis anecdota, *declamationes* Procopii Gazaei ineditas memorare videatur. De *Epistolis* eius dixi lib. 2. cap. 10. §. 27. Hunc Procopium respicit AEneas Gazaeus eius aequalis Epistola 19. ὁ ἐμὸς Προκόπιος. Isaacum vero Vossium, qui responso ad tertias Rich. Simonis obiectiones pag. 118. ex Epistola 26. Procopii ad Hieronymum nescio quem in AEgypto commorantem concludere voluit Procopium Epistolarum scriptorem aequalem fuisse Hieronymi Stridoniensis, refellit Io. Marcianaeus Tom. IV. Hieronymi sui pagina ult. & Io. Clericus Bibl. selectae Tom. 17. pag. 143. seq.

(1) Laudat illum Codicem Georg. Hieron. Welschius de Vena Medinensi pag. 66. vocatque perantiquum atque perelegantem, qui olim Papae Nicandri Archidiaconi fuerit, eumque ipsum, quo usus Claudius Thrasybulus. Et Graeca praeclari Scriptoris edi merito optat Rich. Simon T. 4. Bibliothecae Criticae pag. 143.

F I N I S.

PRO-

PROCOPII GAZAEI SOPHISTAE

In primum Librum Paralipomenon Scholia.

Ludovico Lavatero Tigurino Interp.

PROOEMIVM.



Vthor, qui praesens argumentum tractandum suscepit, ea, quae a Scriptore historiae Regum praetermissa sunt, his libris persequitur. Id quod titulus libri etiam ostendit. Ceterum haec ex multis Prophetarum scriptis collegit. Multa quoque, quae in libris Regum leguntur, his coniunxit. Dedit enim operam, ut continuam, & perpetuam historiae seriem conservaret. Porro supra repetens genealogiam, ex uno homine totum genus humanum deducit. Et, quum regni Iuda tantum mentionem faciat, docet, quos pagos, & quas urbes habeat, & unde nomen acceperint. Discimus hinc Nathan, ex quo Lucas genealogiam Christi deducit, fuisse germanum fratrem Salomonis, ex Davide, & Bethsabea. Et Rechab, quem Scriptura passim celebrat, ex tribu Iuda fuisse ostendit. Ad haec Ruben, eo quod patris lectum incestu contaminasset, ius primogeniturae amisisse; Ioseph vero ipsius loco accepisse docetur. Item Iudae honorem principatus, propter excellentem suam virtutem habitum esse. Maxime vero propter Servatorem, qui ex eo secundum carnem descendit. Id his verbis declaratur, *in ducem ex ipso*. Reliqui enim temporarii fuerunt; hic vero ex ipso descendit, qui solus seculorum rex est. Docet etiam, quomodo tribus, quae ultra Iordanem sunt, in solo Deo spei praesidio posito, alienigenas vicerint. Catalogum recenset generis Sacerdotum, & Levitarum. Sadocum, qui regnante Davide summum pontificatum gessit, ostendit undecimum ab Aarone fuisse, & Sadoci nepotem Azariam primum sacerdotis munus obivisse, postquam Templum a Salomone fuisset exstructum; ex quibus etiam Iosedek erat, qui capta urbe, Babylonem abductus est. Huius filius fuit Iesus, summus pontifex, qui captivos una cum Zorobabele reduxit. Hinc colligimus, seditiosum Core patruelem Moysis fuisse, filium Isaari, filii Caath, fratris vero Amram, patris Moysis. Item filios ipsius, paternae poenae non fuisse participes. Magnus enim ille Propheta Samuel ab hoc genus ducit, & Hemam psaltes nepos fuit Samuelis, filius Ioelis, filii Samuelis. Asaph vero cantor ex Gerson filio Levi, fratre Caath, genus duxit. Etham etiam unus ex cantoribus, ex Merari Levi filio, descendit. Ponit etiam Sacerdotum, & Levitarum discrimen. Praeterea historicus captivitatis causas describit, nam post captivitatem floruit. In historiis enim rerum futurarum narratio non reperitur. Docet etiam, quomodo illi, qui cum ipsis versabantur, Palaestinorum captivi fuerint.

Do-

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΓΑΖΑΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ

Εἰς τὴν πρώτην τῶν Παραλειπομένων Σχόλια.



ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.



ΌΣΑ παρέλειπεν ὁ τὰς Βασιλείας συγγεγραφὼς, ταῦτα συντέθεικεν ὁ τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν ἐνστησάμενος. ὡς καὶ τοὔνομα τοῦ βιβλίου δηλοῖ, ἅπερ ἐκ πλείστων προφητικῶν συνελέξατο. πολλὰ δὲ καὶ τῶν ἐν ταῖς Βασιλείαις τούτοις συνήρμοσε, μίαν συνέχειαν φυλάττειν ἐσπουδακώς. ἄνωθεν δὲ γενεαλογεῖ τὴν πᾶσαν ἐξ ἑνὸς δεικνὺς ἀνθροπότητα. ἐπειδὴ δὲ μόνης τῆς Ἰούδα βασιλείας ποιεῖται τὴν μνήμην, διδάσκει, τίνες τούτων αἱ κῶμαι, καὶ πόλεις, καὶ πόθεν ἐκλήθησαν. ἐντεῦθεν μανθάνομεν, ὡς Ναθάν, ἐξ οὗ τὸν Χριστὸν Λουκᾶς γενεαλογεῖ, γνήσιος ἦν ἀδελφὸς Σολομῶντος, ἐκ Δαβὶδ καὶ Βηρσαβαιέ. καὶ τὸν Ῥηχὰβ δὲ, τὸν πολλαχοῦ τῆς γραφῆς ἐπαινούμενον, ὧδε δείκνυσιν ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς. λέγει δὲ καὶ Ῥουβὴν τῶν πρωτοτοκείων ἐκπεπτωκέναι, τοῦ πατρὸς τὴν κοίτην μιάναντα· ταῦτα δὲ τὸν Ἰωσὴφ εἰληφέναι, τὸν δὲ Ἰούδαν εἰς ἡγεμονίαν προτιμηθῆναι, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ δύναμιν. μάλιστα δὲ, διὰ τὸν ἐξ αὐτοῦ κατὰ σάρκα βλαστήσαντα κύριον. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, εἰς ἡγούμενον ἐξ αὐτοῦ. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι, πρόσκαιροι· οὗτος δὲ, μόνος ἐξ αὐτοῦ προῆλθεν, αἰώνιος ὢν βασιλεύς. διδάσκει δὲ καὶ ὡς αἱ πέραν Ἰορδάνου φυλαὶ τοὺς ἀλλοφύλους ἐνίκησαν, εἰς θεὸν καὶ μόνον ἐλπίσασαι. γενεαλογεῖ δὲ καὶ τοὺς ἱερέας, καὶ τοὺς Λευίτας· καὶ Σαδδοὺκ, τὸν ἐπὶ τοῦ Δαβὶδ ἀρχιερατεύσαντα, δείκνυσιν ἑνδέκατον ἀπὸ Ἀαρών· καὶ τὸν Σαδδοὺκ ἔκγονον Ἀζαρίαν πρῶτον ἱερατεῦσαι, μετὰ τὴν ὑπὸ Σολομῶντος κατασκευὴν τοῦ ναοῦ. ἐξ ὧν ἦν Ἰωσεδὲκ, ὁ μετὰ τὴν ἅλωσιν ἀπαχθεὶς εἰς Βαβυλῶνα. οὗπερ ἦν υἱὸς Ἰησοῦς, ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας, ὁ τοὺς αἰχμαλώτους σὺν τῷ Ζοροβάβελ ἀναγαγών. ἐντεῦθεν μανθάνομεν. ὡς ὁ ἐπαναστὰς Κορὲ τῷ Μωϋσεῖ ἀνεψιαδοῦς ὑπῆρχεν αὐτῷ, τοῦ Ἰσαὰρ ἔκγονος, υἱοῦ μὲν Καὰθ. ἀδελφοῦ δὲ Ἀμρὰμ, τοῦ Μωϋσέως πατρός. καὶ ὡς οἱ τούτου παῖδες τῆς τοῦ πατρὸς οὐ μετεσχήκασι δίκης. Σαμουὴλ γοῦν ὁ μέγας ἐξ αὐτῷ κατάγει τὸ γένος, καὶ Αἱμὰν ὁ ψαλτῳδὸς ἔκγονος ἦν Σαμουήλ. υἱὸς γὰρ ἦν Ἰωὴλ τοῦ υἱοῦ Σαμουήλ. Ἀσὰφ δὲ ὁ ψαλτῳδὸς ἐκ τοῦ Γεδσὼμ 1 κατῆγε τὸ γένος, υἱοῦ Λευὶ, ἀδελφοῦ Καάθ. καὶ Ἐθὰμ δὲ, τῶν ᾀδόντων εἷς, ἐκ τοῦ Μεραρὶ, τοῦ Λευὶ, κατῆγε τὸ γένος. λέγει δὲ καὶ ἱερέων, καὶ Λευιτῶν, τὸ διάφορον. λέγει δὲ καὶ τῆς αἰχμαλωσίας τὴν αἰτίαν ὁ συγγραφεὺς, ὡς ἂν μετ' ἐκείνην γενόμενος. ἐν ἱστορίαις γὰρ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν τῶν μελλόντων ἀφήγησιν. διδάσκει δὲ καὶ, ὡς οἱ συνοικήσαντες αὐτοῖς τῶν ἀλλοφύλων γεγόνασι δορυάλωτοι. ὁμοίως δὲ καὶ ἱερεῖς, Λευῖται,

καὶ

1 Γεδρώμ. Lavateri Codex habuit, Γερσώμ.

καὶ Ναθιναῖοι, οὓς εἰκὸς ἱεροδούλους ὑπάρχειν. πολλοὶ γὰρ αὑτοὺς καὶ τῶν ἄλλων φυλῶν ἀφιέρουν εἰς τὰς ἱερέων, καὶ Λευιτῶν, ὑπουργίας· ὑδροφόροι, καὶ ξυλοκόποι, γινόμενοι. εἰ γὰρ οἱ Γαβαωνῖται, πόσῳ μᾶλλον αὐτοί; τὸ Ναθιναῖοι δὲ, παρ' Ἑβραίοις θεοῦ δόσις ἑρμηνεύεται. λέγει δὲ καὶ τοὺς οἰκήτορας Ἱερουσαλὴμ ἐξ Ἰούδα, καὶ Βενιαμὶν, καὶ Ἐφραῒμ, καὶ Μανασσῆ, καὶ Λευί. Κορηνοὺς δὲ, τοῦ Κορὲ τοὺς ἀπογόνους καλεῖ. ἐξ ὧν φησι πυλωροὺς ὑπὸ Δαβὶδ γεγονέναι, καὶ τοῦ Σαμουήλ. ἐν τοῖς δὲ ἐμνήσθη τῆς σκηνῆς. οὔπω γὰρ ἦν οἰκοδομηθεὶς ὁ νεώς. δηλοῖ δὲ καὶ τὰς ἐφημερίας, δι' ἑβδομάδος ἡμερῶν γινομένας. τὰ δὲ σκεύη τῆς λειτουργίας ἄλλοι, φησιν, ἐπιστεύοντο· καὶ ὅσα τῶν ἀψύχων τῷ βωμῷ προσεφέρετο. καὶ ὡς ἱερεῖς κατεσκεύαζον τὸ θυμίαμα. καὶ τὰ περὶ τοῦ τάφου Σαοὺλ σαφέστερον ἐνταῦθα συγγέγραπται. ὡς ἐτέθη ὑπὸ τὴν δρῦν Ἰαβείς. ὑπὸ τὴν ἄρουραν γὰρ Ἰαβὲις, ἐν Βασιλείαις φησίν. καὶ τὰ τῆς ἐγγαστριμύθου. ἀπεκρίνατο γὰρ αὐτῷ, φησὶ, Σαμουὴλ ὁ προφήτης. τοῦ θεοῦ γενομένου δῆλον ὅτι ποιήσαντος, ὃ κατὰ γοητείαν ἐκεῖνος ἐζήτησεν. τὴν οὖν τοιαύτην ὄψιν, Σαμουὴλ ἐκάλεσεν ἡ γραφή· παρ' οὗ καὶ μαθεῖν ἐζήτησεν ὁ Σαοὺλ, εἴ τέ τινος ἀγγέλου δεικνύντος τὸ σχῆμα, εἴ τε τῆς τοῦ προφήτου ψυχῆς· τοῦ θεοῦ τῇ ἐγγαστριμύθῳ τὸ μέλλον δηλώσαντος. ὡς τῷ Φαραὼ τὴν εὐθηνίαν, καὶ τὸν λιμόν· καὶ τῷ Ναβουχοδονόσορ, τὰς γενικὰς βασιλείας τῆς γῆς.

Docet, quomodo alienigenae, Israeliticis cohabitantes, armis eorum oppressi sint. Pariter autem Sacerdotes, Levitas, & Nathinaeos, ut par erat, Deo ministrasse scribit. Multi enim ex aliis etiam tribubus seipsos Sacerdotum, & Levitarum ministerio addixerunt, gestantes aquam, & caedentes ligna. Si enim Gabaonitae, quanto magis ipsi? Vox autem illa Nathinaei apud Ebraeos Dei donum exponitur. Dicit autem incolas etiam fuisse Hierosol. ex Iuda, Beniamin, Ephraim, Manasse, & Levi. Corenos vero, Corae filios, & nepotes adpellat; ex quibus a Davide, & Samuele, ianitores dicit esse constitutos. In quarto tabernaculi mentio facta est, eo quod templum nondum esset constructum. Ostendit etiam per hebdomadas dierum vices factas esse. Vasa autem ministerii aliis concredita erant, item omnia inanimata, quaecumque adferebantur ad altare. Vtque Sacerdotes praepararint suffitum. Sepultura quoque Saulis planius hic descripta est, ut positus sit sub quercu Iabes. Nam sub arvo in Iabes, legitur in libris Regum. Item de ventriloqua. Respondit enim ei, inquit, Samuel Propheta: manifestum est Deo ita procurante id factum esse, quod Saul per praestigia quaesivit. Talem igitur visionem, Samuelem adpellavit Scriptura; ex quo cognoscere futura cupivit Saul; sive quidam Angelus formam illam ostenderit, sive Deus per animam Prophetae ventriloquae res futuras aperuerit quemadmodum Pharaoni fertilitatem, & famem; & Nabuchodonosori, successionem imperiorum mundi.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Καὶ κύριος παντοκράτωρ μετ' αὐτοῦ.] Θεὸν παντοκράτορα τὸ πανάγιον ἐκάλεσε πνεῦμα.

Πενταπήχη.] Ὑπερμεγέθεις ἀρά τινες γεγόνασιν ἄνθρωποι.

CAP. XI.

Dominus omnipotens erat cum eo.) Sanctum Spiritum adpellavit Deum omnipotentem.

Quinque cubitorum.) Quidam homines ingenti certe corporis magnitudine fuerunt.

ΚΕΦ. ΙΒ'.

Τὰ Ἀδοὺρ τῶν Ἀμαληκιτῶν.] Τὸ σύστημα, ὅπερ ἐν Βασιλείαις εἴρηται σύστρεμμα.

Γινώσκοντες σύνεσιν εἰς τοὺς καιροὺς αὐτῶν.] Ἐπὶ σοφίᾳ τούτους ἐθαύμασε, καὶ τῷ προβλέπειν, οὐ προφητικῶς, ἀλλὰ συνετῶς.

CAP. XII.

Adur Amelechitarum.) Vbi in libris Regum posuit σύστρεμμα, nunc ponit σύστημα, idest, turma.

Qui cognoscunt prudentiam.] Propter sapientiam illos admiratus est, & eo quod futura, non quidem per prophetiam, sed prudentiam, & usum rerum intelligerent.

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Καὶ ἐθυμώθη ὀργῇ κύριος ἐπὶ Ὀζά.) Λευίτῃ γὰρ οὐκ ἐξῆν ἅψασθαι τῆς κιβωτοῦ. ὃ δείσας ὁ Δαβὶδ, εἰς τὸν βασίλειον αὐτὴν οὐκ εἰσήγαγεν οἶκον, ἀλλ' εἰς τὸν τοῦ Ἀβεδδαδά. θεὸς δὲ, δεικνὺς, ὡς οὐκ οἶδε διαφορὰν Ἰσραηλιτῶν καὶ ἀλλοφύλου, ζητεῖ δὲ μόνην εὐσέβειαν, ἐπέκλυσεν αὐτὸν παντοδαπαῖς δωρεαῖς. ὃ θεασάμενος ὁ Δαβὶδ, εἰς τὰ βασίλεια ταύτην εἰσήγαγεν, οὐ δι' ἁμάξης· ἀλλὰ, κατὰ τὸν νόμον, διὰ τῶν ἱερέων.

CAP. XIII.

Et Dominus ira commotus est.) Levitae enim non licebat arcam attingere, id metuens David, non in regiam domum, sed in domum Obededom, introduxit. Dominus vero, ostendens se nescire discrimen inter alienigenam, & Israelitam, sed solam animi pietatem quaerere, variis eum praemiis adfecit. Quod quum vidisset David, arcam in regiam, non plaustro, sed iuxta legis praescriptum, sacerdotum opera transtulit.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Καὶ ἐπὶ Δαβὶδ ἐφοὺδ μόνον.] Καὶ μὴν οὐκ ἦν ἱερεύς. ὁ μὲν οὖν Ἀκύλας ἡρμήνευσεν, ἐπένδυμα. Σύμμαχος δὲ, ἐπωμίδα. ἀλλὰ ταῦτα καὶ ἱερατικὰ ἦν, καὶ κοινά. θεοσεβὴς οὖν ὢν ὁ Δα-

CAP. XIV.

David solo ephod indutus erat.) Atqui sacerdos non erat. Aquila ἐπένδυμα interpretatus est; Symmachus vero ἐπωμίδα. Ceterum haec, & sacerdotalia, & communia erant. David itaque, ut,

ut qui religiosus erat, saltavit ante arcam, regio habitu deposito, solam epomidem communem gestavit, quam nunc Arcadicam adpellant. Cur enim pius quum fuerit, legem transgressus esset?

Δαβὶδ, ἐχόρευε πρὸ τῆς κιβωτοῦ. τὸ δὲ βασιλικὸν ἀποθέμενος σχῆμα, μόνην δὲ φορῶν ἐπωμίδα κοινὴν, ἣν νῦν καλοῦσιν Ἀρκαδικήν. πῶς γὰρ ἂν, θεοσεβὴς ὑπάρχων, παρέβη τὸν νόμον;

C A P. XVI.

Chelchal, tortam, panis.) In libro Regum κολλυρίδα dicit.

Tunc instituit David in principio laudandi Dominum in manu Asaph, & fratrum eius.] Hoc est, illis praeeuntibus. Innuit autem, ut omnes Psalmos Davidis adgressi sint; id enim declarat, quod dicit, in manu. Psalmos autem perpetuo tractabant successione labores levantes. In Gabaon autem erat tabernaculum, quapropter Zadok ibidem sacrificia obtulit. Quomodo igitur David in area Ornam altare construxit, quum arca illic non esset? Verumtamen propter poenam populi ad placandum Deum impulsus est. Hinc habet historia, & non potuit David ire ante eum ad consulendum Deum, quia festinavit a facie gladii Angeli Domini. Quamobrem etiam locum sacrificii templum designavit. Quod ei gratum, acceptumque esse, ignis e caelo sacrificium absumens, & devorans, ostendit.

K E Φ. Ις′.

Χελχὰλ ἄρτου.] Ἐν ταῖς Βασιλείαις κολλυρίδα φησί.

Τότε ἔταξε Δαβὶδ ἐν ἀρχῇ τοῦ αἰνεῖν τὸν κύριον ἐν χειρὶ Ἀζὰφ, καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ.] Τουτέστι, τούτων ἡγουμένων. αἰνίττεται δὲ, ὡς πάντες τοῦ Δαβὶδ οἱ ψαλμοί. καὶ τούτοις αὐτοὺς ἐνεχείρησεν, ὡς δηλοῖ τὸ, ἐν χειρί: τὴν ψαλμοδίαν δὲ διὰ παντὸς ἐπετέλουν, τῇ διαδοχῇ τοὺς πόνους ἐπικουφίζοντες. ἐν Γαβαὼν δὲ ἦν ἡ σκηνή. διὸ Σαδδοὺκ ἐκεῖ τὰς θυσίας προσέφερεν, πῶς οὖν θυσιαστήριον ὁ Δαβὶδ ἐν τῇ ἅλῳ πεποίηκε τοῦ Ὀρνᾶ, τῆς κιβωτοῦ μὴ οὔσης ἐκεῖ; ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ λαοῦ τιμωρίαν ἐπείχθη τὸν θεὸν ἱλεώσασθαι. δι' ὃ φησὶν ἡ ἱστορία, καὶ οὐκ ἠδυνήθη Δαβὶδ πορευθῆναι ἔμπροσθεν αὐτοῦ τοῦ, ἐκζετῆσαι τὸν κύριον, ὅτι κατέσπευσεν ἀπὸ προσώπου τῆς ῥομφαίας ἀγγέλου κυρίου. διὸ καὶ τὸν τόπον τῆς θυσίας εἰς νεὼν ἀφιέρωσεν. τὸ δὲ ταύτης εὐπρόσδεκτον ἔδειξε τὸ ἐξ οὐρανοῦ πῦρ, ὃ τὴν θυσίαν κατέκαυσε.

C A P. XXII.

Quia multum sanguinis effudisti.) Deterret nos a caede. Non autem iustam caedem ille reprehendit, qui factam a Phinee sacrificium adpellat. De quo David ita loquitur: & stabat Phinees, & placavit Deum. Moyses etiam, & Levitae, quum Israelitae vitulum erexissent, 3000. interfecerunt. Samuel interfecit Agag. Helias 450. Sacerdotes Baal. Oportebat igitur Solomonem pacificum typum gerere Christi, qui omnes per universum terrarum orbem Ecclesias, & Templum Iudaicum aedificaturus erat. Nam, secundum Paulum, ipse est pax nostra, ex utroque unum faciens.

K E Φ. KB′.

Ὅτι αἵματα πολλὰ ἐξέχεας.] Ἀποτρεπτικὸν μιαιφονίας. οὐ γὰρ ἂν φόνον ἐμέμψατο δίκαιον, ὃς ἐπὶ τοῦ Φινεὲς θυσίαν τοῦτον ἐκάλεσεν. περὶ οὗ φησιν ὁ Δαβίδ· καὶ ἔστη Φινεὲς, καὶ ἐξιλάσατο. καὶ Μωϋσῆς δὲ, καὶ οἱ Λευῖται, μετὰ τὴν μοσχοποιΐαν τρισχιλίους ἀπέκτεινον. καὶ Σαμουὴλ ἀπέκτεινε τὸν Ἀγάγ. καὶ Ἡλίας ὢν τοῦ Βαὰλ τοὺς προφήτας. ἔδει οὖν τὸν εἰρηνικὸν Σολομῶντα τύπον φέροντα τοῦ Χριστοῦ, ὃς ἤμελλε τὰς κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐκκλησίας οἰκοδομεῖν, καὶ τὸν Ἰουδαϊκὸν οἰκοδομῆσαι ναόν. κατὰ γὰρ Παῦλον αὐτός ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν.

C A P. XXIII.

Et numerati sunt Levitae.) Levitarum numerum ponit, utque varia munera a Davide eis fuerint adsignata. Quomodo posteri Moysis ad haec delecti fuerint, quomodo item Sadocus Summus Pontifex, Eleazari nepos fuerit, Abimelech vero Ithamari. Quomodo illis, qui ex hoc descendunt, ut, quorum plures erant, duas vices adsignarit; Ithamari autem posteris unam dumtaxat. Huius ordinis meminit etiam Lucas in Evangelio, Zachariam adpellans de vice Abia, quem Abiam septimam accepisse sortem praesens liber ostendit.

K E Φ. KΓ′.

Καὶ ἠριθμήθησαν οἱ Λευῖται.) Δηλοῖ τούτων τὸν ἀριθμὸν, καὶ πῶς αὐτοὺς εἰς διαφόρους λειτουργίας κατέταξεν ὁ Δαβίδ. καὶ ὡς οἱ τοῦ Μωϋσέως ἀπόγονοι τούτοις ἐγκατελέγησαν· καὶ ὡς Σαδδοὺκ, ὁ ἀρχιερεὺς, τοῦ Ἐλεάζαρ ἀπόγονος ἦν· ὁ δὲ Ἀβιμέλεχ, τοῦ Ἰθάμαρ. καὶ ὅτι τοῖς ἀπὸ τούτου, πλείοσιν οὖσιν, δύο μοίρας ἐν ταῖς ἐφημερίαις ἀπένειμε· τοῖς δὲ τοῦ Ἰθάμαρ, μίαν. τῶν δὲ ἐφημεριῶν μέμνηται καὶ Λουκᾶς ἐν εὐαγγελίῳ, τὸν Ζαχαρίαν λέγον ἐξ ἐφημερίας Ἀβιά. τοῦτον δὲ τὸν Ἀβιὰ ἕβδομον εἰληφέναι κλῆρον ἡ προκειμένη βίβλος δηλοῖ.

C A P. XXV.

Asaph, Aeman, & Idithum, cantorum praefectos.] Quidam dicunt, non Dei, sed Davidis, Prophetas adpellatos esse, a quo accipientes hymnos, instrumentis musicis ludebant. Quod vero ipsi quoque propheticae gratiae participes fuerint, Scriptura significavit, dicens: prophe-

K E Φ. KE′.

Τὸν Ἀσὰφ, καὶ Αἰμὰν, καὶ Ἰδιθοὺμ, τῶν ψαλτῳδῶν τοὺς ἄρχοντας.) Τινὲς μὲν ἔφασαν, οὐ τοῦ θεοῦ κεκλῆσθαι προφήτας, ἀλλὰ τοῦ Δαβὶδ, παρ' οὗ τοὺς ὕμνους λαμβάνοντες ᾖδον ἐν τοῖς ὀργανοῖς. ὅτι δὲ προφητικῆς καὶ αὐτοὶ μετειλήφεσαν χάριτος, ἐδήλωσεν ἡ γραφὴ, λέγουσα.

γουσα. τοὺς προφετεύοντας ἐν κινύραις, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ πάλιν υἱοὶ Ἀσάφ, ἐχόμενοι Ἀσάφ τοῦ προφήτου. καὶ πάλιν, περὶ Ἰδιθοὺμ φησὶ τοῦ προφητεύοντος ἐξομολόγησιν. περὶ δὲ τοῦ Αἰμὰν λέγει, τοῦ ὁρῶντος τῷ βασιλεῖ ἐν λόγοις θεοῦ. Μωϋσοῦς δὲ τοὺς ἀπογόνους τῶν ἱερῶν θησαυρῶν ἀπέφηνε φύλακας, ἐν οἷς ἀπέκειτο τὰ τῶν πολέμων ἀκροθίνια, καὶ τὰ δῶρα τὰ προσφερόμενα τῷ θεῷ.

phetantes inſtrumentis muſicis, &c. Iterum, Filii Aſaph propinqui Aſaph Prophetae. Rurſum de Idithum loquitur, prophetante confeſſionem; de Aeman autem dicit: videntis Regis in ſermonibus Dei. Moyſis autem poſteros cuſtodiendis ſacris theſauris praefecit, in quibus ſpolia hoſtium, & munera Deo oblata repoſita erant.

ΚΕΦ. Κϛ'.

Τοῦ γραμματεύειν, καὶ διακρίνειν.] Σύμμαχος, εἰς παιδευτὰς, καὶ κριτάς.

CAP. XXVI.

Vt ſcriberent, & iudicarent.) Symmachus, εἰς παιδευτὰς, καὶ κριτάς. In Doctores, & Iudices.

ΚΕΦ. ΚΖ'.

Καὶ Βαναίαν.) Ἱερεὺς οὗτος, ὁμώνυμος τοῦ ἐν ταῖς Βασιλείαις αὐλάρχου, καὶ ἀδελφιδοῦ βασιλέως, ῥηθέντος ἐκ τῆς βασιλικῆς δηλονότι φυλῆς.

CAP. XXVII.

Et Benaan.) Hic Sacerdos, eiusdem nominis eſt cum Praefecto aulae, & nepote Regis, qui dictus eſt ex regia proſapia fuiſſe.

ΚΕΦ. ΚΗ'.

Καὶ ψυχῇ θελούσῃ.) Τὴν ἀναγκαστὴν, φησὶ, δουλείαν οὐκ ἀποδέχεται.

Ἐὰν ζητήσῃς αὐτὸν, εὑρεθήσεταί σοι.] Εὐαγγελικὸν τὸ παράγγελμα. ζητεῖτε γάρ, φησι, καὶ εὑρήσετε· κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν.

Καὶ τὸ παράδειγμα πάντων, ὧν ἐν πνεύματι μετ' αὐτοῦ.) Διδάσκει, ὡς οὐ λογισμὸς ἀνθρώπινος ταῦτα διέγραψεν, ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ πνεύματος.

Κάπφωρε.] Σκεύη τινὰ χρυσᾶ, καὶ ἀργυρᾶ, ἐν οἷς ἔφυρον τὴν σεμίδαλιν ἐλαίῳ.

Πάντα ἐν γραφῇ ἐκ χειρὸς κυρίου.) Ὅπερ ἄνω εἶπεν, ἐν πνεύματι νῦν, ἐκ χειρὸς κυρίου, φησί. κύριος ἄρα, τὸ πανάγιον πνεῦμα.

Ἕως τοῦ συντελέσαι πᾶσαν τὴν λειτουργίαν ἐργασίας κυρίου.] Μετὰ διορισμοῦ τὴν θείαν αὐτῷ κηδεμονίαν ὑπέσχετο. οἰκοδομῶν γὰρ, εὐσεβεῖ· πληρώσας δὲ, πρὸς ἀσέβειαν ἔκλινεν.

CAP. XXVIII.

Animo ſpontaneo.) Coactum, dicit, obſequium non acceptat.

Si quaeſieris, invenietur a te.) Adhortatio eſt Evangelica: quaerite enim, dicit, & invenietis; pulſate, & aperietur vobis.

Et exemplar omnium, quae erant in ſpiritu cum eo.) Docet, haec non humana ratione, ſed gratia Sancti Spiritus eſſe deſcripta.

Cappore.) Vaſa quaedam aurea, & argentea, in quibus ſimilam oleo miſcebant.

Omnia in Scriptura de manu Domini.) Quod ſupra dixit, in ſpiritu; nunc dicit: ex manu Domini; Dominus enim eſt Spiritus Sanctus.

Donec perficiatur omne miniſterium operis domus Domini.) Poſt diſtinctam rerum explicationem, divinam ei procurationem promittebat. Dum enim aedificat, pius eſt, & religioſus; exſtructo autem aedificio, ad impietatem declinavit.

ΚΕΦ. ΚΘ'.

Καὶ τίς ἑκουσιάζεται πληρῶσαι τὰς χεῖρας αὐτοῦ σήμερον;] Μετὰ πλῆθος ἄπειρον χρημάτων, προτρέπει τοὺς ἄρχοντας ἑκόντας προσενέγκαι δῶρα θεῷ. καὶ, τοῦ λαοῦ τὴν προθυμίαν ἰδὼν, χαριστήριον ὕμνον προσάγει θεῷ.

Ἐπὶ θρόνου κυρίου εἰς βασιλέα ἀντὶ Δαβίδ.] Ἀντὶ τοῦ, εἰς τὸν ὑπὸ θεοῦ δοθέντα θρόνον ἐκάθισε. δηλοῖ δὲ τῆς προτέρας ἱστορίας τὸ τέλος. ὡς καὶ Σαμουὴλ, καὶ Ναθὰν, καὶ Γάδ, οἱ προφῆται, βίβλους εἶχον συγγεγραμμένας.

CAP. XXIX.

Quis ſponte hodie ſuas manus implebit?) Poſt ingentem pecuniarum multitudinem, adhortatur principes, ut ſua ſponte munera Deo adferant; & quum populi promtitudinem vidiſſet, per hymnum Deo gratias agit.

In throno Domini, ut regnaret pro Davide patre ſuo.) Pro eo quod eſt, in thronum datum a Deo conſedit. Finis autem praecedentis hiſtoriae oſtendit, quomodo Samuel, Nathan, & Gath Prophetae libros conſcriptos habuerint.

CAP. XXII. lin. 8. ὤν.) In Lavateri Codice fuiſſe videtur, ὑν. Vide Hiſtor. Reg. lib. III. cap. XVII.

CAP. XXIII. lin. 11. ἕβδομον.) Ita etiam in Lavateri Codice fuit; ſed omnino ſcribendum, ὄγδοον.

PROCOPII

GAZAEI SOPHISTAE

In secundum Librum Paralipomenon Scholia,

Hartmanno Hambergero Interp.

CAP. II.



Vis vero tanta praeditus virtute, ut ille domum aedificet?) Suam de Deo notitiam ipsi Hiram patefacit; Quis enim, inquit, condignam aedem exstrueret Deo, quem extremus caeli circuitus non potest comprehendere? Verumtamen pro mea virili reverentiam, & honorem illi deferre conor. Ceterum quantum utilitatis ex piorum hominum consuetudine redeat, clarum his verbis fecit, quum inquit: Benedictus Dominus Deus Israel, qui fecit caelum, & terram. Vnde enim huic haec Dei notitia, nisi quod ipso Davide usus est familiariter? Porro numerus, ac proportio dimensionum templi huius nihil discrepat ab eius, de quo in Regum libris memoriae proditum est; si quis quadraginta quidem cubitis longitudinis, viginti cubitos sancti sanctorum addat; viginti vero quinque altitudinis cubitis mensuras fastigiorum.

Ex civitate David.) Sion innuit, quam munitiorem fecit, & regia nobilitavit.

In festo.) Nimirum Tabernaculorum; id enim sibi vult mensis septimus.

CAP. III.

Dabir.) Adytum, hoc vocat nomine quod sanctum sanctorum scriptura divina consuevit adpellare.

CAP. VII.

Laudum Domini quas carmine celebravit David.) Hoc aliud testimonium est, Psalmos David habere auctorem. Ceterum Solomon, pietatis adhuc studiosus, filiae Pharaonis nullum locum in domo Davidis reliquit; sacrosancta enim, inquit, Dei arca in eam est ingressa. Porro ligna, quae advecta sunt, abiegna vocavit Iosephus, ex quibus quidem pavimenta domus Domini, atque regiae facta sunt; ut est in libris Regum. Denique hominem, qui illic a leone devoratus dicitur, Iochel hic vocat.

CAP. X.

Nec audivit rex populum, quoniam erat revolutio a Deo.) Quorum enim curam Deus agit, eosdem etiam de rebus gerendis instruit; quibus vero eamdem subtrahit, suo relinquit genio. Statuit vero Deus regnum dirimere propter delicta Solomonis. Ceterum quum populum iam ad defectionem Dei Ieroboam commovisset, sacerdotes quoque, & Levitas eius amovit, aliosque eorum loco ipse instituit. Vnde sane manifestum fit, quod Dei ministri non sua sponte, verum coacti abscesserunt.

ΚΕΦ.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ

ΓΑΖΑΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ

Εἰς τὴν δευτέραν τῶν Παραλειπομένων Σχόλια.



ΚΕΦ. Β'.



Αἴ τις ἰσχύει οἰκοδομῆσαι αὐτῷ οἶκον;] Δηλοῖ τῷ Χιρὰμ τὴν οἰκείαν θεογνωσίαν. τίς γάρ, φησιν, ἄξιον οἶκον ἀνεγερεῖ τῷ θεῷ, ὃν οὐκ ἔχει χωρεῖν ὁ οὐρανὸς ὁ ὑπέρτερος; πλὴν κατὰ δύναμιν αὐτῷ προσάγω σέβας, καὶ τιμήν. ὅσον δὲ τῶν εὐσεβῶν ὀνίνησιν ἡ φιλία, δεδήλωκεν ὁ Χιρὰμ, λέγων. εὐλογητὸς κύριος, ὁ θεὸς Ἰσραὴλ, ὃς ἐποίησε τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν. ὡς δὴ προγνοὺς ἐκ Δαβὶδ, ὡς ὁ θεὸς Ἰσραήλ ἐστι ποιητὴς οὐρανοῦ τε καὶ γῆς. ὁ δὲ τῶν μέτρων ἀριθμὸς τοῦ ναοῦ διαφωνίαν οὐκ ἔχει πρὸς τὸν ἐν ταῖς Βασιλείαις· ἐάν τις τοῖς μὲν τεσσαράκοντα πήχεσιν τοῦ μήκους, προσθῇ τοὺς εἴκοσι τοῦ Δαβείρ· τοῖς δὲ πέντε καὶ εἴκοσι ὕψους, τῶν διωρόφων, καὶ τριωρόφων τὰ μέτρα.

Ἐκ πόλεως Δαβίδ.] Τὴν Σιὼν οὕτω καλεῖ, ἣν ὠχύρωσε, τειχίσας ἐν αὐτῇ τὰ βασίλεια.

Ἐν τῇ ἑορτῇ.] Δῆλον ὅτι τῶν σκηνοπηγιῶν. ὁ μὴν γάρ, φησιν, ἕβδομος.

ΚΕΦ. Γ'.

Δαβείρ.] Τὸ ἄδυτον καὶ ἄψαυστον οὕτω καλεῖ, ὅπερ ἅγια ἁγίων ἔθος ὀνομάζειν τῇ θείᾳ γραφῇ.

ΚΕΦ. Ζ'.

Ὠδῶν κυρίου, ὧν ἐποίησεν ὁ Δαβίδ.] Πάλιν ἐδίδαξεν, ὡς Δαβίδ εἰσιν οἱ ψαλμοί. εὐσεβῶν δὲ Σαλομὼν, οὐκ ἀφῆκεν οἰκεῖν ἐν οἴκῳ Δαβὶδ τὴν θυγατέρα τοῦ Φαραώ. ἁγία γὰρ, οὗτος φησὶ, θεοῦ εἰσῆλθεν ἐκεῖ ἡ κίβωτος κυρίου. τὰ δὲ ἀγώγιμα ξύλα πεύκινα κέκληκεν ὁ Ἰώσηπος, ἅπερ ἐν Βασιλείαις ὑποστηρίγματα τοῦ οἴκου κυρίου φησὶν, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ βασιλέως. καὶ ὃν ἄνθρωπον ἐκεῖ φησὶ τοῦ θεοῦ βρωθέντα ὑπὸ τοῦ λέοντος, Ἰωὴλ ἐνταῦθα.

ΚΕΦ.

Καὶ οὐκ ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς τοῦ λαοῦ, ὅτι ἦν μεταστροφὴ ἀπὸ τοῦ θεοῦ.] Ὧν γὰρ κήδεται θεὸς, τούτους τὰ πρακτέα σοφίζει. τούτου δέ τις στερηθεὶς, ὡς ἔτυχεν, φέρεται. ἔδοξε δὲ τῷ θεῷ διελεῖν τὴν βασιλείαν, ἀνθ' ὧν Σολομὼν ἐπλημμέλησε. τοῦ δὲ θεοῦ τὸν λαὸν ἀποστήσας Ἱεροβοὰμ, καὶ τοὺς ἱερεῖς αὐτοῦ, καὶ Λευίτας, ἀπήλασεν, ἰδίους αὐτὸς προβαλλόμενος. ἐνταῦθα οὖν δηλοῖ, ὡς οὐχ ἑκόντες ἀπῆλθον οἱ τοῦ θεοῦ λειτουργοὶ, ἔνθα ἦν ὁ νεώς.

CAP.

ΚΕΦ. ΙΒ'.

Σουχιεὶμ, καὶ Χουσιείμ.] Τρωγλοδύται, καὶ Αἰθίοπες.

Καὶ ἐνετράπησαν ἄρχοντες.] Σύμμαχος, ἐγνωσιμάχησαν. διὸ καὶ θεὸς μετέβαλε τὴν ὀργὴν, τοῦ μὴ πανωλεθρίαν ἐπενεγκεῖν αὐτοῖς. δώσω δὲ αὐτοὺς, φησιν, ὡς σμικρὸν εἰς σωτηρίαν. ἀντὶ τοῦ, τὸν σπινθῆρα τῆς εὐλογίας τῆς οἰκουμένης ἐν αὐτοῖς διαφυλάξω. οὐ γὰρ μὴ στάξῃ ὁ θυμός μου ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ ἐν χειρὶ Σουσακίν. ὅ ἐστιν, εἰς ὕστερον φυλάξω τὴν τιμωρίαν, ἐπὶ τοῦ παρόντος ζυγὸν μόνον δουλείας αὐτοῖς ἐπιθεὶς, ὡς ἂν γνῶσιν ἀπὸ συγκρίσεως, ὅπως χρηστὸς ὁ ἐμὸς ζυγὸς, καὶ ὡς βαρὺς ὁ τῶν ἀνθρώπων.

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Οὐχ ὑμῖν γνῶναι;] Ἐχρῆν ὑμᾶς, φησι, γνῶναι, ὡς θεόσδοτος, ἡ τοῦ Δαβὶδ βασιλεία, καὶ τέλος οὐκ ἔχουσα, κατὰ τὴν θείαν ὑπόσχεσιν. πῶς οὖν ἀποστάντες ὑπὸ τυράννῳ γεγένησθε;

Διαθήκην δὲ ἁλὸς αἰωνίαν τὸ βέβαιον τῆς βασιλείας ἐκάλεσε. καὶ βάρβαροι γὰρ περὶ συνθήκας βέβαιοι, ἁλῶν τραπέζης 1 μεταλαμβάνοντες.

Καθὼς οἱ λαοὶ τῶν γαιῶν.] Ὡς καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη. τοὺς γὰρ οὐκ ὄντας χειροτονοῦσιν ἱερέας τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς.

ΚΕΦ. ΙΔ'.

Καὶ τὰ ὑψηλά.] Τὰ παρανόμως τῷ θεῷ ἐν τοῖς βουνοῖς ἀνακείμενα.

Καὶ ἐξέκοψαν τὰς κώμας αὐτῶν κύκλῳ Γεράρων.] Πόλις Παλαιστίνης τὰ Γέραρα, διὸ καὶ σάλτον ὠνόμασαι Γεραριτικὸν περὶ τὴν Ἐλευθερόπολιν, ἐνθ * * ἀποίκους 2 Αἰθιόπων οἰκεῖν, καὶ ἄλλους τινὰς, Ἀμαζονεὶμ καλουμένους· οὓς προϊὼν ὀνομάσει Λίβυας, ἐν τοῖς Ἀνανίου τοῦ προφήτου λόγοις.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ οὐκ ἔσται εἰρήνη τῷ ἐκπορευομένῳ.] Προλέγει τῶν Ἀσυρίων τὴν ἔφοδον.

Πλὴν τὰ ὑψηλὰ οὐκ ἐξῆρεν.) Πάλιν τὰ παρανόμως ἀνακείμενα τῷ θεῷ.

ΚΕΦ. ΙϚ'.

Διὰ τοῦτο διεσώθη δύναμις βασιλέως Ἰσραήλ.) Εἰ γὰρ ἐπίστευσας, φησιν, ἄρδην ἂν πάντας ἀπέκτεινας.

ΚΕΦ. ΙΖ'.

Ὅτι ἐπορεύθη ἐν ὁδοῖς Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ταῖς πρώταις.) Τουτέστι, κατ' ἀρχὰς τοῦ Δαβὶδ ἐζήλου τὴν ἀρετήν.

Καὶ ὑψώθη ἡ καρδία αὐτοῦ.) Ἐν ἐπαίνῳ τοῦτο φησίν. ἐπήγαγεν γὰρ ἐν ὁδοῖς κυρίου. Ἐκου-

CAP. XII.

Suchiim, & Chusiim.) Trogloditae sunt, & AEthiopes.

Et conversi sunt principes.) Symmachus, in se descenderunt. Quocirca Deus quoque suam mutavit sententiam, quo minus funditus exscinderet. Verum utcumque eos servabo, inquit, quasi diceret, aliquam saltem scintillam eius felicitatis, quam adhuc obtinent, fovebo; ne furor meus stillet super Ierusalem per manum Susakim, hoc est, supplicium posteris temporibus reservabo; ac in praesenti iugum servitutis illis dumtaxat imponam, ut ab ipso tamquam exemplo discant, quam leve, & bonum sit meum iugum, ac contra, quam durum, ac grave sit hominum.

CAP. XIII.

An non vestrum erat scire.) Quasi diceret: Vos haud nescire oportebat, quod regnum David divinis auspiciis esset constitutum, ac iuxta divinam promissionem finem non esset habiturum. Quae igitur est vesania, ab illo ad tyrannidem desciscere?

Porro nomine SALIS regni eius aeternitatem, nec non soliditatem denotat, quemadmodum barbarorum, qui salis convivio foedera communiunt, consuetudine patet.

Quemadmodum populi nationum.) Hoc est, quemadmodum reliquae gentes. Nam falsis Diis falsos sacerdotes decernere aequum est.

CAP. XIV.

Et excelsa, &c.) Ea, inquam, quae contra Dei legem in montium collibus sunt excitata.

Et everterunt omnes civitates circum Gerar.) Civitas est Palaestinae, unde saltus Gerariticus circa Eleutheropolim nomen habet, ubi advenae AEthiopum habitant, & alii quidam Amazonim dicti, quos infra in sermonibus Ananiae prophetae Libyas nominabit.

CAP. XV.

Et in tempore illo non erit pax egredienti.) Assyriorum adventum praedicit.

Verumtamen excelsa non abstulit.) Ea, inquam, de quibus antea, quae contra Dei legem excitata fuerant.

CAP. XVI.

Quocirca incolumis evasit exercitus regis Israel.) At, si in Deo confidisses, inquit, omnes occidisses.

CAP. XVII.

Quoniam incessit in vestigiis David patris sui prioribus.) Hoc est, in primis virtutem Davidis est aemulatus.

Et exaltatum est cor eius.) Laudi hoc illi tribuit, subiunxit enim in viis Domini. Por-

1 Ἀλῶν τραπέζης) Scribendum censeo, ἁλῶν καὶ τραπέζης. Festinans librarius voculam copulativam amisit. Olim autem, quod hic ait, sale, & mensa, foedera, & amicitiae, sanciri solebant. Plutarchus Ἑλληνικοῖς. Μεταδοὺς ἁλῶν τε καὶ τραπέζης, ἀπέμπεμπεν οἴκαδε. Vide quae plura hac de re notavimus pene pueri ad Lycophronem.

2 Ἐνθ. * * ἀποίκους.) Scribendum putem, ἔνθα φασιν ἀποίκους.

Porro quum sponte sua munera obtulisse Deo dicuntur homines, non sacrificium pro peccatis, verum munera spontanea Deo obtulisse intelligendum est.

CAP. XIX.

Verumtamen res bonae inventae sunt in te.) Indicat hic locus, quod virtutes anteactae peccatorum meritas etiam poenas diminuunt; eas enim sibi opponit invicem. Praeterea docet, omne impiorum consortium, & adfinitates procul refugiendas esse. Ceterum, postquam esset reprehensus, ac de errore satis redargutus rex, sedulam operam navavit, & in pietate promovenda, & in rebus omnibus in ordinem suum redigendis. Constituit itaque in omnibus urbibus iudices, quibus etiam officii crebras monitiones adhibuit, eisque Amariam sacerdotem praefecit, per quem in rebus dubiis, ac incertis, de suffragio Domini erudirentur; nec non Sebadiam, qui eorum suffragia ad regem referret: denique etiam Levitas, ne legis disciplina carerent, ac doctores eius scribas nuncupavit.

Eritque Dominus cum eo, qui bene egerit.] Non simpliciter, Vobiscum, inquit.

CAP. XX.

Dedistique eam semini Abrahae amici tui perpetuo.) Mentionem maiorum facit, ut propter promissionem illis factam auxilium impetret.

Deus noster, an non iudicabis eos?] Hac interrogandi forma suam infirmitatem confitetur.

Audite omnis Iuda, & habitatores Ierusalem, & tu rex Iosaphat.] Honoris gratia regem seorsum nominat. Per habitatores vero intelligit eos, qui ex aliis tribubus erant.

[1] *Collocavit Psalmistas.*] Levitis, ac iis, qui laudarent, non armatis, primos ordines concedit.

In Gezion Guber.) Contingit ad mare Indicum, & vocatur Beronice.

Eo quod societatem iniisti cum Ochosia.) En vero improbae illius adfinitatis eventum. Ioram enim huius filius, soceri sui Achab impietatem est sectatus, & fratres suos necavit, aliaque huiusmodi admisit, ut testis est scriptura.

CAP. XXI.

Propter foedus, quod inierat cum Davide.) Tantopere conducit pietas maiorum.

Venit autem ad eum scriptum ab Helia.) Non enim ad ipsum venit, sed per Epistolam significavit.

Eo quod non incessisti in vestigiis Iosaphat patris tui, & Asae regis Iuda.) Non itaque omnino reprobi fuerunt.

Et confines AEthiopum.] Paulo post Amazonim vocat.

CAP. XXIV.

Videat Dominus, & iudicet.) Nec falsus est petitione, anno enim exacto Syris traditi sunt.

In sanguine Iodae sacerdotis.] Inquit enim ad Noe Deus: Qui effundit sanguinem hominis, eius san-

Ἑκουσιαζόμενον δὲ λέγει τῷ κυρίῳ, τὸ οὐχ ὑπὲρ ἁμαρτημάτων προσφέροντα, δῶρα δὲ προσκομίζοντα τῷ Θεῷ.

ΚΕΦ. ΙΘʹ.

Ἀλλ' ἢ λόγοι ἀγαθοὶ εὑρέθησαν ἔν σοι.) Διδάσκει, ὡς ἐλαττοῖ τὰς ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι τιμωρίας τὰ φθάσαντα κατορθώματα. ταῦτα γὰρ ἐκείνοις ἀντιμετρεῖ. καὶ ὡς δεῖ φεύγειν πᾶσαν ἀσεβῶν φιλίαν τε καὶ συγγένειαν. δεξάμενος δὲ τὸν ἔλεγχον ὁ βασιλεὺς, οὐ μόνον εὐσεβείας, ἀλλὰ καὶ πάσης εὐνομίας ἐφρόντισε, καταστήσας κριτὰς ἐν πάσαις ταῖς πόλεσι, καὶ παραινέσεις αὐτοῖς δικαστικὰς ὑποθέμενος, καὶ ἐπιστήσας αὐτοῖς Ἀμαρίαν τὸν ἱερέα, δι' οὗ τῶν ἀγνοουμένων γνώσονται τὴν ψῆφον παρὰ Θεοῦ· καὶ Ζαβαδίαν, εἰς τὸ περὶ τῶν δοκούντων αὐτοῖς ἐπαναφέρειν τῷ βασιλεῖ· καὶ τοὺς Λευΐτας, εἰς διδασκαλίαν τοῦ νόμου. τοὺς γὰρ διδάσκοντας, γραμματέας ἐκάλεσαν.

Καὶ ἔσται κύριος μετὰ τοῦ ἀγαθοῦ.) Οὐχ ἁπλῶς ἔφη, μεθ' ὑμῶν.

ΚΕΦ. Κʹ.

Καὶ ἔδωκας αὐτὴν τῷ σπέρματι Ἀβραὰμ τοῦ φίλου σου.) ἀνέμνησε τοῦ προπάτορος, ἵνα διὰ τῆς πρὸς ἐκεῖνον ἐπαγγελίας τύχῃ τῆς βοηθείας.

Οὐ κρινεῖς ἐν αὐτοῖς;) Ἐρωτηματικῶς. ὁμολογεῖ δὲ καὶ τὴν ἰδίαν ἀσθένειαν.

Ἀκούσατε, πᾶς Ἰούδα, καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὁ βασιλεὺς, Ἰωσαφάτ.) Τιμῶν διεῖλεν ἀπὸ τῶν ἄλλων, ἐξαίρετον ὀνομάζων αὐτόν. κατοικοῦντας δὲ λέγει, τοὺς ἀπὸ τῶν ἄλλων φυλῶν.

Ἔστησε ψαλτῳδούς.) Λευΐτας ὑμνοῦντας, οὐχ ὁπλοφόρους, προτάττει τῆς στρατιᾶς.

Ἐν Γεσιὼν Γαβέρ.] Τῷ Ἰνδικῷ πελάγει παράκειται, Βερονίκη καλουμένη.

Ὡς ἐφιλίασας τῷ Ὀχοζίᾳ.] Ὅρα γὰρ τῆς κακῆς συγγενείας τὸ τέλος. Ἰωρὰμ γὰρ, ὁ τούτου παῖς, τοῦ κηδεστοῦ Ἀχαὰβ ἐζήλωσε τὴν ἀσέβειαν, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς πάντας ἀπέκτεινε· καὶ τὰ λοιπά φησιν ἡ γραφή.

ΚΕΦ. ΚΑʹ.

Διὰ τὴν διαθήκην, ἣν διέθετο τῷ Δαβίδ. οὕτως ὀφελεῖ προγόνων εὐσέβεια.

Ἐν γραφῇ παρὰ Ἡλιοῦ.) Οὐ γὰρ ἦλθε πρὸς αὐτὸν, ἐδήλωσε δὲ δι' ἐπιστολῆς.

Ἀνθ' ὧν οὐκ ἐπορεύθης ἐν ὁδῷ Ἰωσαφὰτ τοῦ πατρός σου, καὶ ἐν ὁδοῖς Ἀσὰ βασιλέως Ἰούδα.) Οὐκ ἄρα παντελῶς ἦσαν ἀδόκιμοι.

Καὶ τοὺς ὁμόρους τῶν Αἰθιόπων.] Προϊὼν τούτους Ἀμαζονεὶμ καλεῖ.

ΚΕΦ. ΚΔʹ.

Ἴδοι κύριος, καὶ κρίναι.) Καὶ οὐ διήμαρτε τῆς αἰτήσεως. Σύροις γὰρ μετ' ἐνιαυτὸν παρεδόθησαν.

Ἐν αἵμασιν υἱῶν Ἰωδαὲ τοῦ ἱερέως.) Ἔφη γὰρ πρὸς Νῶε Θεός. ὁ ἐκχέων αἷμα ἀνθρώπου, ἀντὶ

---

1 Ἔστησε ψαλτῳδοὺς) Confundit hic Procopii verba cum textu codex Lavateri. Noster recte distinguit.

ἀντὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ ἐκχυθήσεται, ὅτι ἐν εἰκόνι θεοῦ ἐποίησα τὸν ἄνθρωπον. πλὴν οὐ ζήλῳ θείῳ τοῦτον, ἀλλ' ὡς μιαιφόνοι ἀπέκτειναν, δι' ὅπερ αὐτοὺς Α'μασίας ἀνεῖλεν.

sanguis vicissim effundetur. Nam secundum imaginem Dei hominem feci. Verumtamen non divino zelo perciti, verum ut insani homicidae eum trucidarunt, ac proinde Amazias ipsos quoque interfecit.

ΚΕΦ. ΚΕ'.

Μὴ πορευέσθω μετά σου δύναμις Ι'σραήλ.) Διὰ τὴν αὐτῶν ἀσέβειαν.

CAP. XXV.

Ne proficiscatur tecum potentia Israelis.) Propter ipsorum impietatem.

ΚΕΦ. Κϛ'.

Ε'ν ταῖς ἡμέραις Ζαχαρίου, τοῦ συνιόντος ἐν ὁράσει θεοῦ.) Δῆλον, ὡς πολλοὶ Ζαχαρίαι γεγένηνται· οὗτός τε, καὶ ὁ τοῦ Ι'ωδαὲ, ὃν Ι'ωὰς κατέλευσεν. περὶ δὲ τοῦ νῦν ἐπὶ Ο'ζίου ἔοικεν Η'σαίας ὡς ἀπὸ τοῦ θεοῦ λέγειν. ποίησόν μοι μάρτυρας πιστοὺς ἀνθρώπους. τὸν Οὐρίαν, τὸν Ι'ερέα, καὶ Ζαχαρίαν, υἱὸν Βαραχίου. ἡ γὰρ ὅρασις ἐπὶ Ο'ζίου γεγονέναι προγέγραπται. καὶ τότε ἦν Η'σαίας.

Α'ραβας τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς Πέτρας.) Πέτραν τὴν οὕτω καλουμένην πόλιν φησίν.

Υ'ψώθη ἡ καρδία αὐτοῦ.) Διὸ τὸ τῶν ἱερέων ὑφήρπασε πλεονέκτημα, δέον ἀκοῦσαι τοῦ προγόνου Δαβὶδ, εἰς τὸ τέλος μὴ διαφθείρῃς διὸ καὶ λεπροῦται, καὶ ταυτὸν πέπονθε τῷ Α'δάμ. ὃς, θεὸς εἶναι βουληθεὶς, καὶ τὸ εἰκὼν εἶναι θεοῦ προσαπώλεσεν. καθῆστο γὰρ οἴκοι, μηδὲ ὡς βασιλεὺς χρηματίσαι δυνάμενος.

CAP. XXVI.

In diebus Zachariae, sacerdotis Dei.) Adparet plures fuisse Zacharias; nempe hunc, & alium, Iodae filium, quem Ioas necavit. Ceterum de praesente qui vixit sub Ozia, videtur Esaias verbis Domini dicere: Constitue mihi testes, homines fideles, Vriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachiae. Hanc enim visionem sub Ozia esse factam, ante scriptum exstat, quo tempore etiam Esaias vixit.

Arabes habitantes in Petra.) Petram urbem eius nominis vocat.

Elatum est cor eius, &c.) Eo quod sacerdotibus suam praerogativam subripuit, dignus erat audire patrem suum David, qui inquit, non in aeternum perdes. Nam ipse lepra percussus, prior periit. Idem & Adamo usuvenit; qui, quum Deus esse vellet, imaginem quoque Dei sibi impressam perdidit. Ita rex ille domi suae conclusus, ut ne rex quidem esse, ac ius dicere amplius posset, qui sacris operari voluit.

ΚΕΦ. ΚΗ'.

Α'νθ' ὧν ἀπεκάλυψεν ἐν τῷ Ι'ούδα.) Α'ντὶ τοῦ, ἐδίδαξεν αὐτὸν ἅπερ οὐκ ᾔδει, τὴν τῶν ξένων ἐθνῶν διδάξας ἀσέβειαν.

CAP. XXVIII.

Quod denudaverat Iudam.] Hoc est, docuerat quae minime conveniebat; nempe, peregrinarum nationum peregrinam religionem, & impietatem.

ΚΕΦ. ΚΘ'.

Καὶ ἐξιλάσαντο περὶ παντὸς Ι'σραήλ.) Οὐ περὶ μόνων τῶν δύο φυλῶν.

Ε'ν χειρὶ τῶν προφητῶν.) Καὶ Δαβὶδ ἄρα προφήτης. εἰπὼν γὰρ Δαβὶδ, καὶ Γὰδ, καὶ Ναθὰν, κοινῶς ἐπήγαγε, τῶν προφητῶν.

Ε'ν λόγοις Δαβὶδ, καὶ Α'σὰφ τοῦ προφήτου.) Οὐκοῦν ὑμνοποιὸς καὶ Α'σάφ.

Καὶ ἀντελάβοντο αὐτῶν οἱ ἀδελφοὶ αὐτῶν οἱ Λευῖται.) Ο'λίγοι ἦσαν τῶν ἱερέων ἁγνοὶ, καὶ οὐκ ἀντεῖχον πρὸς τὴν ἱερατικὴν λειτουργίαν. ὅθεν οἱ Λευῖται, προηγνίσθησαν γὰρ, ἀντελάβοντο τῶν ἱερῶν. τοῦτο δὲ καὶ νῦν φασὶ γιγνόμενόν ἐστιν ἰδεῖν. πρεσβυτέρου γὰρ οὐ παρόντος, καὶ τῆς χρείας κατεπειγούσης, ἀναγκάζεται καὶ διάκονος προσφέρειν τῷ δεομένῳ τὸ βάπτισμα.

Καὶ προϊὼν δὲ λέξει πῶς, πολλοῦ συνελθόντος πλήθους, θύειν ἀναγκάσθησαν οἱ Λευῖται, μηδαμῶς ἀρκούντων τῶν ἱερέων. διὰ δὲ τὸ ἐξαπίνης κληθῆναι τοὺς ἐξ Ι'σραὴλ, οἱ πλείους τῶν συνελθόντων, ἁγνισθῆναι μὴ φθάσαντες, ἔφαγον τὸ πάσχα, καὶ συγγνώμης ἔτυχον, διὰ τὴν τοῦ βασιλέως εὐσέβειαν, καίπερ παρανομήσαντες.

CAP. XXIX.

Toti Israeli offendiculo fuerunt.] Non solum duabus tribubus.

Per manum Prophetarum.) Quare & David utique propheta; quum enim seorsim nominasset David, Gath, & Nathan, omnibus universale prophetarum nomen subiunxit.

Iuxta verba David, & Asaph prophetae.] Igitur & Asaph pars psalmorum est.

At fratres eorum Levitae opem tulerunt illis.] Sacerdotes pauciores erant consecrati, quam ut ministerio sacerdotali sufficere possent. Vnde Levitae, prius sanctificati, sacerdotibus suppetias tulerunt, quod etiamnum fieri videmus. Quum enim presbyter non praesto est, ac usus postulat, diaconus baptismum administrare cogitur.

Porro vero inquit, quum frequens concio convenisset, Levitae sacrificare coacti sunt, cum inopia verorum sacrificorum esset. Quoniam vero multitudine Israeliticae concionis citius essent obruti, quam ut se ad sacra possent accingere, pascha comedere non sunt veriti, ac delicti veniam meruerunt, propter regis spectatam pietatem.

ΚΕΦ. ΛΒ'.

Μετὰ δὲ τοὺς λόγους τούτους, καὶ τὴν ἀλήθειαν ταύ-

CAP. XXXII.

Post illa gesta, & fidem illam, venit Senacha-

charib.) Docet nunc quam variis malis circumventos ſuos cultores Deus probet, ac probatos demum adſerat. Item quomodo omnibus rebus poſthabitis, fiducia ſolida in Deo collocanda, ac interim tamen omnes conatus, atque vires adſerendae. Quemadmodum Ezechias bellum adornavit, rebuſque omnibus rite obitis, inquit, carnea illis adſunt brachia, nobis vero Dominus Deus noſter. Quibus verbis indicat, quod Dei vires infractae ſint, hominum vero fluxae, ac inſtabiles. Porro quum ex victoria efferretur, humiliatus eſt, iuxta illud, qui ſeſe effert, humiliabitur. Quamvis interim praemium ſuae pietatis illud tulit, ut miſeriarum, quae conſequutae ſunt, non fuerit oculatus ſpeculator; verum morte hoſtium graſſationem anteverterit. Indicat vero Scriptura, quod diligenti ſolis recognitione habita, Rex Babyloniorum legatos ad eum miſerit, ac de portento edito conſuluerit.

Gihon.] Sic vocat Siloam.

CAP. XXXIII.

Dereliquit eum Deus, ut tentaret eum.) Docemur hoc exemplo, tutiſſimum eſſe in Domino gloriari. Decebat enim ipſum, divinae maieſtatis gloriam potius, quam opes fluxas, & incertas commemorare.

Notumque fieret, quidquid eſſet in corde ipſius.] Hoc eſt, aliis revelare voluit cogitationes ipſius. Ipſe enim ſolus corda hominum cognita habet.

Tum cognovit Manaſſes, quod Dominus eſſet Deus.) Tam frugifera eſt diſciplina, ſeſe illi adcommodantibus; nihilque adeo ferum eſt, quod non miteſcere poſſit, ſi modo cultura patientem commodet aurem.

Verumtamen populos adhuc in excelſis adolebat.) Deo adoleviſſe, ſequens indicat oratio: fruſtra tamen Domino Deo ſuo.

CAP. XXXIV.

In Moſana.) Symmachus, in traditione maiorum.

CAP. XXXV.

Vt ponerent Arcam ſanctam in Domo Dei.) Nimirum iamdiu exſulaverat, vel ab Aſſyrio capta urbe ſub Manaſſe exſtracta, vel ab impio aliquo Rege.

Chereſim.) Quoniam quum ventriloquis Sciolis, ac Theraphim coniunctum ſtat, genus quoddam divinationis eſſe videtur.

Compoſuit autem Ieremias lugubre carmen de Ioſia]) Tanta vero hominis virtus erat, ut cantoribus, & cantatricibus lamentandi ipſum perſona ſit impoſita, ac ſingulis annis ipſius memoria ſit celebrata. Porro reliquorum rerum geſta Ieremias Propheta pluribus recenſuit. Hanc vero praeſentem hiſtoriam, longis poſt temporibus ex propheticis ſcriptis eſſe collectam, hinc patet, quod Cyri, & reditus captivorum, qui longis retro ſaeculis fuerunt, mentionem facit.

ταύτην, ἦλθε Σενναχερείμ.] Διδάσκει νῦν, ὅτι ϗ τοὺς θεοσεβεῖς ἄνδρας δοκιμάζων ὁ θεὸς συμφοραῖς περιπεσεῖν συγχωρεῖ, ϗ διαλύει τὰ δυσχερῆ. ϗ ὅτι δεῖ θεῷ θαῤῥοῦντας μὴ καθῆσθαι διακενῆς, συνεισφέρειν δὲ καὶ τὰ παρ᾽ ἑαυτῶν. ὥσπερ Ἑζεκίας πρὸς τὸν πόλεμον ἠυτρεπίσατο, καὶ μετὰ τὸ πάντα ποιῆσαι φησὶ, μετ᾽ αὐτοῦ, βραχίονες σάρκινοι· μεθ᾽ ἡμῶν δὲ, κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν. τὸ ἄμαχον δεικνὺς τοῦ θεοῦ, ϗ τῶν ἀνθρώπων τὸ σαθρόν τε ϗ πρόσκαιρον. νικήσας δὲ, ϗ ὑψωθεὶς, ἐταπεινώθη. κατὰ τὸ, ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται. ὅμως, διὰ τὴν εὐσέβειαν, αὐτόπτης οὐκ ἐγένετο τῶν λυπηρῶν, τελευτήσας πρὶν τοὺς πολεμίους ἐλθεῖν. διδάσκει δὲ ἡ γραφὴ, ὡς διὰ τὸν ἀναποδισμὸν τοῦ ἡλίου ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν τῶν Βαβυλωνίων ὁ βασιλεὺς, τοῦ πυθέσθαι παρ᾽ αὐτοῦ τὸ τέρας, ὃ ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς.

Γιών.] Τὸν Σιλωὰμ οὕτω καλεῖ.

ΚΕΦ. ΛΓ.

Καὶ ἐγκατέλειπεν αὐτόν ὁ κύριος τοῦ πειράσαι αὐτόν.] Δηλοῖ ὁ λόγος, ὅτι ἄμεινον ἐν κυρίῳ καυχᾶσθαι. δέον γὰρ αὐτὸν περὶ τῆς θείας δυνάμεως διηγήσασθαι, τὸν πλοῦτον ὑποδεικνύει τὸ πρόσκαιρον.

Τὸ δὲ, πειράσαι αὐτὸν εἰδέναι τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. ἀντὶ τοῦ, ἠθέλησε γυμνῶσαι τοὺς λογισμοὺς αὐτοῦ τοῖς ἄλλοις. αὐτὸς γὰρ γινώσκει τὰς καρδίας τῶν ἀνθρώπων μονώτατος.

Καὶ ἔγνω Μανασσῆς, ὅτι κύριος αὐτός ἐστιν ὁ θεός.) Οὕτως ἡ παιδεία τοὺς βουλομένους ὀνίνησιν.

Πλὴν ἔτι ὁ λαὸς ἐπὶ τῶν ὑψηλῶν ἐθυσίαζεν.) Ὅτι περὶ τῶν θυόντων ἐν ὑψηλοῖς τῷ κυρίῳ φησὶν, δῆλον. ἐπήγαγε γὰρ, πλὴν εἰς κενὸν τῷ θεῷ αὐτῶν.

ΚΕΦ. ΛΔ΄.

Ἐν Μοσανά.) Σύμμαχος, ἐν τῇ δευτερώσει,

ΚΕΦ. ΛΕ΄.

Τοῦ δοῦναι τὴν κιβωτὸν τὴν ἁγίαν ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου.) Καὶ μὴν ἐκ πλείονος ἐκεῖ προαπέκειτο. ἔοικεν οὖν ἢ ὁ Ἀσσύριος, τὴν πόλιν ἑλὼν ἐπὶ Μανασσῆ, τὴν κιβωτὸν ἐξαγαγεῖν ἔνδοθεν, ἤ τις τῶν δυσσεβῶν βασιλέων.

Χερεσίμ.) Εἶδος ἔοικεν εἶναι μαντείας. συνῆπται γὰρ τοῖς ἐγγαστριμύθοις, ϗ τοῖς γνώσταις, ϗ τοῖς Θεραφείν.

Καὶ ἐθρήνησεν Ἱερεμίας ἐπὶ Ἰωσίαν.) Τοσαύτη ἦν ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀρετή, ὅτι ϗ τὸν θρῆνον τοῖς ᾠδοῖς δέδωκε, ϗ ταῖς ᾀδούσαις, ὥστε τοῦτον ᾄδειν καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτόν, ἐπιτελοῦντας τὴν μνήμην. τὰ δὲ κατὰ τοὺς λοιποὺς βασιλέας ὁ προφήτης Ἱερεμίας διὰ πλειόνων ἐδίδαξεν. ὅτι δὲ ἡ παροῦσα συγγραφὴ μετὰ πλεῖστον χρόνον ἐκ τῶν προφητικῶν βίβλων συνείλεκται, δῆλον ἐξ ὧν μέμνηται Κύρου, ϗ τῆς ἐπανόδου τῶν αἰχμαλώτων, μετὰ χρόνον γεγενημένων.

FINIS.

EVSEBII POLYCHRONII PSELLI

IN CANTICVM CANTICORVM EXPOSITIONES.

SERENISSIMO PRINCIPI

FRIDERICO V.

COMITI PALATINO AD RHENVM, BAVARIAE DVCI, S. ROMANI IMPERII ELECTORI.

Seren issime Princeps,



Cce Tibi trium Auctorum in Canticum Canticorum Collectanea, & Commentaria, quae hactenus lucem non adspexerunt, mea nunc opera e tenebris protracta. Dicare ea Cels. Tuae visum, quia debere me putavi. Nam cum e Bibliotheca tua, ut instructissima, ita multo celeberrima, quum ante decennium Heidelbergae commorarer, Auctores aliquot describendi potestatem impetraverim, singulari beneficio Serenissimi Parentis Tui, inclitae memoriae, committendum nullo modo existimavi, quin ut mea vicissim aliquid C. T. redderem, ne diutius ingratus viverem. Quippe sic apud me statuebam, exemto e rebus humanis Patre, Filio me obstrictum teneri, ad quem una cum Principatu beneficia etiam Paterna devoluta intelligebam. Itaque dum in eum finem censum meum litterarium dispicere instituo, obtulere sese mihi hi Triumviri; quos e Cels. T. non indignos arbitrarer, effecit studium Religionis, & Pietatis, adeo insigne, ut Te merito inter Christi, & Ecclesiae, cuius utriusque colloquium in hoc Cantico repraesentatur, defensores nutritiosque praedicemus. Iam Virtutes Tuas reliquas praeteribo, tam illustres, ut eum dignitatis istius excelso fastigio concertare videantur. Et hae quidem effecerunt, ut tam valde Virtutum omnium parens Deus Cels. T. & subiecto Palatinatui benedixerit. Ad quas omnes eximia Litterarum gloria etiam accedit, quam in maximis quibusque Principibus omnis aetas admirata est, & in Cels. T. supra ceteros fere Principes huius saeculi praesens subspicit. Hinc in Aula Tua Viri tot illustres ut prudentia ita doctrina, partim etiamnum superstites, partim non ita pridem mortui, quorum fama Europam totam pervagatur; Ioannes Grunaeus, Cancellarius, Volradus a Plessen, Hippolytus a Collibus, Ioannes Loeffenius, Georgius Michael Lingelshemius, Carolus Paulus, Marquardus Freherus, aliique, consiliarii; variis passim legationibus, & consiliis praestantissimis, iuxta clari; deque Palatinatu Tuo optime meriti. In Academia vero Tua celeberrima quid commemorem clarissima nomina, Davidem Paraeum, Dionysium Gothofredum, & Ianum Gruterum, insignia seculi ornamenta? quorum ut humanitatem eximiam in me coram sum expertus, ita memoriam libens colo. Certe Heidelbergam Tuam Virtutis, Prudentiae, ac Doctrinae domicilium, & Germaniae universae etiam ocellum, merito adpellare possimus. Atque in his omnibus Virtus se & Fortuna Tua pariter ostendunt, qua utraque Cels. T. excellere cunctis certum est. Nam ut huius beneficium est, tantosque viros simul Principi alicui obvenire; sic illa effecit, ut insigni felicitate oblatos ad Te admitteres, rebusque Tuis admoveres, ad illustrem gloriam Tuam; quam ego Deum Opt. Max. supplex veneror,

Serenissime Princeps,

Vt Cels. T. stabilem ac perpetuam eam donet, subditorum Tuorum bono. Lugduni Batavorum ad diem XXI. *Martii* CIↃ. IↃ. C. XVII.

Cels. Tuae.

Devotissimus

IOANNES MEVRSIVS.

LECTORI.

HAbe tibi, benigne Lector, hos Triumviros ad Canticum Canticorum. Priorem utrumque e mea Bibliotheca depromsi, tertium vero liberalissime suppeditavit, qui Latine prius versum abs se edidit ante biennium hoc, Andreas Schottus, Vir Clarissimus, & doctrina atque humanitate pariter egregius. Habe illi mihique gratiam, quam debere te putabis. Ita pronos nos deinceps etiam habebis ad promovenda Reipublicae Litterariae commoda. Mendae alibi, & lacunae etiam in Psello; quarum partem correxi, ac supplevi; quatenus ingenio, aut coniectura, utendum fuit. Cetera iis relinquere malui, qui manuscriptis melioribus adiuti erunt. Mihi enim satis fuit, Auctores hosce, hactenus tenebris damnatos vel sic tamdem in luce publica constituere. Vale, &, quisquis es,

AETERNITATEM COGITA.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

Εἰς τὸ Ἆσμα τῶν Ἀσμάτων Ἐξήγησις.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.



Ἆσμα ἀσμάτων διὰ τοῦτο καλεῖται, ἐπειδὴ τὰ μὲν τἆλλα ἄσματα τοῦτο, μετὰ δὲ τοῦτο οὐκέτι ἄλλο προσδοκᾶν ἐστιν. ἄλλο δὲ λέγω, οὐ βιβλίον. ἀλλὰ τὸ ἐκ τοῦ βιβλίου σημαινόμενον. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι. πᾶσα θεία γραφὴ περὶ τῆς εἰς ἡμᾶς τοῦ λόγου καθόδου, καὶ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας, προφητεύει. τοῦτο γὰρ τὸ βούλημα τοῦ θεοῦ ἐστιν, τοῖς τε προφήταις καὶ πάσῃ τῇ θείᾳ γραφῇ τοῦτο προηγούμενόν ἐστιν ἀπαγγέλλειν. παρακολούθημα δὲ τῷ θείῳ διηγήματι τοῦτο ποιοῦνται, λόγους περὶ τῶν ἔθνων, τῆς Βαβυλῶνος, τῆς Δαμασκοῦ, τῆς Μωὰβ, καὶ τῶν ἄλλων. καὶ δι' ἑκάστης γραφῆς τοῖς μὲν ἁμαρτάνουσιν ἐπιτιμῶσι. τοὺς δὲ προληφθέντας προτρέπονται μετανοεῖν. ἀπειλοῦντες τὴν μέλλουσαν τοῦ πυρὸς κρίσιν. αἱ „ μὲν οὖν ἄλλαι γραφαὶ προλέγουσιν, οἷον Μωϋ„ σῆς μὲν, προφήτην ἡμῖν ἀναστήσει, λέγων, „ κύριος ὁ θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, ὡς ἐμέ.

EVSEBI

PAMPHILI

In Canticum Canticorum expositio.

PROOEMIVM.



Canticum canticorum hac de causa vocatur, quia hoc super omnia quidem cantica est. Non amplius autem post hoc aliud est exspectandum. Nec alium libellum dico, sed quod per hunc libellum significatur. Quod autem dicit tale est: Omnis divina Scriptura Verbum descendens ad nos, eiusque in carne adventum, vaticinatur. Haec enim voluntas Dei est, & Prophetis, & omni divinae Scripturae hoc propositum est adnunciare; consectarium vero divinae enarrationis hoc faciunt sermones de gentibus, de Babylone, de Damasco, de Moab, & aliis. Vniversa itaque Scriptura peccatores increpat, & resipiscentes hortatur ad poenitentiam, minitans futurum ignis iudicium. Aliae igitur Scripturae praedicunt, veluti Moyses: *Prophetam nobis excitabit*, dicens, *Dominus ex fratribus nostris, tamquam me*. Isaias interim de aliis quibusdam: *Virgo concipiet, & pariet filium*.

1 De Eusebio, eiusque scriptis, ita Suidas: Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, προσκείμενος τῇ Ἀρειανικῇ αἱρέσει ἐπίσκοπος Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, σπουδαῖος ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς, καὶ τῆς θείας βιβλιοθήκης ἅμα Παμφίλῳ τῷ μάρτυρι ἐπιμελέστατος ἀνιχνευτής. ἐξέδωκε πολλὰ τεύχη, ὧν εἰσι τάδε εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως, λόγοι κ'. καὶ εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς, λόγοι ιε'. θεοφανείας, λόγοι ε'. ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας, λόγοι ι'. χρονικῶν κανόνων παντοδαπῆς ἱστορίας. καὶ τούτων ἐπιτομή. καὶ περὶ τῆς τῶν εὐαγγελίων διαφωνίας. εἰς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν, λόγοι ι'. κατὰ Πορφυρίου τοῦ τότε συγ- (B) γράφοντος ἐν Σικελίᾳ ὥς τινες οἴονται, λόγοι λ'. τοπικῶν λόγος α'. ἀπολογίας ὑπὲρ Ὠριγένους, λόγοι ς'. περὶ τοῦ βίου τοῦ Παμφίλου, λόγοι γ'. περὶ μαρτύρων ἕτερα συγγράμματα. καὶ εἰς τοὺς ρν'. ψαλμοὺς δεδοκιμασμένα ὑπομνήματα, καὶ ἕτερα πολλά. ἤνθησε μάλιστα ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως καὶ Κωνσταντίου, καὶ διὰ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς Πάμφιλον τὸν μάρτυρα τῆς ἐπωνυμίας αὐτοῦ ἠξιώθη. Haec omnia verbo pene tenus Sophronius in interpretatione libri Hieronymi De Script. Eccles. Apologiae pro Origene meminit ipse (C) Histor. Ecclesiast. lib. VI. cap. XXXIII. Ὅσα δὲ ἀναγκαῖα τῶν περὶ αὐτὸν (τὸν Ὠριγένην) διαγνῶναι ἦν, ταῦτα καὶ ἐκ τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ πεπονημένης ἡμῖν τῇ καὶ τῷ καθ' ἡμᾶς ἱερῷ μάρτυρι Παμφίλῳ ἀπολογίας πάρεστιν ἀναλέξασθαι, ἣν τῶν φιλαιτίων ἕνεκα συμφωνήσαντες ἀλλήλοις διὰ σπουδῆς πεποιήμεθα. Meminit quoque Photius in Bibliotheca. Exstat id opus Latine versum a Rufino, qui proprium in eam librum scripsit, & negavit Pamphili esse; quum tamen Pamphilum ante Eusebium scripsisse testetur Hieronymus libro De Script, Eccles. Opus

Προφῆται καὶ ἀπόστολοι. καὶ ἐπὶ τῶν τειχέων σου Ἱερουσαλὴμ κατέστησα φύλακας. ἐπάταξάν με. ἐτραυμάτισάν με. ἦραν τὸ θέριστρον ἀπ' ἐμοῦ φύλακες τῶν τειχέων, οἱ ἐκ προγόνων τὰ εἴδωλα φυλάσσειν παρειληφότες. ὅταν γὰρ ἐπιστρέψῃ πρὸς κύριον, περιαιρεῖ τὸ κάλυμμα τῆς ἀγνωσίας. ὡς λοιπὸν ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ θεωρεῖσθαι τὸν Θεόν. ἡ ὑπὸ τῶν φυλάκων εὑρεθεῖσα ψυχὴ ὑπὸ λῃστῶν κλαπῆναι οὐ δύναται. τίνες οὖν οἱ φύλακες; τὰ λειτουργικὰ πνεύματα, οἱ φρουροῦντες τὴν πόλιν. πόλις δὲ ἡ ψυχὴ, τὸ τοῦ Θεοῦ οἰκητήριον. ἡ δὲ εἰποῦσα, ὅτι οἱ φύλακές με ἐτραυμάτισαν, προσθήκην τινὰ γεγενῆσθαι αὐτῇ τῆς ἐπὶ τὸ ἄνω προκοπῆς ἐκαυχήσατο. ἡ γὰρ θεία ῥαβδὸς 1, ἡ διὰ τοῦ πατάσσειν ἐνεργοῦσα τὴν ἴασιν. τὸ πνεῦμα ἐστὶν, οὗ ὁ καρπὸς, τά τε ἄλλα τῶν ἀγαθῶν, καὶ ἡ παιδαγωγὸς τῆς ἐναρέτου πολιτείας ἐγκράτεια. οὕτω γὰρ καὶ Παῦλος, ὁ τῶν τοιούτων πληγῶν στιγματίας, τοῖς τραύμασι τούτοις ἐπαγαλλόμενος ἔλεγεν. ὅτι τὰ στίγματα τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματί μου περιφέρω. δεικνὺς τὴν ἐν παντὶ κακῷ ἀσθένειαν, δι' ἧς ἡ κατὰ Χριστὸν δύναμις ἐν ἀρετῇ τελειοῦται. καλὸν οὖν καὶ τὸ τραῦμα δι' οὗ γέγονεν αὐτῇ ἡ τοῦ θεριστρου περιαίρεσις. ὥστε ἀνακαλυφθῆναι τὸ τῆς ψυχῆς κάλλος. μηκέτι ἐπισκοτοῦντος τοῦ ἐπιβλήματος. πῶς δὲ ἡ ἀπεκδυσαμένη τὸν παλαιὸν χιτῶνα, καὶ πάσης περιβολῆς καθαρεύσασα, ἐπὶ τὸ θέριστρον τρέχει. ὅπερ οὖν αὐτῆς ἀφαιροῦνται οἱ τειχοφύλακες, οἱ ἐπιτηροῦντες τῆς ἀνθρωπίνης ψυχῆς διόδους ἀπὸ τοῦ κόσμου. ἢ δῆλον ὅτι τοσοῦτον ἑαυτῆς γίνεται καθαρωτέρα, ὡς συγκρίσει τῆς νῦν καθαρότητος μὴ δοκεῖν πρώην ἀποδεδύσθαι τὸ περιβόλαιον, ἀλλ' εὑρεῖν τι πάλιν μετὰ τὴν

parituram fibi eius, quem defiderabat, perfonam, tunc tranfivit comprehenfionem is, qui quaerebatur. Ait enim quia patruelis meus tranfivit, quum non reliquiffet inhaerentem ei animam, fed ad feipfum attraxiffet. Anima mea, dicit enim, exivit in verbo eius. Exitus enim ab eo, in quo fumus, fupernorum bonorum ingreffus eft.

Exquifivi eum, & non inveni eum; vocavi eum, & non audivit me.

Philonis.

Exit enim anima, & veluti peregrinatur ex corpore, per fponfi fermonem, habens habitationem in caelo. Quomodo enim inveniatur, quem nihil inventorum indicat? Non fpecies, non color, non circumfcriptio, non aliud quidquam univerforum. Ego igitur, inquit, tonfa fum, tamquam non valui, intelligens voces inenarrabilis beatitatis. Praeftantior vero erat demonftratione rerum, quae fignificantur.

Invenerunt me cuftodes, qui circumeunt civitatem; percufferunt me & vulneraverunt me; tulerunt pallium meum a me cuftodes murorum.

Philonis.

Prophetae & Apoftoli & fuper muros tuos Ierufalem conftitui cuftodes: percufferunt me: vulneraverunt me: tulerunt pallium a me cuftodes murorum, qui a maioribus fuis fimulacra cuftodire didicerunt. Quando enim revertitur ad Dominum, aufert tegumentum ignorantiae, ut de reliquo revelata facie contempletur Deum. Anima, quae a cuftodibus inventa eft, non poteft a latronibus fpoliari. Qui funt igitur cuftodes? Miniftratorii fpiritus, qui cuftodiunt civitatem. Civitas vero anima, Dei habitaculum. Illa autem quae dixit, quia cuftodes me vulneraverunt, incrementum quoddam factum fibi effe progreffionis ad fuperiora gloriata eft. Dei enim virga, quae percutiendo operatur medicinam, & Paedagogus converfationis ad virtutem exactae, continentia. Ita enim etiam Paullus, qui huiufmodi plagis lividus, de hifce vulneribus exfultans dicebat; quia ftigmata Iefu in corpore meo circumfero, oftendens in omni malo infirmitatem, per quam potentia, quae fecundum Chriftum eft, in virtute perficitur. Bonum igitur etiam vulnus, per quod facta eft ipfa pallii ablatio, ita ut revelata fuerit animae pulcritudo, non amplius obtenebrante eam pallio. Quomodo vero ea, quae exfuit antiquam tunicam, & omni amictu mundata eft, ad pallium currit? Hoc igitur ab ea tollunt murorum cuftodes, qui fervant humanae animae meatus a mundo; vel patet tanto feipfa fieri mundiorem, ut comparatione praefentis puritatis non videatur antea exfuiffe pallium, fed inveniffe aliquid iterum poft nuditatem illam circa feipfam, quod deponat. Ita ad

1 ῥαβδὸς) Scrib. ῥάβδος.

Deum adscensus eius, quod semper reperitur, crassius quid, quod circa se habet, ostendit.

Adiuravi vos, Filiae Ierusalem, in potentiis & fortitudinibus agri; si inveneritis patruelem meum, quid nuntietis ei? quia vulnerata dilectione sum ego.

Ad declarationem praedictorum necessarium est adponere & aliam editionem, quae ita habet: Adiuravi vos, Filiae Ierusalem per Cervos & Damas agri. Discimus igitur ex his nominibus, in quo sit mundi huius fortitudo & potentia, quas ad confirmationem veritatis per iusiurandum adsumit. Duo igitur sunt, quae Deo familiarem hominem reddunt, stabilitas fidei, & vitae modus, quando mundata est ab omni malitiae macula. Huius igitur duplicis bonorum habitus, Damarum & Cervorum commemoratio per symbola manifestat potentiam eorum, quae ille stabiliter contemplatur, hic vero voracem & consumentem bestiarum potentiam habet. Hoc igitur addit adolescentibus sponsa, pie oportere ad Deum respicere, & munde in adfectuum privatione percurrere vitam: quibus quidem bene dispositis stabile negotium in nobis confirmatur. Illud, nae. Hoc enim est, quod veritatem credibilem facit, iuramentum, quod omnis qui iurat in seipso, accedit, ut ait Propheta. Si igitur sumus & nos supernae Ierusalem filii, audiamus magistram sponsam, quomodo est videre quod desideratur. Quid igitur inquit? Si iuramentum nobis hoc faciamus in potentiis & fortitudinibus invisibilium malitiae cervorum, licet per haec videre mundum sponsum, dilectionis sagittarium, & dicere ad eum cuiuslibet animam, quia vulnerata sum dilectione.

γύμνωσιν ἐκείνην περὶ ἑαυτὴν, ὃ ἀπόθηται. οὕτως ἡ πρὸς τὸ θεῖον ἄνοδος τοῦ ἀεὶ εὑρισκομένου τὸ περὶ ἑαυτὴν παχύτερον δείκνυσιν.

Ὤρκισα ὑμᾶς θυγατέρες Ἰερουσαλὴμ ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ. ἐὰν εὕρητε τὸν ἀδελφιδόν μου, τί ἀπαγγείλητε αὐτῷ; ὅτι τετρωμένη ἀγάπης εἰμὶ ἐγώ.

Πρὸς σαφήνειαν τῶν προκειμένων ἀναγκαῖόν ἐστι παραθέσθαι καὶ ἑτέραν ἔκδοσιν, ἔχουσαν οὕτως. Ὤρκισα ὑμᾶς θυγατέρες Ἰερουσαλὴμ κατὰ τῶν ἐλάφων καὶ τῶν δορκάδων τοῦ ἀγροῦ. διδασκόμεθα οὖν διὰ τῶν ὀνομάτων τούτων, ἐν τίνι ἐστὶν ἡ τοῦ κόσμου τούτου ἰσχύς τε καὶ δύναμις. ἃ πρὸς βεβαίωσιν τῆς ἀληθείας δι' ὅρκου παραλαμβάνεται. δύο τοίνυν ἐστὶ τὰ τῷ Θεῷ προσοικειοῦντα τὸν ἄνθρωπον. τό τε ἀπλανὲς τῆς πίστεως, καὶ ὁ τρόπος τῆς ζωῆς ὅταν παντὸς καθαρεύῃ τοῦ ἐκ πονηρίας μολύσματος. τῆς οὖν διπλῆς ταύτης τῶν ἀγαθῶν ἕξεως ἡ τῶν δορκάδων τε καὶ ἐλάφων μνήμη διὰ συμβόλων γνωρίζει τὴν δύναμιν. ὧν ἡ μὲν ἀπλανῶς ὁρᾷ, ἡ δὲ βρωτικήν τε καὶ ἀναλωτικὴν τῶν θηρίων δύναμιν ἔχει. τοῦτο τοίνυν προστίθησι ταῖς νεάνισιν ἡ νύμφη, τὸ εὐσεβῶς δεῖν πρὸς τὸ θεῖον βλέπειν, καὶ τὸ καθαρῶς ἐν ἀπαθείᾳ παρατρέχειν τὸν βίον ὧν κατορθουμένων, τὸ ἀμετάθετον πρᾶγμα ἐν ἡμῖν βεβαιοῦται. τὸ ναί. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ τὴν ἀλήθειαν πιστούμενος ὅρκος. ὃν πᾶς ὁ ὀμνύων ἐν ἑαυτῷ ἐπηνεῖται, καθά φησιν ὁ προφήτης. εἰ τοίνυν ἐσμὲν καὶ ἡμεῖς τῆς ἄνω Ἰερουσαλὴμ τέκνα, ἀκούσωμεν τῆς διδασκάλου νύμφης, πῶς ἐστὶν ἰδεῖν τὸν ποθούμενον. τί οὖν φησίν; ἐὰν ὅρκιον ἑαυτοῖς τοῦτον ποιήσωμεν τὸν ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἰσχύσεσι τῶν ἀφανιστικῶν τῆς κακίας ἐλάφων, ἐστὶ διὰ τούτων ἰδεῖν τὸν καθαρὸν νυμφίον, τὸν τῆς ἀγάπης τοξότην. καὶ εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν τὴν ἑκάστου ψυχὴν, ὅτι τετρωμένη ἀγάπης εἰμί.

Philonis.

Adiuravi vos, filiae Ierusalem. Libere loquitur sancta Ecclesia in suis filiis martyribus, per quos vulnerata est, & ait Apostolis, & Prophetis: Adnuntiate me dilectione vulneratam esse.

Qualis est dilectus tuus ex dilecto, pulcerrima mulierum? Qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos? Dilectus meus rubicundus & candidus.

' Adiuratae filiae Ierusalem dicunt: Dic nobis signa patruelis tui, ut cognoscamus eum. Doce nos per quae indicia invenitur, qui non videtur. Pulcra enim in custodiis, quae non meretricata est in illis. Illud vero, Qualis dilectus tuus ex dilecto, ut dicat quia sponsus praecedens in carne a genealogia patruelis tui populi Israel. Dilectus meus rubicundus, & candidus. Candidus, propter impeccantiam; rubicundus, propter sanguinem, vel spiritum. Candidus, lux enim vera est; rubicundus, propter carnem. Humana enim cutis rubore colorata est.

Φίλωνος.

Ὤρκισα ὑμᾶς θυγατέρες Ἰερουσαλὴμ παῤῥησιάζεται ἡ ἁγία ἐκκλησία ἐν τοῖς ἰδίοις τέκνοις τοῖς μάρτυσιν, δι' ὧν ἐτρώθη. καί φησι τοῖς ἀποστόλοις καὶ τοῖς προφήταις. ἀπαγγείλατε, ὅτι τέτρωμένη ἀγάπης εἰμί.

Τί ἀδελφιδός σου ἀπὸ ἀδελφιδοῦ ἡ καλὴ ἐν γυναιξίν; τί ἀδελφιδός σου ἐπὶ ἀδελφιδοῦ. ὅτι οὕτως ὥρκισα ὑμᾶς. ἀδελφιδός μου πυῤῥὸς, καὶ λευκός.

Ὁρκωθεῖσαι αἱ θυγατέρες Ἰερουσαλὴμ λέγουσιν. εἰπὲ ἡμῖν τὰ σημεῖα τοῦ ἀδελφιδοῦ σου, ἵνα ἐπιγνῶμεν αὐτόν. δίδαξον ἡμᾶς, δι' ὧν εὑρίσκεται γνωρισμάτων ὁ μὴ ὁρώμενος. καλὴ γὰρ ἐν ταῖς φυλακαῖς οὐκ ἐκπορνεύσασα κατ' ἐκείνας. τὸ δὲ, τί ἀδελφιδός σου ἀπὸ ἀδελφιδοῦ, ἵνα εἴπῃ, ὅτι ὁ νυμφίος ὁ προϊὼν ἐν σαρκὶ ἀπὸ τῆς γενεαλογίας τοῦ ἀδελφιδοῦ σου λαοῦ τοῦ Ἰσραήλ. ἀδελφιδός μου πυῤῥὸς καὶ λευκός. λευκὸς, διὰ τὸ ἀναμάρτητον. πυῤῥὸς, διὰ τὸ αἷμα, ἢ τὸ πνεῦμα. λευκὸς, φῶς γὰρ ἀληθινὸν τυγχάνει. πυῤῥὸς, διὰ τὴν σάρκα. ἡ γὰρ ἀνθρωπίνη χροία κέχρωσται πυῤῥότητι.

Ele- Ἐκ-

Ἐκλελοχισμένος ἀπὸ μυριάδων, τῶν ἀφ' οὗ γεγόνασιν οἱ ἄνθρωποι.

Ἐπειδὴ ταύτην προσάγουσι τὸ πρὸς τὸ τέλειον ἀναδραμούσῃ ψυχῇ τὴν αἴσθησιν αἱ παρθένοι ψυχαὶ, τὸ γνωρισθῆναι αὐταῖς τὸν ποθούμενον διὰ τῶν ἐπὶ σωτηρίᾳ φανερωθέντων ἡμῖν, ὑπογράφει ταῖς παρθένοις τὰ τοῦ ζητουμένου γνωρίσματα, καὶ πᾶσαν τὴν ἐκκλησίαν ἓν σῶμα ποιήσασα τοῦ νυμφίου, ἴδιόν τι νόημα δι' ἑκάστου τῶν μελῶν ἐν τῇ ὑπογραφῇ τοῦ κάλλους ἐνδείκνυται. δι' ὧν ἐκ τῶν κατὰ μέρος θεωρουμένων τὸ τοῦ σώματος κάλλος συμπαρεικάζεται. ἀρχὴν τοίνυν ποιεῖται τῆς διδασκαλίας τὴν προσεχῆ καὶ οἰκεῖαν ἡμῖν, ἐκ γὰρ τοῦ σώματος τῆς κατηχήσεως ἄρχεται. καὶ ὡς ἂν μή τις σαρκὸς γένεσιν περὶ τὸ μυστήριον τῆς εὐσεβείας παραδεξάμενος, πρὸς τὰ τῆς φύσεως ἔργα καὶ πάθη τῇ διανοίᾳ κατολισθήσειε, τούτου χάριν τὸν κοινωνήσαντα ἡμῖν σαρκὸς καὶ αἵματος λευκὸν μὲν εἶναι καὶ πυῤῥὸν ὡμολόγησε, διὰ τῆς τῶν δύο χρωμάτων μίξεως τὴν τοῦ σώματος φύσιν αἰνιττομένη. οὐ μὴν ὁμοιότροπον αὐτοῦ τὴν λοχείαν ἐν τῷ κοινῷ τόκῳ γεγενῆσθαι. τὸ γὰρ ἐκλελοχισμένος τὸ μὴ ἐκ λέχους αὐτὸν εἶναι σημαίνει, διὰ τὴν ἄφθαρτόν τε καὶ ἀπαθῆ τοῦ τόκου παρὰ τοῖς λιποῖς 1 ἰδιότητα.

Electus ex decem millibus, quae fuerunt a tempore, quo facti sunt homines.

Quoniam hunc sensum adducunt ad animam, quae ad perfectionem accurrit, virgines animae, ut manifestus fiat ipsis desideratus per ea, quae in salute & redemtione nobis manifestata sunt, describit virginibus eius, qui quaeritur, indicia, & cunctam Ecclesiam unum corpus faciens sponsi, proprium quemdam intellectum per unumquodque membrorum in descriptione pulcritudinis demonstrat; per quae ex iis, quae secundum partem spectantur, corporis pulcritudo coniectatur. Initium igitur facit institutionis inhaerens & familiare nobis. A corpore enim institutionem incipit. Et nequis carnis generationem circa mysterium pietatis excipiens, ad naturae opera & passiones mente dilabatur, propterea eum, qui communem habuit nobiscum carnem & sanguinem, candidum esse & rubicundum confessa est, per duorum colorum mistionem corporis naturam innuens. non igitur simili modo eius puerperium in communi partu fieri, illud enim Electus, non esse eum ex lecto significat, propter incorruptibilem & impassibilem partus apud reliquos proprietatem.

Κεφαλὴ αὐτοῦ χρυσίον κεφάζ. βόστρυχοι αὐτοῦ ἐλάται, μέλανες ὡς κόραξ.

Caput eius aurum optimum, comae eius sicut elatae palmarum, nigrae quasi corvus.

Φίλωνος.

Οἱ προσελθόντες ἐκ τῶν πατριαρχῶν ἀπόστολοι, οἱ ἀεὶ ἐλαυνόμενοι, καὶ μὴ ἐγκαταλιμπανόμενοι. ἡ μὲν οὖν κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας, ἡ πάσης τῆς φύσεως ἡμῶν ἀπαρχὴ Χριστὸς, τὸ καθαρόν τε καὶ πάσης κακίας ἀμιγὲς καὶ ἀπαράδεκτον χρυσίον ἐστίν. βόστρυχοι δὲ, οἱ ποτὲ ζοφώδεις, καὶ μέλανες, καὶ τοῖς κόραξιν ὁμοιωμένοις 2 τῷ εἴδει. ἐκείνοις δὲ λέγω τοῖς κόραξιν, οἷς ἔργον ἐστὶν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκόπτειν, κατὰ τὸν παροιμιώδη λόγον. οὗτοι ἐλάται. τὰ ὑψηλά τε καὶ οὐρανομήκη δένδρα γενόμενοι. διὰ τὸ ἀναδραμεῖν ἐκ γῆς ἐπὶ τὸ οὐράνιον ὕψος, προσθήκη τοῦ κάλλους γίνονται τοῦ νυμφίου, τῆς θείας κεφαλῆς ἑαυτοὺς ἐξαρτήσαντες, καὶ τῇ τοῦ πνεύματος αὔρᾳ περισοβούμενοι. ἀποστόλους δὲ οἶμαι τροπικῶς τοὺς βοστρύχους ὑπὸ τοῦ λόγου σημαίνεσθαι, ὧν τινες ἦσαν ζοφώδεις πρότερον τοῖς τοῦ βίου ἐπιτηδεύμασιν. ὁ τελώνης. ὁ διώκτης. καὶ εἴ τις ἄλλος τοιοῦτος, κατὰ τὸν μέλανά τε καὶ σαρκοβόρον καὶ ὀφθαλμῶν ἀφανιστικὸν κόρακα. φημὶ δὲ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους. κεφαλὴ τοῦ Χριστοῦ ὁ Θεός. ἀρχὴ γὰρ αὐτοῦ. οἱ αἴτιος φυσικῶς ὁ πατήρ. βόστρυχοι αὐτοῦ, οἱ πατριάρχαι, ὡς καθαροὶ καὶ στεῤῥοὶ τῇ πίστει.

Philonis.

Accedentes ex Patriarchis Apostoli, qui semper aguntur & numquam derelinquuntur. Caput igitur corporis Ecclesiae, universae naturae nostrae primitiae Christus, mundum, & omnis malitiae mistione liberum, & sine exceptione aurum est. Comae vero, quae iam caliginosae & nigrae, & corvis specie similes. Illis vero dico corvis, quorum opus est oculos eruere, iuxta proverbium. Hi elatae. Sublimes & caelum usque protentae arbores facti, eo quod adsurgant a terra ad caelestem verticem, incrementum pulcritudinis fiunt sponsi, a divino capite seipsos suspendentes, & spiritus aura concussi & agitati. Apostolos vero puto figurate comas hoc sermone significari, quorum quidem erant obscuri prius vitae studiis, hic publicanus, ille persequutor, & si quis alius huiusmodi, secundum nigrum, & carnivorum, & oculorum destructorem corvum. Dico vero principem potestatis tenebrarum. Caput Christi Deus. Principium enim eius, ut causa naturaliter Pater. Comae eius Patriarchae, tamquam mundi & firmi fide.

Ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς περιστεραὶ, ἐπὶ πληρώματα ὑδάτων λελουμέναι ἐν γάλακτι, καθημέναι ἐπὶ πληρώματα ὑδάτων.

Oculi eius ut columbae, super rivulos aquarum, quae lacte sunt lotae, & resident iuxta fluenta plenissima.

Τὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ τῷ σώματι τῆς ἐκκλησίας ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμένον, εἰ μέλλει καθαρῶς ἐπισκοπεῖν καὶ ἐφορᾷν, πᾶσαν τὴν ἐκ

Eum, qui pro oculo corpori ecclesiae a Deo ordinatus est, si munde superintendere & inspicere vult, omnem, quam ex malitia contraxit, ma-

1 λιποῖς) Scrib. λοιποῖς.

2 ὁμοιωμένοις) Scrib. ὁμοιωμένοι.

maculam aqua abluere decet. Est vero non aqua purgans oculos, sed multas huiusmodi aquarum esse ait plenitudines. Quot enim sunt virtutes, tot mundantium aquarum fontes intelligere oportet, per quas oculi fiunt semper seipsis mundiores. Tamquam fontes mundantis aquae sunt, continentia, humilitas, & alia id genus. Sed sunt quidem super plenitudines aquarum oculi, propter puritatem & innocentiam columbis adsimilati. Lavacrum vero ipsorum esse lac inquit, quia solum inter humores hoc huiusmodi habet proprietatem, non inferri in illud alicuius imaginem & simulacrum. Propterea talis ecclesiae oculorum perfectissima laus, nihil insubsistens, & erraticum, & vanum praeter exsistentium veritatem describere in seipsis per fraudem, sed eum qui vere est videre. Illud vero, residentes super aquas plenissimas, adsiduam assessionem attentionis circa divinas disciplinas significat.

ἐκ κακίας λύμην ἀποκλύζεσθαι προσήκει τῷ ὕδατι. ἐςὶ δὲ οὐχ ὕδωρ ῥυπτικὸν τῶν ὀμμάτων, ἀλλὰ πολλὰ τῶν τοιούτων ὑδάτων εἶναί φησι τὰ πληρώματα. ὅσαι γάρ εἰσιν αἱ ἀρεταὶ, τοσαύτας χρὴ τὰς τῶν καθαρσίων ὑδάτων ἐννοῆσαι πηγὰς, δι' ὧν οἱ ὀφθαλμοὶ γίνονται ἀεὶ ἑαυτῶν καθαρώτεροι. οἷον πηγαὶ τοῦ καθαρσίου ὕδατος ἐςὶν, ἡ σωφροσύνη, ἡ ταπεινοφροσύνη, καὶ τὰ τοιαῦτα. ἀλλ' εἰσὶ μὲν ἐπὶ τὰ πληρώματα τῶν ὑδάτων οἱ ὀφθαλμοὶ, διὰ τῆς ἀκεραιότητός τε καὶ ἀκακίας ταῖς περιςεραῖς ὁμοιωμένοι. λυτρὸν δὲ αὐτῶν εἶναι τὸ γάλα φησὶ, ὅτι μόνων τῶν ὑγρῶν τοῦτο τοιαύτην ἔχει τὴν ἰδιότητα, τὸ μὴ ἐμφέρεσθαί τινος ἐν αὐτῷ εἴδωλον καὶ ὁμοίωμα. οὗ χάριν τοιοῦτος τῶν τῆς ἐκκλησίας ὀφθαλμῶν ὁ τελειότατος ἔπαινος, τὸ μηδὲν ἀνυπόςατόν τε καὶ πεπλανημένον καὶ μάταιον παρὰ τὴν τῶν ὄντων ἀλήθειαν σκιαγραφεῖν ἐν ἑαυτοῖς δι' ἀπάτης, ἀλλὰ τὸ ὄντως ὂν βλέπειν. τὸ δὲ, καθημέναι ἐπὶ πληρώματα ὑδάτων. τὴν διηνεκῆ προσεδρίαν τῆς περὶ τὰ θεῖα μαθήματα προσοχῆς ὑποφαίνει.

Philonis.

In tribulatione nutriti a Deo. Septem oculos habens Sancti Spiritus potentia inspiciens ecclesiam. Plenitudines aquarum, remissiones; plenitudo legis, dilectio.

Genae eius tamquam phialae aromatis, producentes unguenta.

Consequenter post oculos genae laudantur, quarum opus est comminuere escam, per quam corporis ecclesiae conservatur potentia; ita ut nihil profundius & subputridum in iis, quae dicuntur, videatur, sed sint omnino splendida & simplicia, ita ut etiam infantibus sint convenientia. Hoc enim Phiala indicat. Tale erat Paullus, ad vinum sermonis fundendum Phiala factus. Et varii aromatum flores unguentariorum audientibus. Genae eius ut Phialae, scilicet areolae.

Labia eius stillantia myrrham plenam.

Laudantur vero post genas labia, per quae sermo aromatizans procedit. Duo autem secundum ipsum testificatur sermone: unum quidem, est veritas splendida & lucida, quae in iis, quae dicuntur, spectatur. Huiusmodi enim lilii species. Alterum est, solam intelligibilem & immaterialem vitam a doctrina praemonstrari, mortificata vita inferiore. Ex ore enim defluens myrrha, & plenam seipsa faciens excipientis animam, corporis mortificationis indicium est. Itaque perfectus & mundus oculus, qui genam phialam facit, unguenta producentem & manantem, hic floret liliis sermonum per os, a quo est myrrhae gutta. Stillans myrrham plenam. Munda eloquia de regeneratione loquentia; plenam, electam, primariam.

Manus eius tornatiles, aureae, plenae Tharsis.

Manus eius, qui nimis actuosi sunt, & omnem

Φίλωνος.

Ἐν κακοπαθείᾳ τρεφόμενοι ὑπὸ θεοῦ, ἡ ἑπταόφθαλμος τοῦ ἁγίου πνεύματος δύναμις ἐφορῶσα τὴν ἐκκλησίαν. πληρώματα ὑδάτων, ἀφέσεις. πλήρωμα νόμου, ἡ ἀγάπη.

Σιαγόνες αὐτοῦ ὡς φιάλαι τοῦ ἀρώματος, φύουσαι μυρεψικά.

Ἀκολούθως μετὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπαινοῦνται αἱ σιαγόνες, ὧν ἔργον ἐςὶ, τὸ λεπτοποιεῖν τὴν τροφὴν, δι' ἧς ἡ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας συντηρεῖται δύναμις. ὡς μηδὲν βαθύτερον καὶ ὕπουλον ἐν τοῖς λεγομένοις ὁρᾶσθαι, ἀλλ' εἶναι πάντων τηλαυγῆ τε καὶ διηπλωμένα. ὡς καὶ νηπίοις εἶναι κατάλληλα. τοῦτο γὰρ ἡ φιάλη αἰνίττεται. τοιοῦτον ἦν ὁ Παῦλος, πρὸς τὴν οἰνοχοΐαν τοῦ λόγου φιάλη γενόμενος. καὶ τὰ ποικίλα τῶν ἀρωμάτων ἄνθη μυρεψῶν τοῖς ἀκούουσιν. σιαγόνες αὐτοῦ ὡς φιάλαι, ἤγουν πρασιαί.

Χείλη αὐτοῦ ςάζοντα σμύρναν πλήρη.

Ἐπαινεῖται δὲ μετὰ τὰς σιαγόνας τὰ χείλη, δι' ὧν ὁ ἀρωματίζων λόγος προέρχεται. δύο δὲ κατ' αὐτὸν μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ. ἓν μὲν ἐςιν ἡ ἀλήθεια λαμπρά τε καὶ φωτοειδὴς, ἐν τοῖς λεγομένοις θεωρουμένη. τοιοῦτον γὰρ τοῦ κρίνου τὸ εἶδος. ἕτερον δὲ, τὸ μόνην τὴν νοητήν τε καὶ ἄϋλον ζωὴν ὑπὸ τῆς διδασκαλίας προδείκνυσθαι, ἀπονεκρουμένης τῆς κάτω ζωῆς. ἡ γὰρ ἀποῤῥέουσα τοῦ ςόματος σμύρνα, καὶ πλήρη ποιοῦσα ἑαυτῆς τὴν τοῦ δεχομένου ψυχὴν, τῆς τοῦ σώματος νεκρώσεως ἔμφασις γίνεται. ὁ τοίνυν τέλειος καὶ καθαρὸς ὀφθαλμὸς, ὁ τὴν σιαγόνα φιάλην ποιῶν τὴν τὰ μύρα φύουσάν τε καὶ πηγάζουσαν, οὗτος ἀνθεῖ τὰ κρίνα τῶν λόγων διὰ τοῦ ςόματος. ἀφ' οὗ γίνεται ἡ τῆς σμύρνης ςαγών. ςάζον σμύρναν πλήρη. τὰ καθαρὰ λόγια περὶ παλιγγενεσίας λαλοῦντα. πλήρη, ἐκλεκτὴν πρωτείαν.

Χεῖρες αὐτοῦ τορευταὶ, χρυσαῖ, πεπληρωμέναι Θαρσεῖς.

Χεῖρες αὐτοῦ, οἱ πρακτικώτατοι καὶ πᾶσαν ὑλι-

ὑλικὴν προσπάθειαν περιξυσάμενον τῇ τῶν λογισμῶν τορείᾳ, αἱ δὲ τοιαῦται χεῖρες πεπληρωμέναι εἰσὶ λίθων καὶ ἀρωμάτων, καὶ πάντων ὧν φέρει ἡ Θαρσεῖς. αὕτη δὲ ἀνατολική τις χώρα ἔοικεν εἶναι. ἑρμηνεύεται δὲ κατασκοπὴ χαρᾶς. πεπλήρωνται οὖν οἱ πρακτικώτατοι τῶν ὁρώντων αὐτοὺς, ἐπὶ τὸ κατασκοπεῖν τὰ χαρτά.

mnem materialem adfectum circumraſerunt ratiocinationum torno. Huiuſmodi vero manus plenae ſunt lapidibus, & aromatis, & omnibus, quae fert Tharſis. Haec vero Orientalis quaedam regio videtur eſſe. Interpretatur vero, ſpecula gaudii. Implentur igitur actuoſiſſimi contemplantium eos, ſpeculando chartas.

Φίλωνος.

Διατρηθεῖσαι τοῖς ἥλοις. χρυσὸν, διὰ τὸ καθαρὸν καὶ ἀναμάρτητον. πεπληρωμέναι Θαρσεῖς, τῆς ἐπιστροφῆς τῶν ἐθνῶν. Θαρσεῖς γὰρ, ἐπιστροφὴ χαρᾶς. πεπληρωμέναι Θαρσεῖς. πλήρεις ὑακίνθων.

Philonis.

Perforatae clavis. Aurum, propter munditiem & impeccantiam. Plenae Tharſis, converſione gentium. Tharſis enim, converſio gaudii. Plenae Tharſis: plenae hyacinthis.

Κοιλία αὐτοῦ πηξίον 1 ἐλεφάντινον ἐπὶ λίθου σαπφείρου. κνῆμαι αὐτοῦ στύλοι μαρμάρινοι, τεθεμελιωμέναι ἐπὶ βάσεις χρυσάς.

Venter eius vas eburneum ſuper lapidem ſapphirum, crura eius columnae marmoreae, fundatae ſuper baſes aureas.

Φίλωνος.

Ἡ τῶν ἁγίων συναγωγὴ, μὴ ἔχουσα σπίλον ἢ ῥυτίδα, κοιλία τὸ διανοητικὸν τῆς ψυχῆς. ᾧ καὶ ἐναπέθετο καθαρώτερον καὶ τελείῳ καὶ στίλβοντι τὰ θεῖα μαθήματα. ὁ τὴν κεφαλίδα τοῦ βιβλίου τῷ στόματι τοῦ Ἰεζεκιὴλ ἐνθείς. φησὶ γάρ. τὸ στόμα σου φάγεται, καὶ ἡ κοιλία σου πλησθήσεται. οὐρανοειδὴς δὲ ἡ τοῦ σαπφείρου αὐγή. τὸ οὖν τοιοῦτον αἴνιγμα σύμβολον γίνεται τοῦ τὴν καρδίαν ἡμῶν τὰ ἄνω φρονεῖν τε καὶ βλέπειν, ὅπου τὸν θησαυρὸν ἀποτίθεται. κἀκεῖ τὰς ὄψεις τῇ ἐλπίδι προσαναπαύειν, ὥστε μὴ κάμνειν ἐν τῇ προσοχῇ τῶν θείων παραγγελμάτων. κοιλία ἐστὶ τοῦ λόγου ἡ χωρητικὴ τῶν μυστηρίων. τουτέστιν οἱ κοῖλοι πρὸς ὑποδοχήν. πηξίον δὲ, οἱ πρὸς διατήρησιν ἐπιτήδειοι. κατὰ δὲ τὸ λαμπρὸν καὶ σαφὲς ἐλεφάντινον εἶναι λέγεται. ἐπιβέβηκε δὲ ἡ τοιαύτη κοιλία, ἐλεφάντινον οὖσα πυξίον, λίθῳ τιμίῳ τῷ σαπφείρῳ. οὗτος δὲ ὁ λίθος ἐστὶν ὁ Χριστός. ὁπόσοι οὖν εἰσὶν κοιλία τοῦ λόγου, οὗτοι ὑπὸ τοῦ φόβου κυρίου ἐν γαστρὶ λαμβάνουσιν. ὠδίνουσι καὶ τίκτουσι πνεῦμα σωτηρίας. διὰ τοῦτο καὶ τὰ ἐγκοιλία τῆς θυσίας ἐν τῷ λευιτικῷ πλύνεται, ὡς μηδὲν ἔχειν κοπρῶδες. τεθεμελιωμέναι ἐπιβάσεις χρυσάς. ἐπικείμεναι ἐπὶ τὰς θείας ἐντολάς.

Philonis.

Sanctorum congregatio, non habens maculam vel rugam, venter, vis cogitans animae, in qua depoſitae ſunt purius quod perfecta & ſplendenti, divinae doctrinae; qui capitulum libri ori Ezechielis impoſuit. Ait enim: os tuum comedit, & venter tuus implebitur. Caeleſtis vero eſt ſapphiri ſplendor. Huiuſmodi igitur aenigma ſymbolum eſt, quod cor noſtrum ſuperna ſapiat & reſpiciat, ubi theſaurum deponit, & ibi adſpectus ſpe defigat, ita ut non laboret in attentione divinorum mandatorum. Venter eſt, ſermonis vis myſteriorum capax, hoc eſt concavi ad excipiendum. Vas vero, idonei ad conſervationem. Secundum vero ſplendorem & manifeſtationem, eburneus eſſe dicitur. inſcendit vero huiuſmodi venter, vas eburneum exſiſtens, lapidem pretioſum ſapphirum. Hic vero lapis eſt Chriſtus. Quotquot igitur ſunt ventres ſermonis, hi a timore Domini concipiunt, parturiunt, & pariunt ſpiritum ſalutis. Propterea etiam inteſtina victimae in Levitico lavantur, ut nihil habeant ſtercoreum. fundatae ſuper baſes aureas. Impoſiti ſuper divina praecepta.

Εἶδος αὐτοῦ ὡς Λίβανος ἐκλεκτός. ὡς κέδροι, φάρυγξ αὐτοῦ γλυκασμοὶ, καὶ ὅλος ἐπιθυμία. οὗτος δὲ ἀδελφιδός μου, καὶ οὗτος πλησίον μου, θυγατέρες Ἰερουσαλήμ.

Species eius ut Libanus electus, ut cedri. Guttur eius dulcedines, & totus concupiſcentia. Hic eſt patruelis meus, & hic proximus meus, filiae Ieruſalem.

Ἐπειδὴ κατὰ τὸ αἰσθητὸν περιφανές ἐστι θέαμα τὸ ὄρος ὁ Λίβανος, πανταχοῦ ταῖς ὑψηλαῖς κέδροις συνηρεφές τε καὶ λάσιον, τούτου χάριν ἐστὶ παρὰ τοῖς αὐτοῖς προφήταις ἰδεῖν τὸ αὐτὸ ὄνομα κατὰ τὴν τῶν δηλουμένων διαφορὰν ἐπαινούμενόν τε καὶ κακιζόμενον. ὅλως οὖν τὸ τοῦ νυμφίου κάλλος ἐκλεκτὸν ὠνόμασε Λίβανον. τὴν πρὸς τὸν ἀπόβλητον Λίβανον διαφορὰν τῶν ἐκλεκτῶν διαστείλασα. τὸ γὰρ σῶμα Χριστοῦ διὰ τῶν καθ' ἑκα-

Quoniam ſecundum ſenſum conſpicuum eſt ſpectaculum mons Libanus, undique proceris cedris conſitus & denſus, propterea eſt apud ipſos Prophetas videre idem nomen iuxta differentiam eorum, quae manifeſtantur, laudatum & vituperatum. Omnino igitur ſponſi pulcritudinem electum nominavit Libanum. Differentiam electorum diſtinguens ab improbato & abiecto Libano. Corpus enim Chriſti per ſingulorum membra completur. Et multa membra unum cor-

1 πηξίον) Scrib. πυξίον. Idemque mendum pagina ſequente.

corpus est, ut ait Apostolus. Guttur eius dulcedines, & omnia eius concupiscibilia. Hic patruelis meus, & hic proximus meus. Patruelis, eo quod ex Iuda sit; Proximus, eo quod ad nos descenderit.

ἕκαστον ἐκπληροῦται μελῶν. καὶ τὰ πολλὰ μέλη ἓν σῶμα γίνεται, καθά φησιν ὁ ἀπόστολος. φάρυγξ αὐτοῦ γλυκασμοὶ, καὶ πάντα αὐτοῦ ἐπιθυμητά. οὗτος ἀδελφιδός μου, καὶ οὗτος πλησίον μου. ἀδελφιδός. διὰ τὸ ἐξ Ἰούδα, πλησίον, διὰ τὸ καταβεβηκέναι πρὸς ἡμᾶς.

Adolescentulae.

Quo abiit patruelis tuus, pulcra in mulieribus? quo declinavit patruelis tuus, & quaeremus eum tecum.

Scifcitantur a sponsa adolescentulae, quo abiit patruelis tuus, vel quo declinavit, ut omnino ubi est discentes adorent in loco, ubi steterunt pedes eius. Quo vero spectat edoctae, ita sistent seipsas, ut etiam ipsis adpareat gloria eius. Quo declinavit patruelis tuus, secessit. Quaerite Dominum omnes sancti eius.

Αἱ νεανίδες.

Ποῦ ἀπῆλθεν ὁ ἀδελφιδός σου ἡ καλὴ ἐν γυναιξίν. ποῦ ἀπέβλεψεν ὁ ἀδελφιδός σου, καὶ ζητήσωμεν αὐτὸν μετά σου.

Πυνθάνονται τῆς νύμφης αἱ νεανίδες, ποῦ ἀπῆλθεν ὁ ἀδελφιδός σου, ἢ ποῦ ἀπέβλεψεν, ἵνα πάντως ὅπου μέν ἐστι μαθοῦσαι προσκυνήσωσιν εἰς τὸν τόπον οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ. ὅπου δὲ βλέπει διδαχθεῖσαι, οὕτω στήσουσιν ἑαυτὰς, ὥστε καὶ αὐταῖς ἀποφθῆναι τὴν δόξαν αὐτοῦ. ποῦ ἀπέβλεψεν ὁ ἀδελφιδός σου. ἀνακεχώρηκε. ζητήσατε τὸν κύριον πάντες οἱ ἅγιοι αὐτοῦ.

Patruelis meus descendit in hortum suum, in areolas aromatis, ad pascendum in hortis, & colligenda lilia.

Illud, descendit, significat, per viam ex Ierosolymis in Hierichuntem descendentem, & a latronibus inventum. Propterea & ipse in descensu eius, qui in hostes incidit, simul progreditur. Descendit igitur ab inenarrabili maiestate in carne manifestatus Deus verbum, ad iterum ornandum hortum, qui desertus erat, virtutum plantatione. Nam per horti aenigma hoc discimus, iterum plantari suum rus a vero Agricola, nos homines. Aromatis vero areolae heic locus esse sponsi & habitatio, a verbo indicantur, hoc discentibus nobis, quod in deserta ac viduata virtutibus anima sponsus moratur. Et si quis iuxta praecedentem sermonem areola aromatis sit producens unguentaria, talis crater sapientiae factus excipit in seipso divinum & merum vinum, per quod gignitur excipienti laetitia. Sermo vero qui deinceps sequitur docet nos, quibus pascuis greges boni Pastoris pinguescunt. Non enim in desertos locos quosdam & spinosos agit oves, ut foeneam herbam metant, sed esca proponitur ipsis hortorum aromata & lilia. Haec vero sunt, quaecumque gravia & veneranda, ut virtus quaedam, & quaedam laus, quae ait a Pastore ad ovium alimentum colligi. Descendit in hortum suum. Ad animas sanctorum, quae in inferno sunt, ad pascendum in hortis, & colligenda lilia.

Ἀδελφιδός μου κατέβη εἰς κῆπον αὐτοῦ, εἰς φιάλας τοῦ ἀρώματος, ποιμαίνειν ἐν κήποις, καὶ συλλέγειν τὰ κρίνα.

Τὸ κατέβη δηλοῖ, ὅτι διὰ τῶν 1 ἀπὸ Ἱεροσολύμων εἰς Ἱεριχὼ καταβάντα, καὶ ἐν τοῖς λῃσταῖς γενόμενον. διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς τῇ καθόδῳ τοῦ ἐμπεσόντος τοῖς πολεμίοις συγκατέρχεται. κατέβη οὖν ἐκ τῆς ἀφράστου μεγαλότητος ἐν σαρκὶ φανερωθεὶς ὁ Θεὸς λόγος, τοῦ πάλιν ποιῆσαι κῆπον τὴν ἔρημον, τῇ τῶν ἀρετῶν φυτείᾳ καλλωπιζόμενον. διὰ γὰρ τοῦ κατὰ τὸν κῆπον αἰνίγματος τοῦτο μανθάνομεν, ὅτι ἀναφυτεύει τὸ ἑαυτοῦ γεώργιον ὁ ἀληθινὸς γεωργὸς τοὺς ἀνθρώπους ἡμᾶς. αἱ δὲ τοῦ ἀρώματος φιάλαι ἐνταῦθα τόπος εἶναι τοῦ νυμφίου καὶ ἐνδιαίτημα, παρὰ τοῦ λόγου μηνύοντα 2. τοῦτο μανθανόντων ἡμῶν, ὅτι ἐν ἐρήμῳ τῶν ἀρετῶν ψυχῇ ὁ νυμφίος αὐλίζεται. καὶ εἴ τις κατὰ τὸν προαποδεθέντα λόγον φιάλη ἀρώματος γίνοιτο φύουσα μυρεψικὰ, ὁ τοιοῦτος κρατὴρ τῆς σοφίας γενόμενος δέχεται ἐν ἑαυτῷ τὸν θεῖον καὶ ἀκήρατον οἶνον, δι' οὗ γίνεται τῷ δεξαμένῳ εὐφροσύνη. ὁ δὲ ἐφεξῆς λόγος διδάσκει ἡμᾶς ποίαις νομαῖς τὰ ποίμνια τοῦ καλοῦ ποιμένος πιαίνεται. οὐ γὰρ εἰς ἐρήμους τόπους τινὰς καὶ ἀκανθοφόρους ἐλαύνει τὰ πρόβατα ὡς τὴν χορτώδη δρέψασθαι πόαν, ἀλλὰ τροφὴ πρόκειται αὐτοῖς τὰ ἐκ τῶν κήπων ἀρώματά τε καὶ κρίνα. τὰ δέ ἐστιν ὅσα σεμνὰ, εἴ τις ἀρετὴ, καὶ εἴ τις ἔπαινος. ἅπερ φησὶ παρὰ τοῦ ποιμένος ἐπὶ τὴν διατροφὴν τῶν προβάτων συλλέγεσθαι. κατέβη εἰς κῆπον αὐτοῦ. πρὸς τὰς ἐν ᾅδου τῶν ἁγίων ψυχάς. ποιμαίνειν ἐν κήποις, καὶ συλλέγειν κρίνα.

Philonis.

Post resurrectionem enim, ecclesias, quae in loco erant, regebat. Colligere vero lilia, eloquia Prophetarum, vel mundos homines.

Φίλωνος.

Μετὰ γὰρ τὴν ἀνάστασιν τὰς κατὰ τὸν τόπον ἐκκλησίας ἐποίμαινε. συλλέγειν δὲ κρίνα, τὰ λόγια τῶν προφητῶν. ἢ τοὺς καθαροὺς ἄνδρας.

Ego

Ἐγὼ

1 διὰ τῶν) Scrib. διὰ τόν. Sed mutilus praeterea locus.

2 μηνύοντα) Scrib. μηνύονται.

Ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου, καὶ ὁ ἀδελφιδός μου ἐμοί. ὁ ποιμένων 1 ἐν τοῖς κρίνοις.

Ταύτας ἄντικρυς μιμεῖται τὰς φωνὰς ὁ Παῦλος, λέγων, ὅτι τῷ Θεῷ ζῇ, νεκρὸς τῷ κόσμῳ γενόμενος. καὶ ὅτι ζῇ ἐν αὐτῷ ὁ Χριστός, οὐδὲ γὰρ κοινωνεῖ ἀτίμῳ ψυχῇ ὁ νυμφίος. μόνῃ δὲ τῇ αὐτῷ ἀνακειμένῃ.

Ego patrueli meo, & patruelis meus mihi; qui pascitur inter lilia.

Has manifeste imitatur voces Paullus dicens, quod Deo vivit, mortuus mundo factus, & quod vivit in ipso Christus. Neque vim communicat cum despicabili anima sponsus, sed cum sola, quae ei reposita est.

Φίλωνος.

Ἐγὼ τὰ ἔργα. αὐτὸς τὸν μισθόν. ποιμαίνων ἐν τοῖς κρίνοις. ἐν τῇ καθαρότητι τῶν γραφῶν.

Καλὴ εἶ ἡ πλησίον μου, ὡς εὐδοκία ὡραία, ὡς Ἱερουσαλήμ. θάμβος, ὡς τεταγμέναι 2.

Εἰ ὁ ἐν ὑψίστοις Θεός, ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρός, ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας ἐν ἀνθρώποις αἵματι καὶ σαρκὶ κατοικίζεται, ἵνα γένηται ἐπὶ γῆς εἰρήνη δηλονότι. ἡ πρὸς ταύτην τὴν εὐδοκίαν τὸ ἑαυτῆς ὁμοιώσασα κάλλος, τὸν Χριστὸν μιμεῖται τοῖς κατορθώμασιν, ἐκεῖνο γινομένη τοῖς ἄλλοις, ὅπερ ὁ Χριστὸς τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων ἐγένετο. τὸ δὲ αὐτὸ μέγεθος, καὶ ἡ τῆς Ἱερουσαλὴμ ὁμοιότης ἐνδείκνυται. ἣν πόλιν τοῦ μεγάλου βασιλέως εἶναι μανθάνομεν. ἡ γὰρ χωρήσασα ἐν ἑαυτῇ τὸν ἀχώρητον, ὥστε ἐνοικεῖν αὐτῇ καὶ ἐμπεριπατεῖν τὸν Θεόν, τῇ ὡραιότητι τοῦ ἐν αὐτῇ κατοικοῦντος καλλωπισθεῖσα, Ἱερουσαλὴμ ἐπουράνιος γίνεται, τὸ ἐκείνης κάλλος ἐφ' ἑαυτῆς δεξαμένη. ἐπειδὴ δὲ καὶ ἡ τάξις τῶν νοητῶν καὶ ὑπερκοσμίων δυνάμεως ἀσύγχυτος εἰς τὸ διηνεκὲς μένει, μηδεμιᾶς κακίας ἀνατρεπούσης τὴν εὐταξίαν. διὰ τοῦτο καὶ ἡ πρὸς μίμησιν ἐκείνων ψυχή, πάντα κατὰ τάξιν καὶ εὐσχημόνως ποιοῦσα, τοιοῦτον ἐφ' ἑαυτὴν κινεῖ τὸ θαῦμα. ὡραία ὡς Ἱερουσαλήμ.

Philonis.

Ego, opera; ipse, mercedem. Qui pascitur inter lilia, in puritate Scripturarum.

Pulcra es, proxima mea, ut bona voluntas; speciosa, ut Ierusalem; stupor, ut acies ordinata.

Si altissimus Deus, qui est in sinu Patris propter bonam voluntatem, inter homines sanguini & carni commiscetur, ut fiat pax in terra videlicet, quae huic bonae voluntati suam pulcritudinem adsimilet, Christum imitatur officiis, illud facta aliis, quod Christus naturae hominum factus est. Ipsa vero magnitudo, & Ierusalem similitudo demonstratur, quam civitatem magni Regis esse discimus. Quae enim cepit in seipsa quod capi non potest, ita ut inhabitaret in ea, & inambularet Deus, specie inhabitantis in ea ornata, Ierusalem caelestis est, quae illius pulcritudinem in se ipsa excepit. Quoniam vero & ordo intelligibilium & supermundanarum virtutum inconfusus perpetuo manet, nulla malitia evertente bonum ordinem; propterea & anima ad illorum imitationem, omnia ordinate, & concinne faciens, huiusmodi de se movet admirationem. Speciosa ut Ierusalem.

Φίλωνος.

Διὰ τὴν εὐπάθειαν τῆς ὑπακοῆς. διὰ τὸ καθαρὸν τῆς σαρκός.

Ἀπόστρεψον ὀφθαλμούς σου ἀπεναντίον μου. ὅτι ἀνεπτέρωσάν με.

Ὡς ἐλθούσης αὐτῆς ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς τελειώσεως λέγει. τῇ σῇ συνέβην προκοπῇ. καὶ ἀνεπτερώθη χωρισάσης τοῦ ἐνορᾶν, καὶ μὴ περαιτέρω τῆς οἰκονομίας ζήτει. ἀπόστρεψον ὀφθαλμούς σου ἀπ' ἐναντίον μου.

Philonis.

Per iucunditatem obedientiae; per carnis munditiem.

Averte oculos tuos a conspectu meo; quia volucrem fecerunt me.

Tamquam veniente ipsa ad summum perfectionis, ait: simul ivi tecum in progressu, & alas sumsit, refugiente spectari, & ne quaere ultra oeconomiam. Averte oculos tuos a conspectu meo.

Φίλωνος.

Οἱ ὀφθαλμοί σου τὰς ἐμὰς ὁδοὺς τηρείτωσαν. τοῦτο γὰρ ἐφεξελτέ με 3 εἰς πόθον σου θάμβος ὡς τεταγμέναι. θάμβος. θαμβοῦνται γὰρ αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις ὡς τάγμασι παραβάλλεσθαι. τὸ ἐπίφοβον αὐτῆς. τεταγμέναι ὡς ἀγγελικαὶ δυνάμεις, παρ' αἷς οὐδὲν ἄτακτον.

Philonis.

Oculi tui vias meas servent; hoc enim, attrahe me in desiderium tuum. Stupor, ut acies ordinata. stupor. stupent enim adversae potestates, ita ut aciebus comparetur terribilitas eius. Ordinatae sicut Angelicae potestates, apud quas nihil inordinatum.

Τρί- Co-

1 ποιμένων) Scrib. ποιμαίνων.
2 τεταγμέναι) Scrib. τεταγμένη.
3 ἐφεξελτέ με) Scrib. ἐφείλκυσέ με.

Coma tua, ut greges caprarum, quae adparuerunt de Galaad; dentes tui, ut groges tonsorum, quae adscenderunt de lavacro; omnes gemellis foetibus, & sterilis non est in eis.

Totius corporis sensitiva potentia gubernari solos capillos vidimus, partem quidem exsistentes corporis, sensus vero expertes. Quoniam igitur secundum Paulli vocem, gloria mulieris coma est, per cincinnos caput venustum faciens, id per laudem capillorum sponsae docemur, quod oportet eos, qui circa caput sponsae spectantur, per quos Ecclesia glorificatur, praestantiores esse sensibus, abscondentes sensum per sapientiam; quibus non visio, boni diiudicatio est, non gustu bonum probatur, nec ullo alio sensuum, sed omni sensu mortificato per solam animam bona intelligibilia adtingunt, & adpetunt. Haec vero, &, iam dudum enarrata, singillatim iterum, exiliterque exponere, supervacaneum.

Philonis.

Coma tua sicut greges. Multitudo anterioris populi, qui mortuus erat. Vt greges tonsarum, scilicet, ovium, quae adscenderunt de lavacro; eorum, qui veterem hominem exsuerunt. Omnes gemellis foetibus, fide, & actione.

Vt funiculus coccineus, labia tua, & loquela tua speciosa. Vt cortex mali punici mala tua, extra silentium tuum.

Funiculus super labrum positus, aenigmate significat ministerium mensuratum a Verbo; quem Propheta custodiam, & ostium continentiae nominavit. Mensurae vero nomen esse funiculum etiam a Prophetia Zachariae didicimus, quia funiculum geometricum habebat in manibus, qui in ipso loquebatur, Angelus. Tunc vero maxime est mensurae ratio, quando circumsignatus est fluento, quod sanguinis eius, qui redemit nos, signum est. Si quis igitur secundum Paullum habet loquentem in seipso Christum, qui proprio sanguine nos redemit, hic habet geometricum funiculum super os, tinctura sanguinea decoratum. Tamquam funiculus coccineus labia tua: sumtione poculi. Et loquela tua speciosa. Confessio; extra silentium tuum, in tempore prolata, neque intempestiva, neque importuna.

Sexaginta sunt reginae, & octoginta concubinae, & adolescentulae, quarum non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea; una est matri suae. Electa est genitrici suae. Reginae, & concubinae laudabunt eam.

Hoc per praecedentia dicta philosophari verbum subspicamur, differentiam animarum, quae ad sponsum respiciunt; has quidem enim nominat adolescentulas, quae vicerunt numeri naturam per multitudinem; alias vero concubinas, & alias reginas esse ait.

Phi-

Τρίχωμά σου ὡς ἀγέλαι τῶν αἰγῶν, αἳ ἀνεφανησαν ἀπὸ τοῦ Γαλαὰδ ὀδόντες σου ὡς ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων, αἳ ἀνέβησαν ἀπὸ τοῦ λουτροῦ. αἱ πᾶσαι διδυμεύουσαι. καὶ ἀτεκνοῦσα οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς.

Παντὸς τοῦ σώματος αἰσθητικῇ δυνάμει διοικουμένας μόνας ὁρῶμεν τὰς τρίχας, μέρος μὲν οὔσας τοῦ σώματος, ἀμοιρούσας δὲ αἰσθέσεως. ἐπειδὴ τοίνυν κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνὴν δόξα τῆς γυναικός ἐστιν ἡ κόμη, διὰ τῶν πλοκάμων τὴν κεφαλὴν ὡραΐζουσα, τοῦτο διὰ τοῦ ἐπαίνου τῶν τῆς νύμφης τριχῶν διδασκόμεθα, ὅτι χρὴ τοὺς περὶ τὴν κεφαλὴν τῆς νύμφης θεωρουμένους, δι᾽ ὧν ἡ ἐκκλησία δοξάζεται, κρείττους τῶν αἰσθήσεων εἶναι, κρύπτοντας διὰ τῆς σοφίας τὴν αἴσθησιν. οἷς οὐχ ὅρασις τοῦ καλοῦ κριτήριον γίνεται οὐ τῇ γεύσει τῶν ἀγαθῶν δοκιμάζεται, οὐκ ἄλλῳ τινὶ τῶν αἰσθητηρίων. ἀλλὰ πάσης νεκρωθείσης τῆς αἰσθήσεως διὰ μόνης τῆς ψυχῆς τῶν κατ᾽ ἐπινοίαν φαινομένων ἀγαθῶν ἐφάπτονται καὶ ἐπορέγονται. ταῦτα δὲ καὶ πρώην ἑρμηνευθέντα, τὸ καθ᾽ ἓν αὖθις λεπτύνειν περίεργον.

Φίλωνος.

Τρίχωμά σου ὡς ἀγέλαι. τὸ πλῆθος τοῦ πρώην λαοῦ νεκροῦ ὄντος. ὡς ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων. ἤτοι προβάτων, αἳ ἀνέβεσαν ἀπὸ τοῦ λουτροῦ. τῶν ἀποδυσαμένων τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον. αἱ πᾶσαι διδυμεύουσα, πίστει καὶ πράξει.

Ὡς σπαρτίον κόκκινον χεῖλη σου. καὶ ἡ λαλία σου ὡραῖα. ὡς λέπυρον τῆς ῥοᾶς μῆλον σου, ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου.

Τὸ ἐπὶ τοῦ χείλους σπαρτίον τιθέμενον, τὴν μεμετρημένην παρὰ τοῦ λόγου διακονίαν παραδηλοῖ τῷ αἰνίγματι. ὅπερ ὁ προφήτης φυλακήν τε καὶ θύραν περιοχῆς κατωνόμασε. μέτρου δὲ ὄνομα τὸ σπαρτίον εἶναι, καὶ παρὰ καὶ προφητείας Ζαχαρίου μεμαθήκαμεν. ὅτι σπαρτίον γεωμετρικὸν εἶχεν ἐν χερσὶν ὁ ἐν αὐτῷ λαλῶν ἄγγελος. τότε δὲ μάλιστα τυγχάνει τοῦ μέτρου ὁ λόγος, ὅτε περικεχρωσμένος τυγχάνει τῷ ῥεύματι, ὅπερ τοῦ αἵματος τοῦ λυτρωσαμένου ἡμᾶς αἴνιγμα γίνεται. ἐὰν οὖν τις κατὰ τὸν Παῦλον ἔχει λαλοῦντα ἐν ἑαυτῷ τὸν Χριστὸν, τὸν τῷ ἰδίῳ αἵματι ἡμᾶς λυτρωσάμενον, οὗτος ἔχει τὸ γεωμετρικὸν σχοινίον ἐπὶ τοῦ στόματος τῇ βαφῇ τῇ αἱματώδει. καλλωπιζόμενον. ὡς σπαρτίον κόκκινον χείλη σου. τῇ μεταλήψει τοῦ ποτηρίου καὶ ἡ λαλιά σου ὡραῖα. ἡ ἐξομολόγησις, ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου, ἐπὶ καιροῦ προσφερομένη, οὔτε ἄωρος, οὔτε ἔξωρος.

Ἑξήκοντά εἰσι βασίλισσαι, καὶ ὀγδοήκοντα παλλακαὶ, καὶ νεανίδες ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. μία ἐστὶ περιστερά μου, τελεία μου. μία ἐστὶ τῇ μητρὶ αὐτῆς. ἐκλεκτή ἐστι τῇ τεκούσῃ αὐτήν. βασίλισσαι καὶ παλλακαὶ αἰνέσουσιν αὐτήν.

Τοῦτο διὰ τῶν προκειμένων ῥητῶν φιλοσοφεῖν τὸν λόγον ὑπονοοῦμεν τὴν διαφορὰν τῶν ψυχῶν, αἳ πρὸς τὸν νυμφίον ὁρῶσι. τὰς μὲν γὰρ ὀνομάζει νεανίδας. τὴν τοῦ ἀριθμοῦ φύσιν διὰ τοῦ πλήθους νικώσας, ἄλλας δὲ παλλακίδας, καὶ ἄλλας βασιλίσσας εἶναί φησι.

Φί-

Φίλωνος.

Ὀκτὼ δεκάδας τὸν ἀριθμὸν εἶναι ἐπιγράψας, τὰς δὲ βασιλίσσας συντελεῖν λιπὸν [1] εἰς ἑξήκοντα ὑπερτίθησι δὲ πασῶν τὴν ἐν τῇ μονάδι θεωρουμένην τελείαν περιστεράν. ἣν καὶ μόνην τῇ μητρὶ, καὶ ἐκλεκτὴν εἶναι τῇ τεκούσῃ αὐτὴν ἀποφαίνεται. ταῦτα οὖν διὰ τῶν θείων λογίων τούτων νοεῖν ἐναγόμεθα ὅτι οἱ μὲν ἄρτι καθάπερ νηδύος τινὸς τῆς ἐν βάθει κειμένης ἀπάτης ἔξω γενόμενοι, ἀρτιγενεῖς τινὲς, ὄντες, καὶ οὔπω διηρθρωμέναι ἐν ἑαυτοῖς τὸν λόγον χωρήσαντες, τῇ ἀλογωτέρᾳ πως συγκαταθέσει τῆς πίστεως ἐν ἀπείρῳ θεωροῦνται πλήθει. αὗται οὖν εἰσὶν αἱ ὀνομασθεῖσαι νεάνιδες, διὰ τὸ ἔτι νέαν ἄγειν τὴν πνευματικὴν ἡλικίαν, καὶ μηδέπω φθάσαι εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον γαμικῆς ἡλικίας. ὥστε τὰ τῷ φόβῳ τοῦ κυρίου δύνασθαι κυοφορῆσαι, καὶ πνεῦμα σωτηρίας παιδοποιήσασθαι. τῶν δὲ διὰ τῆς καθηκούσης ἐπιμελείας αὐξηθέντων τῇ διανοίᾳ, καὶ καταλιπόντων ἤδη τὴν νηπιότητα, διπλῆν ὑπὸ τοῦ λόγου τὴν διαφορὰν διδασκόμεθα αἱ μὲν οὖν διὰ τῆς τελειοτέρας διαθέσεως πόθῳ τῆς ἀφθαρσίας ἀνακραθεῖσαι τῇ τοῦ θεοῦ καθαρότητι, βασίλισσαι διὰ τὴν κοινωνίαν τῆς καθαρότητος κατονομάζονται. τὰς δὲ τῷ τῆς ἀπειλῆς δουλικῷ φόβῳ τὴν ἀρετὴν ἐκπονούσας παλλακίδας ὀνομάζει ὁ λόγος. ταύτην δέ μοι δοκεῖ τὴν διαστολὴν τῶν δύο ταγμάτων ἡ κατὰ τοὺς ἀριθμοὺς διαφορὰ παραδηλοῦν δι' αἰνίγματος. πῶς τοῦτό φησι. ἕξ εἰσὶν ἐντολαὶ, δι' ἧς ἡ βασιλεία τοῖς δεξιοῖς ἑτοιμάζεται. λογισώμεθα τούτων ἑκάστην τὸ δεσποτικὸν εἶναι τάλαντον, ὃ προσήκει περὶ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ πιστοῦ οἰκέτου δεκαπλασιασθῆναι διὰ τῆς ἐργασίας. εἰ τοίνυν διὰ τῶν ἓξ τούτων ἐντολῶν ἡ τῆς βασιλείας γίνεται κοινωνία τῇ ψυχῇ, τὸ δὲ τέλειον τῆς ἐργασίας ἐφ' ἑκάστης ἐστὶ, τὸ δεκαπλασιάσαι τὴν ἐντολήν. εὑρίσκομεν ἐκ τοῦ ἀκολούθου τὴν μίαν βασίλισσαν εἰς ἑξήκοντα πλατυνομένην. ἀκολούθως καὶ διὰ τῶν ὀγδοήκοντα τὸ τῆς ὀγδόης μυστήριον παραδηλοῦται. ὅ ἐστιν ὁ μέλλων ἐών [2]. πρὸς ὃν βλέποντες οἱ τῷ λόγῳ παιδαγωγούμενοι τῆς τῶν κακῶν κοινονίας ἐπέργονται. οἷόν τινα μνᾶν ἢ τάλαντον κατὰ τὸ ἐν εὐαγγελίοις δεκαπλασιάσαντες διὰ τῆς ἐργασίας τὸ χρῆμα τοῦ φόβου πρὸς τὸν ἀριθμὸν τῶν ὀγδοήκοντα. καὶ οὕτω τῇ δευτερευούσῃ μετὰ τὴν βασιλίδα ψυχῇ φόβῳ καὶ οὐκ ἀγάπῃ τὸ καλὸν κατεργάζεται. πλὴν εἰ ἔξω βάλλει τελείως κατὰ τὸ γεγραμμένον ἡ ἀγάπη τὸν φόβον, καὶ μεταποιηθεὶς ὁ φόβος ἀγάπη γένοιτο, τὸ εὑρίσκεται [3] μονὰς τὸ σωζόμενον, ἐν τῇ πρὸς τὸν μόνον ἀγαθὸν συμφυΐᾳ πάντων ἀλλήλοις ἑνωθέντων, διὰ τῆς κατὰ τὴν περιστερὰν τελειότητος. καὶ ἓν σῶμα καὶ ἓν πνεῦμα γενόμενοι ἁπάντων διὰ τῆς μιᾶς ἐλπίδος, εἰς ἣν ἐκλήθημεν. ὁ τοίνυν ἐκ μὲν νηπίου εἰς ἄνδρα τέλειον ἀναδραμὼν διὰ τῆς αὐξήσεως, καὶ φθάσας εἰς τὸ μέτρον τῆς νοητῆς ἡλικίας. ἐκ

Philonis.

Octo decades numero esse quum inscripserit, Reginas restat ut perficiat in sexaginta; superimponit vero omnibus perfectam columbam, quae in unitate consideratur, quam etiam solam matri, & electam esse genitrici suae declarat. Haec igitur per divina haec eloquia intelligere inducimur, quia illi, qui recens, tamquam ex utero quodam in profundo posito, ex seductione exierunt, recens geniti quidam sunt; & nondum articulatum in seipsis sermonem capientes irrationabili quodammodo approbatione fidei in infinita multitudine spectantur. Hae igitur sunt, quae adolescentulae nominantur, quia adhuc novam agunt spiritalem aetatem, & nondum evaserunt in hominem perfectum, in mensuram nubilis aetatis, ita, ut possint concipere ea, quae a timore Domini procedunt, & parere spiritum salutis. Quum vero per convenientem curam creverint mente, & infantiam iam dereliquerint, duplicem a Sermone differentiam discimus. Hae igitur per perfectiorem dispositionem desiderio incorruptionis puritati Dei immixtae, Reginae per communionem puritatis nominantur: illas vero servili minarum metu virtutem laborantes, concubinas vocat Verbum. Hanc mihi videtur distinctionem duorum ordinum differentia secundum numeros per aenigma significare. Quomodo hoc, inquit. Sex sunt praecepta, per quae regnum dextris praeparatur; cogitemus horum quodlibet Dominicum esse talentum, quod convenit a bono, & fideli servo decies multiplicari per operationem. Itaque si per sex haec praecepta regnum cum anima communicatur, perfectio vero operationis in quolibet est decies multiplicare praeceptum, invenimus consequenter unam reginam in sexaginta extensam. Consequenter etiam per illas octoginta octavae mysterium manifestatur; quod est futurum saeculum, ad quod respicientes, qui a Verbo instituti. & recti sunt, a malorum communione prohibentur, veluti mnam quamdam, vel talentum, iuxta illud in Evangelio, decies multiplicantes per operationem negocium timoris ad numerum illarum octoginta. Atque ita animae, quae post reginam venit, timore, & non dilectione bonum operatur, praeterquam si extra eiiciat perfecte, iuxta illud quod scriptum est, Dilectio timorem; & transformatus timor dilectio fiat; & hoc reperitur monas, quod salvatur, in cognatione cum unico bono, omnibus invicem unitis per perfectionem secundum columbam. Et unum corpus, & unus spiritus facti omnium per unam spem, in quam vocati sumus. Qui igitur ex infante in virum perfectum recurrit per augmentum, & pervenit in mensuram intelligibilis aetatis. Ex ancilla autem, & concubina regni dignitatem adsumens, capax spiritus gloriae factus per apathiam, & puritatem, hic

1 λιπόν) Scribe, λοιπόν. Sed mutilus iste locus est, & rescribendum arbitror. Ὀκτὼ δεκάδας τὸν ἀριθμὸν εἶναι τὰς παλλακὰς ἐπιγράψας, τὰς δὲ βασιλίσσας λοιπὸν συντελεῖν εἰς ἑξήκοντα.

2 ἐών) Scrib. αἰών.

3 τὸ εὑρίσκεται) Scrib. τό τε ε.

est perfecta columba. Quoniam igitur & quod generatur ex spiritu spiritus est, columba omnino, & filii mater est, quam super Iordanem de caelo devolantem, sicut Ioannes testatur, hanc beatam dicunt adolescentulae. Hanc ignorant concubinae, & reginae. Communiter enim ex omni re proponitur cunctis animabus cursus ad huiusmodi beatitatem. Et natura est omnibus ad sectionem opportunam, & laudatam concupiscentiae contendere; ita ut, si beatam dicunt columbam filiae, laudantque concubinae, & reginae, concupiscunt omnino fieri columbae etiam hae. Donec omnibus unum factis ad eumdem concupiscentiae scopum respicientibus, & nulla in aliquo malitia relicta, fiat Deus omnia in omnibus. Sexaginta sunt reginae, & octoginta concubinae, quae ex duodecim tribubus purgatae quinque sensibus animae; ut & superius sexaginta potentes in circuitu eius. Vna est & innocens Ecclesia Christi. Vna est matri . . . .

ἡ τῆς δούλης τε καὶ παλλακίδος τὴν τῆς βασιλείας ἀξίαν μεταλαβὼν, δεκτικὸς τῆς τοῦ πνεύματος δόξης γενόμενος δι' ἀπαθείας καὶ καθαρότητος, οὗτός ἐστιν ἡ τελεία περιστερά. ἐπεὶ οὖν καὶ τὸ γεγενημένον ἐκ τοῦ πνεύματος πνεῦμά ἐστι, περιστερὰ πάντως καὶ ἡ τοῦ τέκνου μητήρ ἐστιν, ἡ ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην ἐξ οὐρανοῦ καταπτάσασα, καθάπερ Ἰωάννης μαρτύρεται. ταύτην μακαρίζουσιν αἱ νεανίδες. ταύτην ἀγνοοῦσι παλλακαὶ καὶ βασίλισσαι. κοινῶς γὰρ ἐκ παντὸς πράγματος πρόκειται πάσαις ταῖς ψυχαῖς ὁ δρόμος πρὸς τὴν τοιαύτην μακαριότητα. καὶ φύσις ἐστὶ πᾶσι πρὸς τόμα καίριόν τε καὶ αἰνούμενον τῆς ἐπιθυμίας συντάνεσθαι, ὥστε εἰ μακαρίζουσι τὴν περιστερὰν αἱ θυγατέρες. αἰνοῦσι τε παλλακαὶ καὶ βασιλίδες, ἐπιθυμοῦσι πάντως γενέσθαι περιστεραὶ καὶ αὗται. ἕως ἂν πάντων ἓν γενομένων τῶν πρὸς τὸν αὐτὸν τῆς ἐπιθυμίας βλεπόντων σκοπὸν, καὶ μηδεμιᾶς ἐν μηδενὶ κακίας ὑπολειφθείσης, γένηται ὁ θεὸς πάντα ἐν πᾶσι. ἑξήκοντά εἰσι βασίλισσαι, καὶ ὀγδοήκοντα παλλακαὶ, αἱ ἐκ τῶν δώδεκα φυλῶν καθαρεύουσαι ταῖς πέντε αἰσθήσεσι ψυχαί. ὡς καὶ ἀνωτέρω ἑξήκοντα δυνατοὶ κύκλῳ αὐτῆς. μία ἐστὶν ἡ ἄκακος ἐκκλησία Χριστοῦ. μία ἐστὶν τῇ μητρί . . . .

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ ΔΙΑΚΟΝΟΥ

ΕΞΗΓΗΣΙΣ

ΕΙΣ ΤΟ ΑΣΜΑ ΤΩΝ ΑΣΜΑΤΩΝ.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΔΙΑΦΟΡΩΝ

ΕΙΣ ΤΟ ΑΣΜΑ ΤΩΝ ΑΣΜΑΤΩΝ

Ὑπὸ Πολυχρονίου Διακόνου συναχθεῖσα.



Τὰ πρόσωπα τοῦ βιβλίου τοῦ ᾄσματος.



Νυμφίος, ὁ κύριος ἡμῶν. νύμφη, ἡ ἐκκλησία. φίλοι τοῦ νυμφίου, ἄγγελοι καὶ ἅγιοι. νεανίδες, αἱ τῆς ἐκκλησίας ἀκόλουθοι. Τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων τὸν τρόπον ὑποδείκνυσι τῆς τῶν ψυχῶν τελειότητος, ἐν σχήματι νυμφίου καὶ νύμφης πρὸς τὸν Θεὸν λόγον τῆς ψυχῆς περιέχον οἰκείωσιν.

Ἆσμα τῶν ᾀσμάτων, ὅ ἐστι Σαλομών.

Ἆσμα ᾀσμάτων καλεῖται, ἐπειδὴ πᾶσα ἡ θεία γραφὴ περὶ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας προφητεύει τοῦ λόγου προηγουμένως. οἱ δὲ περὶ τῶν ἐθνῶν λόγοι καὶ τῶν ἁμαρτανόντων, παρακολούθημα. καὶ αἱ μὲν ἄλλαι γραφαὶ τὸ προηγούμενον τοῦτο λέγουσιν. οἷον Μωϋσῆς μέν.
„ προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει κύριος ὁ Θεὸς ἐκ
„ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ. Ἠσαΐας δέ.
„ ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξε-
„ ται υἱόν. καὶ ἐστὶ ταῦτα πάντα καὶ τὰ λοιπὰ ᾄσματα, περὶ τοῦ ἐρχομένου σωτῆρος ᾄδοντα. τὸ δὲ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων, ὡς ἐλθόντα τοῦτον ὑποδείκνυσιν. καὶ ὡς ἐπὶ συζυγίᾳ τοῦ λόγου, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ἐπιθαλάμιον ᾄδει· καὶ οὐκ ἔχει τί ἀπειλῆς ἢ θυμοῦ, ἀλλ' εὐφροσύνης οἱ λόγοι. παρόντος γὰρ τοῦ νυμφίου, πάντα γέμει χαρᾶς. αὐτὸς γὰρ ἡμῶν τὰς λύπας ἔστρεψεν εἰς χαράν. ὥσπερ οὖν μετὰ τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ παρουσίαν οὐκ ἔτι προσδοκᾶται προφήτης, οὕτως οὐκ ἔστιν τοῦ παρόντος ᾄσματος ᾆσμα καινότερον. τί γάρ ἐστι μετ' αὐτὸν προσδοκᾷν, ἢ ἀνάστασίν τε καὶ κρίσιν. διὰ λόγων δὲ πεπλήρωται τὸ βιβλίον τοῦ παλαιοῦ λαοῦ, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος, πρὸς τὸν λόγον καὶ τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας, καὶ τοῦ λόγου πρὸς αὐτὸν, καὶ τὴν ἀνθρωπότητα. καὶ τῆς ἐξ ἐθνῶν πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ περί τε ταύτης καὶ ἑαυτῆς, καὶ τῶν διακονούντων ἀγγέλων, πρὸς τοὺς κληθέντας τὸ κήρυγμα. ἀκρο-

POLYCHRONII DIACONI

ENARRATIO

IN CANTICVM CANTICORVM. 1

ENARRATIO DIVERSORVM

IN CANTICVM CANTICORVM

A Polychronio Diacono collecta.

Personae libri Cantici.



Sponsus, Dominus noster. Sponsa, Ecclesia. Amici sponsi, Angeli & Sancti. Adolescentulae, Ecclesiae sequaces.

Canticum Canticorum modum subindicat animarum perfectionis; in figura sponsi & sponsae continens animae familiaritatem cum Deo Verbo.

Canticum Canticorum, quod est Salomon.

Canticum Canticorum vocatur, quoniam omnis divina Scriptura de carnali adventu Verbi in antecessum vaticinatur. Sermones vero de gentibus & peccatoribus, consectarium. Et aliae quidem Scripturae praecedens hoc dicunt, veluti Moses quidem: *Prophetam vobis suscitabit Dominus, & fratribus vestris, tamquam me.* Esaias vero: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium.* Et sunt haec omnia & reliqua cantica de venturo Servatore canentia. Canticum vero Canticorum, hunc tamquam qui venerit ostendit. Et velut in coniugio Verbi, & humanae naturae, epithalamium canit; & non habet aliquid minarum vel irae, sed laetitiae sermones sunt. Praesente enim sponso, omnia plena gaudii. Hic enim tristitiam nostram convertit in gaudium. Vt igitur post carnalem eius praesentiam haud amplius exspectatur Propheta, ita nullum est praesente Cantico Canticorum recentius. Quid enim est post ipsum exspectandum, nisi resurrectio & iudicium. Per sermones vero expletus est liber antiqui populi, & humanae naturae; ad Verbum Ecclesiae, quae ex gentibus collecta est, & Verbi ad ipsam & naturam humanam; & Ecclesiae Gentium ad Ierusalem, & Ierusalem de hac & seipsa; & ministrantium Angelorum, ad vocatos praedicatio. Au-

1 De Polychronio. Exstat ad Polychronium quemdam Isidori Pelusiotae epistola LIX. lib. IV Meminit quoque Polychronii Ariani Nicephorus Hist. Eccles. lib. XIV. cap. X. Denique Episcopi Apameensis, eodem libro, cap. XXX. Alius, monachus Monotheleta, condemnatus a sexta Synodo, apud Photium. Huius nostri puto esse Periochas in Prophetas minores, una cum Hesychii Presbyteri Ierosolymitani, & Theodoreti in eosdem Periochis, quae exstant in Bibliotheca Augustana. A Exstat Commentarius eiusdem in Ecclesiasten, & Iobum in Bavarica. Item in Proverbia Salomonis in Bibliotheca Regis Catholici ad D. Laurentium in Scoriaco. Argumentum in Ezechielem huius ipsius cum Isagoge Hadriani edidit, vir de litteris Graecis egregie meritus, David Hoeschelius anno CIↃ. IↃ. CII. Haec Collectanea in Canticum Canticorum, adservantur item in Bibliotheca Serenissimi Bavariae Ducis.

diuntur enim sponsae coaetaneae ad maius desiderium redaccensae. Et sponsus amicorum chorum, vel Spirituum sanctorum, vel Prophetarum, adducit. Hi vero gaudent audientes vocem sponsi. Sponsa vero Ecclesia. Et Salomon quidem epithalamium canit. Ioannes autem Auspex est, amicus sponsi. Esaias vero instrumentum dotale scribit sumens Tomum novum. Et David sponsam ornat, Audi, dicens, filia. Dat sponsus servos Paullum, & Timotheum. Sponsa, Ancillas. Adducentur regi. Ordinem vero optimum substituit Salomon. Quum enim animae adhuc iuvenescenti proverbia supposuisset, iussit amare sapientiam. In Ecclesiaste autem quum docuisset contemnere visibilia fluxa & vana, & elevasset ad perpetuo manentia; nunc ita mundatam & perfectam coniungit ipsi soli & vero bono, persuadens non poenarum timore, neque mercedis spe; servilia enim utraque, dilectionis vero philtro accurrere ad Deum. In multis vero Salomon in figuram veri Regis adsumitur; pacificus enim dicitur, & templum aedificat, & sapientiam immensam habet, & regnat Israelis, & iudicat populum in iustitia, & ex semine David est, & AEthiopum Regina ad eum accedit, quae figurate in antecessum describunt Evangelii potentiam.

MICHAEL PSELLVS, patria erat Constantinopolitanus, vetusta & nobili, consulari utpote ac patricia prosapia oriundus. Quinquennis praeceptori traditus adeo in omni litterarum genere profecit, ut summum seculi sui decus evaderet, σοφώτατος καὶ τῶν φιλοσόφων ὕπατος, uti ipsum vocant Zonaras, & Cedrenus, ut recentiorum encomia iam taceam. Claruit anno 1050. & deinceps, summisque in republica honoribus, & officiis functus est. Erat enim Senator CP. a Michaele Stratiotico una cum aliis principibus viris ad Isaacium Comnenum legatus missus: eiusque praecipue opera in deponendo Michaele Cerulario usus est idem Comnenus. Praecipue curae eius commissus est Michael Ducas, bonis litteris, bonisque moribus imbuendus, quem proinde ad omne disciplinarum genus accurate formavit; immo ope eius, & consilio ipse Ducas anno 1071. in Imperatorem evectus est. At post sexennium exauctorato Michaele Duca ipse quoque Psellus dignitatibus exutus, abrasa coma, habitum Monachalem induit; & relicta urbe regia, non diu postea vitam cum morte commutasse videtur. Vir plane admirandus, & qui omnes fere saeculi sui eruditos dicendi copia, ingenii acumine, doctrinae profunditate, longo post se intervallo reliquit. Eum veluti in Ecclesiam Latinam iniquiorem, schismaticis, quos vocat, adnumerat Iosephus Episcopus Methonensis, ipsumque in expositione fidei ad Michaelem Ducam adfirmasse Spiritum S. ex solo Patre procedere non uno in loco fatetur ipse Allatius. Scripsit pene infinita, Philosophica, Mathematica, Medica, Historica, Theologica. Hic ergo Psellus, ut doctrina praestantissimus, ita omnium πολυγραφώτατος fuit. *Ausim dicere, neminem ea, vel subsequente aetate, Graece vel invenisse acrius, vel ordinasse aptius, vel loquutum eloquentius, vel profundius res pertractasse. Nulla fuit scientia, quam ipse vel notis non illustraverit, vel compendio non tentaverit, vel optima methodo non expedierit*, inquit Leo Allatius *Diatriba* quam edidit *de Psellis eorumque scriptis* pag. 42. quamque in recensendis Pselli operibus, praecipue τοῖς ἀνεκδότοις, non exiguam mihi lucem praetulisse lubens profiteor.

OPERA typis excusa.

Carmina, seu Paraphrasis metrica in Cantica Canticorum, ad Nicephorum Botoniatem Imp. prodiit Lat. *Venet.* 1573. 4 *Antuerp.* 1615. 8. Graece cura Io. Meursii, *Lugd. Bat.* 1617. 4.

Commentarius in Cantica Canticorum ex tribus Patribus, Gregorio Nysseno, Nilo, & Maximo, a Psello, uti creditur, collectus. Prodiit saepius Lat. inter Theodoreti opera, Gr.-Lat. vero in *Auctario Duceano* Tom. II. pag. 681.

Capita quaedam de Trinitate, & Persona Christi ad Michaelem Imp. Gr.-Lat. cum Notis Woegelini *Augustae* 1608. 8.

Iambi in vitia, & virtutes, & Anagogae in Tantalum & Circen, & Allegoria de Sphinge. Gr.-Lat. *Basil.* 1544. 8.

De operatione Daemonum Dialogus, Lat. *Paris.* 1577. Gr.-Lat. cum notis Giberti Gaulmini. *Paris.* 1615. 8. Excerpta eius a Marsilio Ficino collecta, & Latina facta, pluries prodierunt.

Expositio, seu Scholia in Oracula Chaldaica, quae a nonnullis Proclo Lycio adscribitur. Prodiit Gr.-Lat. a Fr. Patricio in *nova Philosophia* edita *Venet.* 1593. & una cum Oraculis Sibyllinis *Paris.* 1599. 8.

Brevis dogmatum Chaldaicorum declaratio, Gr.-Lat. a Patricio edita *Venet.* 1593.

De facultatibus animae liber, Gr.-Lat. cum Origenis Philocalia *Paris.* 1624. 4

Adnotationes in aliquot Gregorii Nazianzeni loca, Lat. a Iac. Billio editae cum Gregorii Nazianzeni operibus.

Ora-

Oratio Panegyrica in Simeonem Metaphrastem, Lat. apud Surium XXII. Novembr. Gr.-Lat. apud L. Allatium *de Scriptis Simeon.* p. 223.
Officium pro eius commemoratione a Psello compositum, Gr.-Lat. ibid. p. 236.
Synopsis Legum versibus Iambicis, & Politicis.
Carmina politica de Dogmate,
Carmina de Nomocanone.
Libellus de VII. sacris Synodis Oecumenicis. Opuscula ista quatuor Gr.-Lat. cum notis edidit Fr. Bosquetus *Paris.* 1632. 8.
De cibariorum facultate, utilitate, & noxa Syntagma, ex medicis libris collectum, cui pauca quaedam addidit Simeon Sethus Magister Antiochenus. Opus a Setho interpolatum sub istius nomine, Gr.-Lat. prodiit, *Basil.* 1538. 8.
De Podagra liber, ab Anonymo quodam tempore Michaelis Palaeologi conscriptus, & sub Pselli nomine erronee editus Graece, *Paris.* 1558. 8. Latine saepius.
De Lapidum virtutibus libellus, Tolosae 1558. 8.
Commentarii in octo libros Aristotelis de Physica auscultatione. Lat. *Venet.* 1554. fol.
Περὶ Χρυσοποιΐας, seu *De auri conficiendi ratione*, ad Michaelem Cerularium Patriarcham, Lat. una cum aliis eiusdem argumenti Scriptoribus, *Patavii* 1572. 8.
Liber de quatuor Mathematicis scientiis, Arithmetica, Musica, Geometria, & Astronomia, Gr.-Lat. *Wittembergae* 1560. & cum Xylandri adnotationibus, *Basil.* 1556. Graece, *Paris.* 1545. Lat. ibid. 1557. *Turnoni* 1592.
Introductio in sex Philosophiae modos, Gr. *Parif.* 1540. Lat. ibid. 1541.
De victus ratione, deque facultatibus, & succi qualitate elementorum libri II. ad Constantinum Imperatorem, Latine *Basil.* 1529. 8.
Paraphrasis in Aristotelis librum περὶ Ἑρμηνείας, Graece *Venet.* 1503. fol. Lat. *Basil.* 1542.
Compendium in quinque voces Porphyrii, & *Aristotelis Praedicamenta*, Gr. *Parif.* 1540. Lat. *Basil.* 1542.

OPERA INEDITA.

Liber contra Eunomium, in Bibliotheca Vaticana.
Epitome librorum Moysis, in Bibl. Caesarea Viennensi.
Quaestiones Theologicae cum Responsionibus ad Michaelem Ducam in Bibl. Augustana.
Opuscula quaedam in Passionem, Natalem, & Sepulturam Christi, Paradisum, & Antichristum, in Bibl Viennensi.
Explicatio in Psalterium Davidis. Exstat apud Ioannem Surium.
Encomiasticae Orationes, in Nepotem suum, in Nicolaum Monachum, in Ioannem Crustulam Monachum, atque aliae quamplurimae, in Bibl. Vaticana.
Epistolae XXXIII. in Bibl. Bavarica.
De Theologico charactere ad Pothum Vestarcham Oratio, in Bibl Vaticana.
Quae de daemonibus Graeci opinentur, ibid.
Doctrina omnifaria Capitibus XCIV. *comprehensa ad Michaelem Ducam*, ibid.
Expositio in illud, quod in solenni Christi Adscensionis die dicitur; Hodie sancta Cundura, & eras Adscensio, ibid.
Expositio in illud, Domine Iesu Christe, Deus noster, miserere nostri. Amen, ibid.
In loca difficiliora Basilii, & Nazianzeni Expositio, ibid.
De fine seculi, ibid.
In Inscriptione Psalmorum, tam prosa, quam carmine, ibid.
Carmina varia, ibid.
Paraphrasis Carmine Iambico in Canonem S. Cosmae Maiumae Episcopi, sancta, & magna feria quinta canendum.

Multa alia Theologici, Philosophici, Rhetorici, & Mathematici commatis Opuscula Pselliana, in Bibliothecarum forulis adhuc delitescentia, enumerat Leo Allatius Diatriba dicta. Nos brevitati consulentes, Theologicos Tractatus summatim attingere satis duximus.

F I N I S.

PAL-

PALLADII
EPISCOPI HELENOPOLEOS
HISTORIA LAVSIACA.

VIRO AMPLISSIMO

EISONI TIARDAE I. C.

SENATVS BELGII FOEDERATI ADSESSORI

IOANNES MEVRSIVS S. D.



EN Tibi Palladium nostrum, V. A. promissum Tibi ante biennium. Et habuisses iam illo tempore, si fidem servare per Typographos licuisset, quos tu homines legem dicere viris doctis non ignoras; itaque causam non ulterius dicendam existimo. Certe ne nunc quidem haberes, nisi moram ipse rupissem. Ac profecto differri me diutius nolui, amicitiae nostrae caussa, quam tantam vere dicere possum, ut non sciam an inter alios ulla maior. Libet in mentem revocare ante viginti hosce annos in hac Academia nostra actum tempus. Fidem ego tuam testor; an sincerius inter se fratres amarent? Negabis mecum. Itaque abitum in regiones exteras parans, invitabas perbenigne, ut itineris tui comes esse vellem; fortuna tua, & fortunis, tecum usurus. Hoc cum studiorum meorum ratio mihi non permitteret, & abnuerem; bibliothecam valde instructam fidei meae commisisti, propriam eam habituro, si quid forte humanitus tibi apud exteros eveniret: itaque annos totos novem apud me fuit. Cogita mihi illum diem, quo te in Galliam abeuntem Roterodamum prosequebar. Cogita quid utrique nostrum animi fuerit, quum supremum illud Vale dicendum esset. Deinde, quum sexennio elapso in Britannia insperato alter alteri redderemur, quis congressus ille noster? quae animorum constitutio? Scilicet experiebamur, in animum humanum idem summam laetitiam posse, quod tristitiam. Postea quum te in patriam restituit benignus Deus, eumdem adfectum reduxisti, quem extuleras; quemque ego optima fide tibi servabam: ne quid in constantia nostra desiderare quisquam posset. Mox honoribus etiam auctus, quales in Rep. nostra inter summos censeri solent; quibus te virtutis, & doctrinae ergo patria tua beatum voluit; eumdem animum retinuisti; nec Fortunae quidquam in te iuris esse ostendisti. Macte igitur virtute ista; &, qui hactenus fuisti, porro esto: ego vicissim, quod ad me, adfectum istum numquam mutabo. In praesens autem hunc Palladium tibi dico, cupioque testimonium apud posteritatem esse, neque amare me quemquam magis; neque exsistere, a quo me amari magis plane confidam. In hoc desino, & salvere te ex animo plurimum iubeo. Lugduni Batavorum, Nonis Februar. cIↃ. IↃC. XVI.

LECTORI.

EN tibi Palladium nostrum, benigne Lector, ante hos quinque annos promissum. Sed in mora primum meae occupationes, deinde Typographi quoque dilatio. At bonum factum, quod vel nunc habeas; & sic etiam me inter bona nomina cense. Auctor est non contemnendae antiquitatis, & qui ante annos mille ducentos vixit. Scripsit De vitis sanctorum, quae vel oculatus testis ipse vidit, vel a fide dignis accepit; idque Opus dedicavit Lauso, praeposito sacri cubiculi Theodosii iunioris Imp. Descripsi Heidelbergae, quum ante octennium illic agerem, ex bibliothecae Palatinae codice pervetusto membranaceo. Primus ego Graece profero; quum Latinam versionem ante annos sexaginta vir eruditus, Gentianus Hervetus, dederit. Verum certe, aut nimium ille sibi indulsit, aut diversus multum codex a Palatino, quo is usus. Nam quid versio ipsius differat a Palladii textu Graeco, facile cuique animadvertere, si conferre modo libebit. Est in bibliotheca mea eiusdem Auctoris, Διήγησις περὶ τῶν καθ' Αἴγυπτον διαλαμψάντων ἁγίων πατέρων. Id quoque Opus, si placere hanc *Historiae Lausiacae* editionem intellexero, communicabo. Vale, & me amare perge; ac, quisquis es,

AETERNITATEM COGITA.

ΠΑ-

ΠΑΛΛΑΔΙΟΥ PALLADII

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΕΛΕΝΟΥΠΟΛΕΩΣ 1

Η' πρὸς Λαύσωνα τ̃ πραιπόσιτον 2 ἱσορία, περιέχυσα βίυς ὁσίων πατέρων.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.



ΕΝ ταύτῃ τῇ βίϐλῳ 3 ἀναγέγραπται ἐνάρετ☉ ἄσκησις, κ̀ θαυμαςὴ βίυ διαγωγὴ, τῶν μακαρίων καὶ ἁγίων πατέρων μοναχῶν καὶ ἀναχωρητῶν τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, πρὸς ζῆλον καὶ μίμησιν τῶν τὴν ὑράνιον πολιτέιαν ἐθελόντων κατορθῦν, κ̀ τὴν εἴσϐασιν λάαν ὑρανῶν 4 ἄγυσαν βυλομέ-

EPISCOPI HELENOPOLEOS

Ad Lauſum Praepoſitum Hiſtoria Sanctorum Patrum vitas complectens.

PROOEMIVM.



IN hoc libro ſcripta eſt qua in virtute utebantur exercitatio, & admirabilis vitae agendae ratio, beatorum, & ſanctorum Patrum, qui degebant in ſolitudine: ut eos aemulentur, ac imitentur, qui caeleſtem volunt vitam agere, & quae ad regnum caelorum deducit, viam ingredi: annuumque mu-

---

1 Παλλαδίυ ἐπισκόπυ Ἑλενυπόλεως) Vixit floruitque hic Palladius paullo poſt Valentis tempora, id eſt, ſub Honorio, & Theodoſio iuniore, ante cIↄ. cc. annos, praeceptore uſus Evagrio. Primum monachus, inde epiſcopus. Laudat ut monachum Socrates Eccleſ. Hiſtor. lib. IV. cap. XXII. εἰ δέ τις βύλοιτο τὰ περὶ αὐτῶν μανθάνειν ὧν τε ἐποίησαν, ὧν τε ἔπραξαν, κ̀ ὧν πρὸς ὠφέλειαν τ̃ ἀκυσάντων ἐφθέγξαντο, ὅπως τε αὐτοῖς τὰ θηρία ὑπήκυον, πεπόνηται Παλλαδίῳ τῷ μοναχῷ ἴδιον μονόβιϐλον, ὃς Εὐαγρίυ μὲν ἦν μαθητής. πάντα δ̀ ἀκριϐῶς περὶ αὐτῶν διεξῆλθεν, ἐν ᾧ κ̀ γυναικῶν ἐφάμιλλον τοῖς προειρημένοις ἀνδράσιν ἐπανελομένων βίον μνήμην πεποίηται. Εὐάγρι☉ μὲν ὖν κ̀ Παλλάδι☉ μικρὸν ὕςερον μετ̀ τὴν Οὐάλεντ☉ τελευτὴν ἤνθησαν. Poſtea, ut dixi, factus eſt epiſcopus; ac primo quidem Helenopoleos, deinde Aſpunae. Nicephorus Calliſtus Hiſt. Eccleſ. lib. XXIV. cap. XXXIX. *Palladius ab Helenopoli Bithyniae Aſpunam tranſiit.* Meminit eius, ut epiſcopi, Cedrenus in Honorio; & Chryſoſtomi diſcipulum commemorat. εἶχε δ̀ μαθητὰς (ὁ Χρυσόςομ☉) ἐπισκόπυς μὲν, Πρόκλον, κ̀ Παλλάδιον, ϗ Βρίσωνα, κ̀ Θεοδώρητον. ἀσκητὰς δ̀, Μάρκον, κ̀ Νεῖλον. Ipſe autem, in vita Valentis monachi, Evagrium praeceptorem ſuum nominat; ut & Socrates loco citato. Scripſit vero Opus hoc anno monachatus XXXIII. epiſcopatus XX aetatis vero LIII. Ipſe de ſe teſtatur initio, his verbis. τριακοςὸν κ̀ τρίτον ἔτ☉ ἄγοντί μοι ἐν τῇ τῶν ἀδελφῶν πολιτείᾳ δῆθεν κ̀ τῷ μονήρει βίῳ, εἴκοσι δ̀ τῆς ἐπισκοπῆς, πεντήκοντα δ̀ κ̀ τρία τ̃ ζωῆς μυ, ἀναγκαῖον ἡγησάμην, &c. Laudat illud Ioannes Damaſcenus, περὶ τῶν ἐν πίςει κεκοιμημένων; iſtis verbis. λέγω δ̀ τὴν Παλλαδίυ πρὸς Λαῦσον ἱςορικὴν βίϐλον, ἐν ᾗ τὰ κατὰ τὸν μέγαν ϗ θαυματυργὸν Μακάριον παναληθῶς ἀναγέγραπται θαύματα. πρὸς τὸ ξηρὸν γὰρ κρανίον πυθόμεν☉ περὶ τῶν κεκοιμημένων, μεμάθηκεν ἅπαντα. Sed illam hiſtoriam, quam ibi adlegat, in tota hoc Palladii libro non eſt invenire; itaque cenſeo memoria lapſum Damaſcenum; qui, quod alibi legerat, hic ſe legiſſe exiſtimavit. Meminit quoque Nicephorus Calliſtus Hiſt. Eccleſ. lib. XI. cap. XLVI. *Quod ſi quis ea accurate cognoſcere cupiat, quid illi ſcilicet & fecerint, & dixerint, ad auditorum*

A *utilitatem, atque etiam ut ferae eis ſubiectae fuerint, Palladius, Evagrii diſcipulus, qui res eorum in unum collegit librum, optime expoſuit: quem, qui volunt, legere poſſunt. Nam in eo non virorum tantum, ſed & mulierum, quae cum iis, quos diximus, divinis viris morum ſanctitate certarunt, vitas pie deſcripſit.* A poſterioribus Graecis Λαυσαϊκὸν dicebatur; tantique fiebat, ut in eccleſia legeretur. Obſervo, ecce in Triodio. εἶτα ἀνάγνωσιν εἰς τὸ Λαυσαϊκόν. Et poſtea. ἀπὸ δ̀ τρίτης ᾠδῆς, κάθισμα τῦ μηναίυ, κ̀ ἀνάγνωσις εἰς τὸ Λαυσαϊκόν. B

2 πρὸς Λαύσωνα τ̃ πραιπόσιτον) Scribendum, πρὸς Λαῦσον τ̃ π. Nam ita apud Ioannem Damaſcenum, Cedrenum, Nicephorum, & in hoc ipſo Opere pluries nominatur. Lauſus dicebatur hic, non Lauſon: fuit autem praepoſitus ſacri cubiculi Theodoſii iunioris Imper. Hoc ſibi vult illud cognomentum, τὸν πραιπόσιτον, notum dignitatis indicium. Et clare noſter hic infra in epilogo Operis; ubi iterum eum compellat. κ̀ οἷόν σε πάλιν εὗρον τοῖς τρόποις (C) χρηςότερον, χειροτονηθέντα πραιπόσιτον τοῦ εὐσεϐεςάτυ κοιτῶν☉. In quibus verbis quum inquit, propter virtutem, morumque praeſtantiam, electum praepoſitum piiſſimi cubiculi; intelligit ſacrum cubiculum eius Imperatoris, quem dixi. Meminit quoque eius Cedrenus in Theodoſio iuniore. τῦ πατρὸς ἐκπεσὼν, παρὰ Ἰσδιγέρδυ Ἀντιόχυ ςαλέντ☉ ὡς κηδεςῦ ἐθετόθεν, εἶτα Εὐτρόπιον ἡγήσατο κύριον. μετ' αὐτὸν Λαῦσον, ϗ Καλαπόδιον. Vides ſimul viri egregii auctoritatem, qua apud Imperatorem (D) valuerit plurimum. Quin hic ipſe quoque *De vitis ſanctorum* ſcripſit. Diſerte Nicephorus tradit lib. VIII. cap. XLI. *Qui autem talia ſcrutari volet, multos inveniet libros, in quibus plurimi, qui ea aetate, atque deinceps, integritate vitae enituere, commemorantur. Potiſſimum vero, quae de iis Lauſus praepoſitus conſcripſit.*

3 Ἐν ταύτῃ τῇ βίϐλῳ) Haec omnia in codice Palatino decrant, uſque ad προτετιμημένυ. Supplevi vero e codice bibliothecae Chriſtianiſſimi Galliarum regis, quum Lutetiae agerem.

4 εἴσβασιν λείαν ὑρανῶν) Lege, εἰς βασιλείαν ὑρανῶν.

mulierum memoria, & inclitarum matrum a Deo inspiratarum, quae magno, & forti animo virtutis exercitationis peregere certamina, ut exemplar proponatur, & amor excitetur iis quae continentiae, ac castitatis volunt coronam redimire: ex sententia, & voluntate viri qui est varia, ac multiplici doctrina praeditus, moribus pacificus, & corde pius, menteque religiosus, & in iis quae sunt opus egentibus communicandis liberalis, & propter morem bonitatem multis viris eximiis est in summis honoribus praepositus, & omnino custoditur virtute divini spiritus. Qui quidem nobis iussit, vel si verum potius dicere oporteat, ad eorum quae sunt meliora contemplationem, hebes nostrum, & obtusum excitavit ingenium, ut ad proponendam ad imitandum virtutum exercitationis decertationem sanctorum, & immortalium, & spiritalium Patrum nostrorum, qui ut Deo placerent, in dura, & adspera tractatione corporis vitam egerunt, praeclarorum athletarum vitam a nobis descriptam ad eum mitteremus, uniuscuiusque ex magnis evidentes praedicando virtutes. Divini autem huius, & spiritalis desiderii amator est Lausus, cui post divinum auxilium, mandata est custodia divinitus adflati, & religiosi imperii. Ego igitur qui & lingua sum ineruditus, & spiritalem cognitionem summis quodam modo labris attigi, & indignus sum qui recenseam spiritalem vitam sanctorum patrum, etsi reformidem praecepti magnitudinem, quod meas vires superat, & iussum aegre feram, qui & magnam externam sapientiam, & spiritalem requirit intelligentiam, reveritus tamen primum, & eius qui ad hoc exequendum nos excitavit, virtutem, & reputans eorum qui haec legent utilitatem, & extimescens periculum quod essem aditurus etsi iure parere recusarem, quum egregium primum iussum divinae adscripsissem providentiae, magnaque usus essem diligentia, sanctorum Patrum intercessione erectus, ad ea sum adgressus, veluti quodam compendio praeclarorum athletarum, & magnorum virorum summa sola certamina, & signa describens. Nec solummodo clarorum virorum, qui optimam, ac praestantissimam ex virtute vitam egere: sed etiam beatarum mulierum, quae in excellentissimae vitae genere se honeste exercuere. Et aliquorum quidem ex iis sacros vultus, ut ipse coram viderem sum dignatus, qui iam ante sunt consummati in certamine pietatis: aliquorum autem caelestem vitae institutionem didici a divinis athletis. Multas autem urbes, & multos vicos, & omnem speluncam, & omnia tabernacula deserti monachorum pedestri itinere obiens, diligentissime consideravi eorum pietatem, ac religionem. Atque quum quae partim quidem ipse vidi scripsissem, partim autem quae a sanctis Patribus audivi, magnorum virorum certamina, & mulierum, quae propter spem in Christum erant fortiores quam earum ferebat natura, huius libri scriptis mandassem, misi ad tuas aures amicas divinorum eloquiorum, optimorum virorum, & religiosorum decus, fidelissimique, & religiosi imperii splendor, germane, & Christi amice serve Dei Lause, pro ea quae mihi inest exiguitate, uniuscuiusque ex Christi athletis tam masculis quam

μένων ὁδεύειν ὁδόν. καὶ γυναικῶν πρεσβυτίδων καὶ ἀοιδίμων θεοπνεύστων μητέρων μνῆμαι, τῶν ἀνδρείῳ καὶ τελείῳ φρονήματι τοὺς τῆς ἐναρέτου ἀσκήσεως ἄθλους ἐξανυσασῶν, πρὸς ὑπογραμμὸν καὶ ἔρωτα θεῖον τῶν ἐθελουσῶν τὸν τῆς ἐγκρατείας καὶ ἁγνείας ἀναδύσασθαι στέφανον. διὰ τὸ ὑπὸ ἀνδρός τινος παγκρατίστου, καὶ τῇ γνώμῃ πολυμαθοῦς, καὶ τῷ ἤθει εἰρηνικοῦ, καὶ τῇ καρδίᾳ εὐσεβοῦς, καὶ τῇ διανοίᾳ θεοφιλοῦς, καὶ τοῦ πρὸς δεομένους τῶν χρειῶν κοινωνικοῦ, καὶ αὐτῇ κορυφῇ τῶν ἀξιωμάτων διὰ χρηστότητα τρόπων πολλῶν λογάδων ἀνδρῶν προτετιμημένου, καὶ τὸ ὅλον τῇ δυνάμει τοῦ θείου πνεύματος φρουρουμένου, ἐπιτάξαντος ἡμῖν, μᾶλλον δὲ, εἰ χρὴ τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, πρὸς τὴν τῶν κρειττόνων θεωρίαν τὸν νωθρὸν ἡμῶν νοῦν διεγείραντος πρὸς μίμησιν καὶ ἅμιλλαν τῶν ἀρετῶν τῆς ἀσκήσεως τῶν ὁσίων καὶ ἀθανάτων πνευματικῶν ἡμῶν πατέρων τῶν ἐν ἀρεσκείᾳ θεοῦ ἐν σκληραγωγίᾳ πολλῇ τοῦ σώματος βεβιωκότων. ὡς ἀναγραψαμένους ἡμᾶς τοὺς τῶν ἀνικήτων ἀθλητῶν βίους διαπέμψασθαι τούτῳ, ἀνακηρύττοντα ἑνὸς ἑκάστου τῶν μεγάλων τὰς ἐνεργεῖς ἀρετάς. ἔστι δὲ ὁ τοῦ θείου τούτου καὶ πνευματικοῦ πόθου ἐραστὴς ὁ ἄριστος τῶν ἀνδρῶν Λαῦσος ὁ μετὰ τὴν τοῦ θεοῦ ῥοπὴν φύλαξ τεταγμένος τῆς ἐνθέου καὶ εὐσεβοῦς βασιλείας. ἐγὼ τοίνυν ὁ καὶ τῇ γλώττῃ ἀπαίδευτος, καὶ πνευματικῆς γνώσεως ἀκροθιγῶς πῶς γευσάμενος, καὶ τοῦ καταλόγου τῶν ἁγίων πατέρων πνευματικοῦ βίου ἀνάξιος, δεδοικὼς τὸ ὑπὲρ ἐμὲ ἄμετρον τῆς ἐπιταγῆς μέγεθος, δυσανασχετοῦν ἐγχειρίῳ τούτῳ τῷ ἐπιτάγματι πολλῆς δεομένῳ καὶ σοφίας τῆς ἔξωθεν, καὶ πνευματικῆς συνέσεως. ὅμως καταιδεσθεὶς πρῶτον τὸ σπουδαῖον τῆς ἀρετῆς τοῦ εἰς ταύτην τὴν σπουδὴν ἡμᾶς διεγείραντος, ἀναλογισάμενος δὲ καὶ τῶν ἐντυγχανόντων τὴν ὠφέλειαν, δεδιὼς δὲ καὶ τὸν ἐπὶ τῇ εὐλόγῳ παρακοῇ κίνδυνον, θεοῦ προνοίᾳ πρῶτον ἀνατεθεικὼς τὸ γενναῖον ἐπίταγμα, καὶ πολλῇ προσεχείᾳ χρησάμενος τῇ τῶν ἁγίων πατέρων πρεσβείᾳ πτερούμενος ἀνέβην εἰς τοὺς ἀγῶνας τοῦ σκάμματος, καὶ ὡς ἐν ἐπιτομῇ τῶν γενναίων ἀθλητῶν καὶ μεγάλων ἀνδρῶν τὰ ἔπακρα μόνον καὶ σημεῖα ἀναγραψάμενος. οὐ μόνον ἀνδρῶν ἀοιδίμων κατορθωκότων πολιτείαν ἀρίστην, ἀλλὰ καὶ γυναικῶν μακαρίων καὶ εὐσχημόνων ἄκραν πολιτείαν ἐξασκησασῶν. καὶ τῶν μὲν τὰ ἱεροπρεπῆ πρόσωπα αὐτοπροσώπῳ θέᾳ ἰδεῖν κατηξιώθην, τῶν δὲ τελειωθέντων ἐν τῷ σκάμματι τῆς εὐσεβείας παρὰ θεοφόρων ἀθλητῶν τοῦ Χριστοῦ τὴν οὐράνιον τούτων ζωὴν ἐκμεμάθηκα. πολλὰς δὲ πόλεις, καὶ πλείστας κώμας, σπήλαιά τε ἅμα καὶ πάσας σκηνὰς τῆς ἐρήμου τῶν μοναχῶν πολλῇ τῇ πορείᾳ περινοστήσας θεοσεβείας σκοπῷ, μετὰ πάσης ἀκριβείας, ἃ μὲν αὐτὸς ἱστορήσας ἀνεγραψάμην, ἃ δὲ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ἀκήκοα, ἄθλους μεγάλων ἀνδρῶν καὶ ἀνδρειοτέρων τῆς φύσεως γυναικῶν διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἐλπίδα ἐνσημήνας ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ ἀπέσταλκα τῇ τῶν θείων λογίων φίλῃ ἀκοῇ σου ἀνδρῶν ἀρίστων καὶ θεοφιλῶν ἐγκαλλώπισμα, καὶ τῆς πιστοτάτης καὶ θεοφιλοῦς βασιλείας ἀγλάϊσμα, γνήσιε καὶ φιλόχριστε δοῦλε θεοῦ Λαῦσε, ἐγχαράξας κατὰ τὴν προσοῦσαν ἐμοὶ βραχύτητα ἑκάστου τῶν τοῦ Χριστοῦ ἀθλητῶν ἀρρένων τε καὶ θηλειῶν τὸ ἀοίδιμον

μον ὄνομα ἐξηγησάμενός τε ἀπὸ πολλῶν καὶ πάνυ μεγάλων ἄθλων ἑκάστου ὀλίγους καὶ σφόδρα βραχεῖς, προστεθεικὼς τῶν πλείστων καὶ τὸ γένος, καὶ τὴν πόλιν, καὶ τὸν τόπον τῆς μονῆς. ἐμνημονεύσαμεν δὲ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν κατορθωκότων μὲν εἰς ἄκρον τὴν ἀρετὴν, διὰ δὲ τὴν μητέρα τῆς ὑπερηφανίας τὴν καλουμένην κενοδοξίαν, εἰς ἔσχατον βάραθρον καὶ πυθμένα ᾅδου 1 κατωσχθέντων, καὶ τὰ ἐκ μακρῶν χρόνων καὶ πολλῶν κόπων κτηθέντα αὐτοῖς ἐπέραστα καὶ περιμάχητα τῆς ἀσκήσεως κατορθώματα, ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ ὑπὸ τοῦ τύφου τῆς οἰήσεως διαρρυέντα χάριτι δὲ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, καὶ προνοίᾳ τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ συμπαθείᾳ σπλάγχνων πνευματικῶν, ἐξαρπασθέντων τῶν τοῦ διαβόλου δικτύων, καὶ ταῖς εὐχαῖς τῶν ἁγίων τὸν πρότερον ἀνακτησαμένων ἐνάρετον βίον.

quam feminis insigne nomen exprimens, & ex multis, & magnis uniuscuiusque certaminibus pauca breviter exponens. Plurimorum quoque genus etiam adiiciens, & urbem, & locum mansionis. Meminimus autem virorum, & mulierum, qui ex virtute quidem vitam perfecte instituerunt, propter adrogantiae autem matrem inanem quae vocatur gloriam, in infimum inferorum barathrum, & fundum praecipitati fuerant, & quae longo tempore, & plurimo labore sibi pepererant, amplectenda, & acerrimo studio comparanda exercitationis benefacta, uno temporis momento adrogantia, & vana de se persuasione amiserant: gratia autem nostri Servatoris, & sanctorum Patrum providentia, & viscerum miseratione, erepti sunt a spiritalibus diaboli laqueis, & sanctorum precibus recuperaverunt priorem vitam quam agebant ex virtute.

Ἀντίγραφον ἐπιστολῆς γραφείσης Λαύσῳ Πραιποσίτῳ παρὰ Παλλαδίου ἐπισκόπου.

Exemplar Epistolae scriptae ad Lausum Praepositum a Palladio Episcopo.

ΜΑκαρίζω σου τὴν προαίρεσιν· ἄξιον γὰρ ἀπὸ μακαρισμοῦ ἄρξασθαι τῆς ἐπιστολῆς. ὅτι πάντων εἰς τὰ μάταια κεχηνότων, ἐξ ὧν οὐκ ὠφεληθήσονται, αὐτὸς λόγους οἰκοδομεῖς, καὶ διδάσκεσθαι θέλεις. ἀδίδακτος γὰρ μόνος ἐστὶν ὁ τῶν ὅλων Θεός. ἐπειδὴ καὶ αὐτοφυὴς, καὶ πρὸ αὐτοῦ ἄλλον οὐκ ἔχων· τὰ δ᾽ ἄλλα πάντα ἐστὶν διδακτά· ἐπειδὴ ποιητὰ καὶ κτιστά. καὶ τὰ μὲν πρῶτα τάγματα διδάσκαλον ἔχει τὴν ἀνωτάτω τριάδα· τὰ δὲ δεύτερα, παρὰ τῶν πρώτων μανθάνει· τὰ δὲ τρίτα, παρὰ τῶν δευτέρων· καὶ οὕτω καθ᾽ ἑξῆς κατὰ τάξιν, μέχρι καὶ τῶν ἐσχάτων. οἱ γὰρ κρείττους ἐν γνώμῃ καὶ ἀρετῇ τοὺς ἐλαττωμένους ἐν γνώσει διδάσκουσιν· οἱ τοίνυν οἰόμενοι, διδασκάλων μὴ χρῄζειν, ἄγνοιαν νοσοῦσιν, τὴν μητέρα τῆς ὑπερεφανίας· οἱ μὴ πειθόμενοι τοῖς ἐν ἀγάπῃ διδάσκουσιν. ὧν προτεύουσιν εἰς ἀπώλειαν, οἱ τῷ αὐτῷ πάθει τῆς οὐρανίου διαγωγῆς ἐκπεσόντες, οἱ ἐν ἀέρι πετόμενοι δαίμονες, τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀποδράσαντες διδασκάλων. οὐ γὰρ αἱ λέξεις ἢ αἱ συλλαβαί εἰσι διδασκαλίαι, ἃς ἔχουσιν ἐνίοτε καὶ οἱ ἐπὶ πλεῖστον φαῦλοι. ἀλλὰ τοῦ ἔθους τὰ κατορθώματα. ἥτε ἀλυπία, καὶ ἡ ἀποτησία, καὶ ἡ ἀδειλία, καὶ τὸ ἀόργητον, καὶ ἡ ἐπὶ πάντων παῤῥησία, καὶ τοὺς λόγους ὡς πυρὸς φλόγα γεννῶσα. εἰ γὰρ μὴ ἐν τοῦτο, οὐκ ἂν ἔλεγεν ὁ μέγας διδάσκαλος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς. μάθετε ἀπ᾽ ἐμοῦ ὅτι πρᾷός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ· οὐ τῇ εὐλεξίᾳ ῥυθμίζων τοὺς ἀποστόλους, ἀλλὰ τῇ εὐσεβείᾳ τοῦ ἤθους, μηδένα λυπῶν πλὴν τῶν μισολόγων καὶ διδασκάλων μισούντων· δεῖ τοίνυν τὴν κατὰ Χριστὸν ἀσκουμένην ψυχὴν, ἢ μανθάνειν πιστῶς ἃ οὐκ οἶδεν· ἢ διδάσκειν σαφῶς ἃ ἐπέγνω. εἰ γὰρ ὁπότερον μὴ βούληται, μανίαν νοσεῖ· ἀρχὴ γὰρ ἀποστασίας, διδασκαλίας κόρος καὶ ἀνορεξία λόγου, οὗ ἀεὶ πεινᾷ ἡ ψυχὴ τοῦ φιλοθέου. ἴσχυε οὖν, καὶ ὑγίαινε, καὶ τὸ μέγα χαρίσηταί σοι ὁ Θεὸς, τὴν γνῶσιν τοῦ Χριστοῦ.

LAudo magnopere tuum institutum. Par est enim ut incipiat epistola a laudatione: quod quum omnes vanis rebus inhient, ex quibus nullam capient utilitatem, libros aedifices & velis doceri. Solus enim est universorum Deus qui nequit doceri: quandoquidem & ipse per se, est, & ante se non habet alium. Alia autem omnia doceri possunt quoniam sunt & facta, & creata. Atque primi quidem ordines magistram habent summam Trinitatem. Secundi autem discunt a primis. Tertii autem a secundis. Et sic deinceps, & per ordinem usque ad extremos. Qui enim sunt praestantiores honore, & virtute, docent eos qui sunt inferiores cognitione. Qui ergo existimant se non egere magistris, aut non parent iis qui docent in caritate, laborant morbo ignorationis, quae est mater adrogantiae. Inter quos primas partes tenent ad interitum, qui eodem vitio exciderunt a celesti habitatione in aere volantes daemones, ut qui aufugerint ab iis qui erant caelo, magistris. Non enim dictiones aut syllabae sunt doctrinae, quas nonnunquam habent etiam qui sunt pessimi: sed mores recte compositi, & molestiae, & terroris, metus & irae vacuitas, & in rebus omnibus fiducia ac dicendi libertas: quae sermones non secus gignit quam ignis flammam. Nam si ita non esset, non diceret magnus magister suis discipulis: Discite a me, quoniam mitis sum, & humilis corde: non verborum ornatu instituens & dirigens apostolos, sed morum bonitate neminem molestia adficiens praeter eos, qui verbum habent odio, & oderunt magistros. Oportet enim animam, quae Christo convenienter exerceatur, vel fideliter discere ea quae non novit, vel aperte docere ea quae scit. Si enim alterutrum horum nolit, laborat insania. Defectionis enim principium est doctrinae satietas, & verbi fastidium, quod semper esurit anima eius qui Deum diligit. Vale ergo, & sis sanus, & fortis, &, quod magnum est, tibi concedat Deus, cognitionem Christi.

Forte dicendum, vel ubi aedificium, ut sit Graece λόγων οἰκοδομήν.

Matth. 11. 29.

1 καὶ ποιμένα ᾅδου) Scrib. καὶ πυθμένα ᾅδου.

Vitae Sanctorum Patrum enarratio.

QVum multi multa, & varia diversis temporibus scripta huic seculo reliquerint, quorum alia quidem, ex Dei supernae gratiae inspiratione, sunt ad aedificationem, & securitatem eorum, qui fideli proposito sequuntur dogmata Servatoris: alia autem, ex corrupto, & quod hominibus placere cupit proposito, luxuriant ad eorum consolationem, qui inanis gloriae morbo laborant: alia autem ex importuna quadam insania, & daemonis, qui quae sunt honesta habet odio, impulsione, ad levium hominum perniciem, & intemeratae catholicae ecclesiae labem, ira, & arrogantia irruperunt in mentes stultorum, ut vitam honestam, & puram obscurarent: visum & mihi quoque humili propter spem in Christum, magnificentiae tuae iussum reverenti, vir studiosissime, primum omnium narrare ea omnia quae ad me pertinent, & aetatem, & mentis meae ad virtutem in Deum profectum, incipiendo a iuvenili aetate. Quum tricesimum quidem, & tertium annum agerem in conversatione cum fratribus, & vita solitaria, vicesimum autem episcopatus, totius autem vitae meae quinquagesimum tertium: necessarium existimavi, spiritalis utilitatis gratia, tibi cupienti in scriptis narrare, quae a sanctis patribus recte, & ex virtute gesta sunt, tam masculis quam feminis, quos & ipse vidi, & de quibus audivi ab animis fidelissimis, cum quibus versatus sum in Aegypti solitudine, & in Libya, & Thebaide, & Syene, sub qua sunt etiam qui dicuntur Tabennesiotae: deinde in Mesopotamia, Palaestina, & Syria, & in partibus Occidentis, & Romae, & in Campania, & in iis, quae sunt circa eas, partibus: ut tibi ab initio accuratissime in hoc libro exponam instar narrationis. Vt quum habeas honestum, & animae utile monumentum, perpetuum, & non intermittendum pietatis, & religionis medicamentum, omnem quidem oblivionis dormitationem, quae ex cupiditate rationis experte in anima ingeneratur, omnem autem in fide dubitationem, omnesque in rerum usu sordes, & parcitatem, omnemque dubitationem pusillique, & abiecti animi vitium, & nimiam ad iram propensionem, perturbationemque, & aegritudinem rationis expertem, & intempestivum timorem per id expellas: & ne a corrupti mundi vana spe pendeas, effugias: perpetuo autem desiderio in spe ad Deum proficias, & in proposito pietatis, sis & in via dux tuus, & eorum qui tecum sunt, & eorum qui tibi subiiciuntur, & maxime piorum Imperatorum. Per quae quidem benefacta omnes qui Christum diligunt, Deo uniri properant, exspectantes scilicet quotidie resolutionem animae a corpore, prout scriptum est.
Philip. 1. *Coarctor cupiens dissolvi, & esse cum Christo.* Est enim multo melius. Et illud, *Para in exitum opera tua, &*
Proverb. 24. *praepara te in agrum.* Qui enim semper mortis meminit, quia necessario omnino veniet, & non tardabit, in magnis non offendet, sicut scriptum
Eccl. 7. est. *In omnibus operibus tuis, memento novissima, & in*

Διήγησις τοῦ βίου τῶν ἁγίων πατέρων.

ΠΟλλῶν πολλὰ καὶ ποικίλα κατὰ διαφόρους καιροὺς συγγράμματα τῷ βίῳ καταλελοιπότων, τῶν μὲν ἐξ ἐπιπνοίας τῆς ἄνωθεν καὶ χάριτος θεοσδότου εἰς οἰκοδομὴν καὶ ἀσφάλειαν τῶν πιστῇ προθέσει ἑπομένων τοῖς δόγμασι τοῦ σωτῆρος, τῶν δὲ ἐξ ἀνθρωπαρέσκου καὶ διεφθαρμένου προθέσεως ὑπομανησάντων εἰς παραμυθίαν τῶν κενοδοξίαν νοσούντων. ἑτέρων δὲ ἔκ τινος μανίας ἀκαίρου καὶ ἐνεργείας τοῦ μισοκάλου δαίμονος τύφῳ καὶ μήνιδι ἐπιλύμῃ 1 τῶν εὐεξαπατήτων ἀνθρώπων, καὶ σπίλῳ τῆς ἀχράντου καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας, ἐπεισφρησάντων ταῖς διανοίαις τῶν ἀνοήτων ἐπὶ ἐγκότῳ τῆς σεμνῆς καὶ καθαρᾶς πολιτείας. ἔδοξε κἀμοὶ τῷ ταπεινῷ διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἐλπίδα αἰδεσθέντα με τὴν ἐπιταγὴν τῆς μεγαλονοίας, φιλομαθέστατε τῶν ἀνδρῶν, πρῶτον πάντα τὰ κατ᾽ ἐμαυτὸν διηγήσασθαι, τάτε τῆς ἡλικίας, καὶ τὰ ἐπὶ τῇ προκοπῇ τῆς διανοίας τῆς εἰς θεὸν ἀρετῆς ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας ἀρξάμενον. τριακοστὸν καὶ τρίτον ἔτος ἄγοντι μοι ἐν τῇ τῶν ἀδελφῶν πολιτείᾳ δῆθεν καὶ τῷ μονήρει βίῳ. εἴκοσι δὲ τῆς ἐπισκοπῆς, πεντήκοντα δὲ καὶ τρία τῆς πάσης ζωῆς μου, ἀναγκαῖον ἡγησάμην ποθοῦντί σοι τὰ τῶν ἁγίων πατέρων κατορθώματα ὠφελείας χάριν πνευματικῆς ἐν γραφῇ διηγήσασθαί σοι ἀῤῥένων τε καὶ θηλειῶν, ὧν τε αὐτὸς ἑώρακα, καὶ περὶ ὧν ἀκήκοα παρὰ πιστοτάτων ψυχῶν. οἷς τε συνεστράφην ἐν τῇ κατ᾽ Αἴγυπτον ἐρήμῳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ Θηβαΐδι, καὶ Συίνῃ, ὑφ᾽ ᾧ καὶ οἱ λεγόμενοι Ταβεννησιῶται. ἔπειτα Μεσοποταμίᾳ, Παλαιστίνῃ τε, καὶ Συρίᾳ, καὶ τοῖς μέρεσι τῆς δύσεως, Ῥώμῃ τε, καὶ Καμπανίᾳ, καὶ τοῖς περὶ ταύτας μέρεσιν, ἀκριβέστατα ἀπ᾽ ἀρχῆς ἐκθέσθαι σοι ἐν διηγήματος εἴδει ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ, ὅπως σεμνὸν καὶ ψυχωφελὲς ὑπομνηστικὸν ἔχων ἀδιάλειπτον φάρμακον ἀληθείας, πάντα μὲν νυσταγμὸν λήθης τὸν ἐξ ἀλόγου ἐπιθυμίας ἐγγινόμενον τῇ ψυχῇ, πᾶσαν δὲ διψυχίαν τὴν ἐν πίστει, καὶ κιμβικίαν τὴν ἐν ταῖς χρείαις, πάντα τε ὄκνον καὶ μικροψυχίαν τὴν ἐν τῷ ἤθει, ὀξυθυμίαν τε καὶ τάραχον ἄλογον, καὶ φόβον ἄκαιρον διὰ τούτου ἀποσκεδαζόμενος, καὶ τὸν μάταιον μετεωρισμὸν τοῦ διεφθαρμένου κόσμου ἀποφεύγων, ἀδιαλείπτῳ πόθῳ προκόπτοις ἐν τῇ πρὸς τὸν θεὸν ἐλπίδι, τῇ προθήσει τῆς εὐσεβείας ὁδηγὸς καὶ σεαυτοῦ καὶ τῶν μετά σου, καὶ τῶν ὑπό σε, καὶ τῶν εὐσεβεστάτων γινόμενος βασιλέων. δι᾽ ὧν κατορθωμάτων πάντες οἱ φιλόχριστοι ἑνωθῆναι θεῷ ἐπείγονται, συνεκδεχόμενοι καὶ τὴν ἀνάλυσιν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος. δηλονότι τὸ καθ᾽ ἡμέραν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. συνέχομαι ἀγαθὴν ἐπιθυμίαν ἔχων τοῦ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι. πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον. καὶ τὸ, ἑτοίμαζε εἰς τὴν ἔξοδον τὰ ἔργα, καὶ παρασκεύαζου εἰς τὸν ἀγρόν. ὁ γὰρ μνημονεύων ἀεὶ τοῦ θανάτου ὡς ἐξ ἀνάγκης ἥξει πάντως, καὶ οὐ μελλήσει, οὐ πταίσει με-

1 ἐπιλύμῃ) Scrib. ἐπὶ λύμῃ.

μεγάλα, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις σου μιμνήσκου τὰ ἔσχατα, καὶ ἐς τὸν αἰῶνα οὐχ ἁμαρτήσεις. καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις πᾶσι, μὴ παραλογιζόμενος ἡμῖν τὴν βραχεῖαν ταύτην ὑπόθεσιν τῶν ἐξηγήσεων μήτε διαπτύων τὴν ἰδιωτίαν καὶ τὸ ἀκαλλὲς τῶν λέξεων. οὐ γὰρ τοῦτ' ἔργον ἐστὶ θεϊκῆς διδασκαλίας τὸ σεσοφισμένως φράζειν, ἀλλὰ πείθειν τὴν γνώμην νοήμασιν ἀληθείας κατὰ τὸ εἰρημένον. ἄνοιγε σὸν στόμα λόγῳ θεοῦ, καὶ κρῖναι πάντα ὑγιῶς. καὶ πάλιν. μὴ ἀστόχει διηγήματος γερόντων. καὶ γὰρ αὐτοὶ ἔμαθον παρὰ τῶν πατέρων αὐτῶν. ἐγὼ τοίνυν φιλομαθέστατε θεοῦ ἄνθρωπε ἐκ μέρους ἑπόμενος ταύτῃ τῇ ῥήσει πολλοῖς τῶν ἁγίων συντετύχηκα, οὐ παρέργῳ χρησάμενος λογισμῷ. ἀλλὰ καὶ τριάκοντα ἡμερῶν ὁδὸν καὶ δὶς τοσοῦτον ὁδὸν ἐξανύσας ὡς ἐπὶ θεοῦ πεζῇ τῇ πορίᾳ πατήσας πᾶσαν τὴν γῆν Ῥωμαίων, ἠσμένισα τὴν κακουχίαν τῆς ὁδοιπορίας ἐπὶ συντυχίᾳ ἀνδρὸς φιλοθέου, ἵνα τι κερδήσω ὅπερ οὐκ εἶχον. εἰ γὰρ ὁ πολλῷ κρείττων ἐμοῦ, τάχα δὲ καὶ παντὸς κόσμου, ὁ πολλοὺς ὑπερβεβηκὼς πολιτείας γνώσει καὶ συνέσει πνευματικῇ καὶ πίστει τῇ εἰς Χριστὸν, ὁ μακάριος ἀπόστολος Παῦλος, τὴν ἀπὸ Ταρσοῦ εἰς τὴν Ἰουδαίων ἐστείλατο ἀποδημίαν ἐπὶ συντυχίᾳ Πέτρου καὶ Ἰωάννου καὶ Ἰακώβου. διὸ καὶ εἴδει καυχήματος αὐτὸ διηγεῖται στηλιτεύων αὐτοῦ τοὺς πόνους εἰς παροξυσμὸν τῶν ὄκνῳ καὶ ἀργίᾳ ἀρετῆς βίᾳ συζώντων, ἐν τῷ εἰπεῖν, ἀνέβην εἰς Ἱεροσόλυμα ἱστορῆσαι Πέτρον, οὐκ ἀρκούμενος τῇ φήμῃ μόνον τῆς ἀρετῆς τῆς ἐκείνου, ἀλλ' ἐπιποθῶν καὶ αὐτὴν τοῦ προσώπου αὐτοῦ τὴν συντυχίαν. πόσῳ δὲ πλέον ἐγὼ ὁ τῶν μυρίων ταλάντων χρεωφειλέτης ὤφειλεν τοῦτο ποιῆσαι, οὐκ ἐκείνους τοὺς ἁγίους εὐεργετῶν, ἀλλ' ἐμαυτὸν τὸν ἁμαρτωλὸν ὠφελῶν. καὶ γὰρ οἱ τοὺς πατέρων ἀναγραψάμενοι βίους, Ἀβραὰμ, Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, Μωσέως τε, Ἠλίου, καὶ τῶν καθεξῆς, οὐχ ἵνα ἐκείνους δοξάζωσιν ἐξηγήσαντο, ἀλλ' ἵνα τοὺς ἐντυγχάνοντας ὠφελήσωσιν. τοῦτο οὖν εἰδὼς πιστότατε καὶ σεμνότατε δοῦλε τοῦ Χριστοῦ Λαῦσε, τὰ πολλὰ σεαυτὸν νουθετῶν, ἀνάσχου καὶ τῆς φλυαρίας ἡμετέρας ἐπὶ φυλακῇ τῆς εὐσεβοῦς σου γνώμης, ἥ τις διαφόροις κακίαις ὁραταῖς τε καὶ ἀοράτοις κυμαίνεσθαι πέφυκεν, ἡμῶν δὲ ἡ συνεχὴς προσευχὴ καὶ ἰδιοπραγμοσύνη δύναται ἠρεμεῖν. πολλοὶ γὰρ τῶν εὐλαβεστέρων ἀδελφῶν, καὶ πόνοις ἀσκήσεως καὶ ἐλεημοσύναις κομώντων, καὶ ἐπὶ ἀγαμίᾳ καὶ παντελεῖ παρθενείᾳ μεγαλαυχοῦντες, καὶ μελέτῃ θείων λογίων ἑαυτοὺς κατατείνοντες, καὶ σπουδασμάτων μαθήσει θαῤῥοῦντες, ἠστόχησαν ἀπαθείας ἀδιακρίτῳ γνώμῃ δουλεύοντες. προσχήματι δῆθεν εὐσεβείας τινὸς φιλοπραγμοσύνην νοσήσαντες, ἐξ ὧν τίκτονται καὶ φιλοπραγμοσύναι, τὴν μητέρα τῆς ἰδιοπραγμοσύνης ἐκριζοῦσαι. ἀνδρίζου τοίνυν ἐν πάσῃ συνέσει παρακαλῶ, μὴ πιαίνων τὸν πλοῦτον. ὃ δὴ καὶ πεποίηκας αὐτάρκως αὐτὸν σμικρύνας τῇ διαδόσει τῶν χρείαν ἐχόντων. διὸ τὴν ἐκ τούτου ὑπηρεσίαν εἰς ἀρετῆς ἔργον γινομένην μή τε ὁρμῇ τινὶ καὶ προλήψει ἀλόγῳ γίνεσθαι, ἢ προσχήματι ἀνθρωπαρεσκείας

& in aeternum non peccabis. Neque vero praeter alia omnia haec te fallat brevis admonitio narrationem: neque respuas rudem, & inordinatam dictionem. Non est enim divinae doctrinae, ornata, & ad ostendendam sapientiam composita uti oratione, sed verbis persuadere veritatis, ut scriptum est: *Aperi os tuum verbo Dei, & iudica omnia sane*. Et rursus: *Ne declines a narratione senum*. Ipsi enim didicerunt a patribus eorum. Ego itaque, vir cognitionis Dei studiosissime, aliqua ex parte sequens hoc dictum, multos conveni Sanctos. Neque vero ea cogitatio mihi aliud agenti in mentem venit; sed quum triginta, atque adeo bis totidem dierum viam confecissem, & Dei gratia pedestri itinere, omnem Romanorum regionem pervasissem, viae molestiam nihili feci si convenire possem virum pium, ac Dei amicum, ut lucrifacerem quod non habebam. Si enim qui me est longe praestantior, atque adeo forte etiam universo mundo, multosque superavit, & vitae agendae ratione, & cognitione, & spiritali intelligentia, & fide in Christum, beatus Apostolus Paulus, Tarso in Iudaeam profectus est, ut conveniret Petrum, & Ioannem, & Iacobum: & ideo veluti glorians id narrant, referens suos labores, ad eos incitandos, qui in socordia, & ocio vitam transigunt, dicendo: *Adscendi Ierusalem, ut viderem Petrum*, non contentus sola fama illius virtutis, sed desiderans eius quoque intueri faciem: quanto magis ego qui sum innumerabilium talentorum debitor, debui hoc facere, non illos sanctos beneficio adficiens, sed mihi peccatori utilitatem adferens. Nam ii quoque qui patrum vitas conscripserunt, Abrahae, & Isaac, & Iacob, & Mosis, & Heliae, & Ioannis, & eorum qui deinceps consequuntur, non narrarunt, ut eorum illustraretur gloria, sed ut prodessent iis, qui eas legerent. Haec ergo quum scias fidelissime, & in primis venerande Christi serve Lause, teipsum saepe admonens, feras patienter nostras ineptias, ut piam tuam mentem custodias, cui natura est insitum, ut diversis vitiis, quae sub adspectum cadunt, & quae non cadunt, tamquam undis agitetur, potest autem sedari sola perpetua oratione, & propria tui ipsius cura. Multi enim etiam ex fratribus paullo religiosioribus, qui, & de exercitationis, & eleemosynae laboribus sibi placebant, & de coelibatu perfectaque, & absoluta virginitate se iactabat, & in divinorum eloquiorum meditatione animum vehementer intendebant, & rerum bonarum disciplina freti erant, aberrarunt ab impatibilitate temerariae suae sententiae, servientes: ut qui alicuius scilicet pietatis praetextu negocii gerendi cupiditate laborarent: ex qua oriuntur, & gerendi negocii nimiae solicitudines, & ad mala negocia animi adplicationes: quas consequuntur curae alienorum negociorum, quae honestorum negociorum curam evellunt radicitus, quae est mater propriae suiipsius curae. Esto ergo rogo te fortis in omni intelligentia, non pingues, & nitidas efficiens divitias: quod quidem certe fecisti, eas satis minuens, impertiendo iis qui indigent: eaeque ad exercendam virtutem tibi fuere ministerio, quum nec impetu aliquo, nec ulla quae ratione careret anticipatione, neque ullo praetextu, quo placeres hominibus, iureiurando obligasses tuam liberam eligendi voluntatem, sicut multis evenit hominibus, qui quum non comedendi, vel bibendi con-

Proverb. 31.
Eccl. 5.
Galat. 2.

tentiosae vanae gloriae servire fecissent liberum
arbitrium, necessitate iurisiurandi, ei rursus mi-
serabiliter succubuerunt, vel vitae amore, &
ignavia, vel imbecillitate corporis, vel cupidita-
te alicuius voluptatis periurium parientes. Si
ergo, & ratione participes, & ratione abstineas,
numquam peccabis. Divina est enim in nobis
ratio, quae ab iis, quae sunt in nobis, motioni-
bus exterminat quidem ea quae sunt noxia, ad-
sumit autem ea, quae sunt utilia. *Iusto enim*,
inquit, *lex non est posita*. *Melius est ergo vinum*
bibere cum ratione, *quam aquam cum fastu*, *&*
1. Tim. 1. *superbia*. Atque mihi quidem adspice, eos qui
cum ratione pietatis, ac religionis vinum bi-
bunt, esse viros sanctos: eos autem, qui inconsi-
derate, & citra rationem cum adrogantia aquam
biberunt, esse homines profanos, & corru-
ptos: & nec amplius vituperes, aut laudes mate-
riam cibi aut potus: sed beatam vel miseram iu-
dices mentem eorum, qui recte, vel male utun-
tur materia. Bibit aliquando Ioseph vinum apud
Aegyptios: sed non fuit mente laesus: erat enim
animo munitus. Aquam autem biberunt Pytha-
goras, & Diogenes, & Plato, inter quos etiam
Manichaei, & reliquus coetus Theologorum Phi-
losophorum, & eo vanae eos perduxit opinio-
nes intemperantia, ut ipsum Deum universorum
effectorem ignorarent, & inanima simulacra ado-
rarent. Usum vini tetigerunt ii quoque, qui cum
beato Petro Apostolo erant discipuli, adeo ut ipsi
Domino, & eorum magistro, omnium autem Ser-
Cassian. l. 5. vatori, id probro daretur, ob participationem
Inst. increpantibus Iudaeis, & dicentibus: *Quare di-*
Matth. 11. Matth. 6. *scipuli tui non ieiunant*, *sicut Ioannis discipuli?*
Marc 2. Et rursus insultabant discipulis, & exprobrantes
Luc. 5. dicebant increduli. *Magister vester cum publica-*
nis, *& peccatoribus comedit*, *& bibit*. De pane
autem, & aqua non reprehendissent, nisi de ob-
sonio, & vino scilicet, ii qui vini quidem po-
tionem vituperant, aquae vero laudant, & ad-
mirantur. Respondent autem Servator pulcre
dicens: *Venit Ioannes in via Iustitiae*, *neque co-*
Matth. 11. *medens*, *nec bibens*: *carnem scilicet*, *& vinum*:
Nam absque aliis non potuisset vivere: & dicunt,
daemonium habet. *Venit filius hominis comedens*,
& bibens. Et dicunt: *Ecce homo vorax*, *& vini*
potor, *amicus publicanorum*, *& peccatorum*, *pro-*
pterea, *quod comedat*, *& bibat*. Quid nos ergo
faciemus? Nec eos, qui vituperant sequamur:
nec eos qui laudant. Sed vel cum Ioanne ra-
tione ieiunemus, etiamsi nobis dicant Iudaei,
Daemonium habetis, vel cum sapientia Iesu vi-
num bibamus, si corpus indigeat, etiamsi nobis
dixerint: *Ecce homines voraces*, *& vini potores*.
Neque enim re vera esca est aliquid, nec po-
tus, sed fides, quae per caritatem extenditur
operibus. Quum enim omnem actionem fides
fuerit consequuta, condemnari non potest qui
Rom. 16. comedit, & bibit, propter fidem. *Quidquid enim*
non est ex fide, *peccatum est*. Sed quando aliquis
ex voluptariis, vel ex iis, qui quodlibet aliud
peccant, dixit, Fide participo, vel aliquid aliud
ago, a ratione aliena cupiditate, vel corrupta
con-

τινὸς κρίσεως, ὁρκωπεδήσας τὴν προαίρεσιν, καθὼς πεπόνθασι πολλοὶ, οἵ τινες φιλονείκῳ κενοδοξίᾳ τὸ μὴ πιεῖν ἢ φαγεῖν δουλώσαντες τὸ αὐτεξούσιον τῇ ἀνάγκῃ τοῦ ὅρκου, καὶ τούτῳ πάλιν ὑποπεσόντες οἰκτρῶς ἢ φιλοζωΐᾳ καὶ ἀκηδίᾳ, ἢ ἀσθενείᾳ σώματος, καὶ ἐπιθυμίᾳ ἡδονῆς τινὸς τὴν ἐπιορκίαν ὠδίναντες. λόγῳ τοίνυν μεταλαμβάνων, καὶ λόγῳ ἀπεχόμενος, οὐχ ἁμαρτήσεις πότε. θεὸς γὰρ ὁ λόγος 1 τῶν ἐν ἡμῖν κινημάτων ἐξορίζων τὰ βλαβερὰ, προσλαμβανόμενος δὲ τὰ ἐπωφελῆ. δικαίῳ γὰρ νόμος, φησιν, οὐ κεῖται. ἄμεινον γὰρ ἡ μετὰ λόγου οἰνοποσία τῆς μετὰ τῦφον ὑδροποσίας. καὶ βλέπε μοι τοὺς μετὰ λόγου θεοσεβείας τὸν οἶνον πιόντας ἄνδρας ἁγίους ὑπάρχοντας, καὶ τοὺς ἀμογίστους 2 μετὰ ἀπονοίας ὑδροποτήσαντας ἀνθρώπους βεβήλους καὶ διεφθαρμένους. μηκέτι ψέξῃς ἢ ἐπαινέσῃς τὴν ὕλην τῶν βρωμάτων, ἀλλὰ μακαρίσῃς ἢ ταλανίσῃς τὴν γνώμην τῶν κακῶς ἢ καλῶς χρωμένων τῇ ὕλῃ. ἔπιεν ποτε Ἰωσὴφ παρ' Αἰγυπτίοις οἶνον, ἀλλ' οὐκ ἐβλάβη τὴν φρένα. ἠσφάλιστο γὰρ τὴν γνώμην. ὑδροπότισεν δὲ Πυθαγόρας, καὶ Διογένης, καὶ Πλάτων. ἐν οἷς καὶ Μανιχαῖοι, καὶ τὸ λοιπὸν σύστημα τῶν ἐθελοφιλοσόφων 3. καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἤλασαν κουφοδοξίαν ἀκολασίᾳ, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν θεὸν τὸν τῶν ἁπάντων ποιητὴν ἀγνοῆσαι, καὶ προσκυνῆσαι ἀψύχοις εἰδώλοις. ἥψαντο δὲ καὶ οἱ περὶ τὸν μακάριον ἀπόστολον Πέτρον τῆς χρήσεως τοῦ οἴνου, ὡς καὶ αὐτὸν ὀνειδίζεσθαι τὸν κύριον καὶ διδάσκαλον τούτων σωτῆρα δὲ τῶν ἁπάντων, ἐπὶ μεταλήψει ἐγκαλούντων Ἰουδαίων, διατὶ οἱ μαθηταί σου οὐ νηστεύουσιν ὡς καὶ Ἰωάννου. καὶ πάλιν τοῖς μαθηταῖς ἐπέβαινον, καὶ ὀνειδίζοντες ἔλεγον οἱ ἄπιστοι. ὁ διδάσκαλος ὑμῶν μετὰ τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει καὶ πίνει. οὐκ ἂν δὲ ἐπὶ ἄρτου καὶ ὕδατος ἐπελαμβάνοντο, εἰ μὴ ἐπὶ ὄψου καὶ οἴνου δηλονότι. ἐν οἷς τοῖς παντάπασιν ἀλόγως ψέγουσι μὲν οἰνοποσίαν, θαυμάζουσι δὲ ὑδροποσίαν, ἀποκρίνεται ὁ σωτήρ. ἦλθεν ὁ Ἰωάννης ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης, μήτε ἐσθίων, μήτε πίνων, δηλαδὴ κρέα καὶ οἶνον. ἄνευ γὰρ τῶν ἄλλων ζῆν οὐκ ἠδύνατο. καὶ λέγουσι, δαιμόνιον ἔχει. ἦλθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων, καὶ λέγουσι. ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος, καὶ οἰνοπότης, φίλος τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν, διὰ τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν. τί οὖν ἡμεῖς ποιήσομεν; μήτε τοῖς ψέγουσι, μήτε τοῖς ἐπαινοῦσιν ἀκολουθήσομεν. ἀλλ' ἢ μετ' Ἰωάννου λόγῳ νηστεύσωμεν, κἂν εἴπωσιν ἡμῖν, δαιμόνιον ἔχετε. ἢ μετ' Ἰησοῦ σοφίᾳ οἰνοποτήσωμεν, εἰ χρήζοι τὸ σῶμα, κἂν εἴπωσιν ἡμῖν, ἰδοὺ ἄνθρωπον φάγοι καὶ οἰνοπόται. οὔτε γὰρ ἡ βρῶσίς ἐστί τι κατὰ ἀλήθειαν, οὔτε ἡ ἀποχὴ, ἀλλ' ἡ πίστις δι' ἀγάπης τοῖς ἔργοις παρεκτεινομένη. ὅτ' ἂν γὰρ πάσῃ πράξει ἀκολουθήσῃ ἡ πίστις, ἀκατάκριτος ἐστὶν ὁ ἐσθίων καὶ πίνων διὰ τὴν πίστιν, πᾶν γὰρ, ὃ οὐκ πίστεως, ἁμαρτία ἐστίν. ἀλλ' ἐπειδὴ πᾶς τίς τῶν φιληδόνων. ἢ ὅτι οὖν πλημμελούντων, ἐρεῖ ὅτι πίστει μεταλαμβάνω. ἢ ὃ ἕτερόν τι πράττων ἀλόγῳ ἐπιθυμίᾳ, ἢ διεφθαρ-

1 θεὸς γὰρ ὁ λόγος) In codice Herveti videtur fuisse, θεῖος γὰρ ὁ λ.

2 ἀμογίστους) Scrib. ἀλογίστους.

3 ἐθελοφιλοσόφων) In Codice Herveti videtur fuisse, θεολογοφιλοσοφῶν. Vertit enim, *Theologorum Philosophorum*.

θαρραλέῳ τῷ συνειδότι, τῇ πίστει ἐπερειδόμενος, ἐσθίεται. ὁ γὰρ σωτὴρ διεστείλατο λέγων. ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. ὅτι δὲ ὁ καρπὸς τῶν θείῳ λόγῳ πολιτευομένων καὶ πνευματικῇ συνέσει, κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον, ἀγάπη ἐστὶ, καὶ χαρὰ, καὶ εἰρήνη, καὶ μακροθυμία, χρηστότης, ἀγαθωσύνη, πίστις, πραότης, ἐγκράτεια, ἁγνεία, ὁμολόγηται. αὐτὸς γὰρ ἔλεγεν ὁ μακάριος Παῦλος. ὁ δὲ καρπὸς τοῦ πνεύματός ἐστι ταῦτα καὶ ταῦτα. ὅτι δὲ ὁ σπουδάζων τοιούτους ἔχειν καρποὺς ἀλόγως, ἢ ἀκαίρως, ἢ ἀσκέπτως οὐ βρώσεται κρέα, οὐδὲ πίεται οἶνον, οὐδὲ συνοικήσει τινὶ πονηρῷ συνειδότι. πάλιν ἔλεγεν ὁ αὐτὸς μακάριος ἀπόστολος Παῦλος. ὅτι πᾶς ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται. ὑγιαινούσης μὲν τῆς σαρκὸς, ἀπεχόμενος τῶν πιαινόντων. ἀῤῥωστούσης δὲ, ἢ ὀδυνωμένης, ἢ καὶ λύπαις, ἢ περιστάσεσι κοπτούσης, χρήσεται μὲν τότε ἢ βρώμασιν, ἢ πόμασιν, ὡς φαρμάκοις ἀλεξιτηρίοις εἰς ἴασιν τῶν 1. ἀφέξεται δὲ τῶν κατὰ τὴν ψυχὴν βλαβερῶν, ὀργῆς, καὶ φθόνου, κενοδοξίας καὶ ἀκηδίας, καὶ καταλαλιᾶς, καὶ ὑπονοίας ἀλόγου, εὐχαριστῶν τῷ κυρίῳ. αὐτάρκως τοίνυν ὑπὲρ τούτων διαλαβὼν πάλιν ἄλλην παράκλησιν προσάγω σου τῇ φιλομαθείᾳ. φεῦγε, ὅση σοι δύναμις, συντυχίας ἀνδρῶν οὐδὲν ὄφελος ἐχόντων, καὶ κοσμούντων μὲν τὸ δέρμα ἀκαταλλήλως κἂν ὀρθόδοξοι εἶεν, μή τι γε δὴ αἱρετικοὶ, βλάπτοντες τῇ ὑποκρίσει. κἂν δόξωσι πολιαῖς κεφαλῆς, ἢ ῥυτίσι προσώπου ἐπισύρεσθαι μῆκος χρόνου. κἂν γὰρ μηδὲν βλαβῇς παρ' αὐτῶν δι' εὐγένειαν τρόπων. τὸ γοῦν ἐλάχιστον δοκοῦντα τρώσει σε. καὶ χαυνωθεὶς κατ' αὐτῶν τὴν διάνοιαν ἐπαρθήσῃ καταγελῶν τούτων, ὅπερ ἐστί σοι βλάβη εἰς ὑπερηφανίαν ἐμπεπτωκότι. ὑπὲρ δὲ θυρίδα φωτεινὴν μεταδίωκε ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ὁσίας συντυχίας, ἵνα διὰ τούτων καθάπερ λεπτογράφου βιβλίου δυνηθῇς ἰδεῖν σαφῶς καὶ τὴν σὴν καρδίαν, διὰ τῆς ἀντιπαραθέσεως, τὴν ῥαθυμίαν, ἢ ἐμμέλειαν δυνάμενος τὴν σὴν δοκιμάζειν. πολλὰ γάρ ἐστι τὰ τῇ χρηστότητι μαρτυροῦντα. ἤτε χροιὰ τῶν προσώπων ἡ ἐπανθοῦσα τῇ πολιτείᾳ, καὶ ὁ στολισμὸς τῆς ἐσθῆτος, καὶ τὸ ἀπέριττον ἦθος, καὶ ἡ ἀτυφία τῶν λόγων, καὶ εὐλάβεια τῶν τρόπων, καὶ τὸ ἀπερίεργον τῶν λέξεων, καὶ τὸ χαρίεν τῆς γνώμης, καὶ τὸ συνετὸν τῶν νοημάτων. ἐνδυναμώσει καὶ τὴν σὴν κοσμιότητα ὁ κύριος, καὶ πάντας τοὺς ἑπομένους τῷ τῆς θεοσεβείας σκοπῷ. κἂν ἐν ἀκηδίᾳ ἢ ἑτέρᾳ τινὶ περιστάσει τυγχάνοιτε. στολισμὸς γάρ, φησιν, ἀνδρὸς, καὶ βῆμα ποδὸς, καὶ γέλως ὀδόντων, ἀναγγελεῖ τὰ περὶ αὐτοῦ, καθὼς ἡ παροιμία λέγει. Ἀρξάμενος τοίνυν ἐγώ σοι τῆς ἐξηγήσεως τοῦ βίου τῶν ἁγίων πατέρων, οὔτε τοὺς ἐν ταῖς πόλεσιν ἢ κώμαις ἢ σπηλαίοις ἢ ἐρημίαις ἀγνῶστους σοι καταλείψω τῷ λόγῳ, προσθεὶς καὶ τοὺς ἐν τοῖς 2 κοινοβίοις. οὐ γὰρ ὁ τόπος ἐστὶν ὁ ζητούμενος ἔνθα κατοικοῦντες οὗτοι κατώρθωσαν τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' ὁ τρόπος τῆς ὀρθῆς προαιρέσεως, δι' ἧς τὴν ἀγγελικὴν πολιτείαν τῇ τοῦ Χριστοῦ συμμαχίᾳ ἐξήσκησαν.

conscientia, innitens fidei, bibitur. Servator enim distinxit, dicens: *A fructibus ipsorum cognoscetis eos.* Matth. 7. Quod autem fructus eorum qui divina ratione vitam instituunt, & spiritali intelligentia, fit ex divini Apostoli sententia, caritas, & gaudium, & pax, & longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, castitas, est extra controversiam. Ipse enim dixit beatus Paulus: *Fructus autem spiritus est hoc & hoc.* Galat. 5. Quod autem qui studet tales habere fructus, citra rationem, aut inconsiderate, aut intempestive non comedet carnes, nec bibet vinum, neque cum ulla mala cohabitabit conscientia, rursus dixit idem beatus Paullus: *Omnis qui certat, ab omnibus abstinet, quum sana quidem est caro, abstinens ab iis quae pinguefaciunt.* 1. Cor. 9. Quod si sit aegra, vel moerore confecta, vel aliquo casu adflicta, tunc utetur quidem vel cibo, vel potione tamquam medicamento, ad ea curanda quae molestiam adferunt: abstinebit autem ab iis, quae sunt animo noxia, ira, & invidia, vana gloria, tristitia, & detractione, superbia, & elatione, Deo agens gratias. Quum de his itaque satis disseruerim, tuae rursus pietati aliam adfero adhortationem. Fuge pro viribus eorum virorum congressiones, qui nullam habent utilitatem, & pellem exornant aliter quam conveniat: etiamsi sint orthodoxi, non solum haeretici: & laedunt hypocrisi, etiamsi cano capite, & corrugata fronte prae se ferant longitudinem temporis. Nam ut propter mores generosos ab eis nihil laedaris: id certe quod videtur esse minimum, te sauciabit. Insolens enim redditus, animo effereris eos irridens. Quod quidem tibi detrimentum adferet, ut qui in superbiam incideris. Super lucidam autem fenestram persequere, & virorum, & mulierum sanctas congressiones: ut per eorum veluti subtiliter scriptum librum, possis tuum cor aperte videre, & per collationem probare socordiam tuam vel diligentiam. Multa enim sunt quae probitati ferunt testimonium: color vultus, qui in ea vita quae degitur efflorescit, & vestium ornatus, & mores compositi, & modestia orationis, & verba non exquisita, & adfectata, elegans sententia, cogitata sensaque sapientia. Dominus autem vires dabit tuae mansuetudini, & omnibus qui sequuntur scopum pietatis, etiamsi vel desidia, vel casus aliquis acciderit. Amictus enim, & Eccl. 10. gressus pedis, & risus dentium adnunciabit de ipso, ut ait Proverbium. Incipiens itaque tibi narrare vitam sanctorum Patrum, neque eos, qui sunt in urbibus, vel vicis, vel speluncis, vel solitudinibus tibi ignoti, praetermittam oratione: adiiciens eos etiam qui sunt in coenobiis. Neque enim locus quaeritur in quo se recte, & ex virtute gesserunt, sed modus rectae eorum institutionis, per quam Christi auxilio vitam egerunt angelicam.

Vita

1 εἰς ἴασιν τῶν) τῶν pro τούτων. Sic apud Hesychium Milesium τοῦ pro αὐτοῦ. τὸ δὲ μαθητῶν τοῦ πυνθανομένων. Iterum in Xantho ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Λυδιακῶν τοῦ ἱστοριῶν. Est μιξοβάρβαρον: neque aliter dicunt, aut scribunt Graeci hodierni, ut etiam nuper adnotare me illic memini.

2 οὔτε τοῖς) Scrib. οὔτε τούς.

Vita Iſidori Hoſpitum Exceptoris.

CAP. I.

Iſidorus Socrat. lib. 4. c. 18. Sozo. l. 6. c. 29. Niceph. lib. 11. c. 34. & poſt ſect. 102.

QVum ergo primum veniſſem in Alexandrinam civitatem, ſecundo conſulatu Theodoſii magni imperatoris, qui propter ſuam rectam in Chriſtum fidem nunc eſt cum angelis: in ipſa civitate incidi in quemdam virum admirandum, & omni ex parte ornatum, ſermone, moribus, & ſcientia, nempe Iſidorum, qui erat & presbyter, & Xenodochus Alexandrinae eccleſiae. Is dicebatur prima quidem iuventute verſans in ſolitudine peregiſſe certamina exercitationis. Cuius etiam cellam vidi ego in monte Nitriae. Offendi autem eum ſenem ſeptuaginta annos natum: qui quum vixiſſet alios quindecim annos, in pace obiit. Hic ſanctus uſque ad horam obitus nihil lineum geſtavit extra vittam, non balneo eſt uſus, non tetigit carnes; numquam a menſa receſſit repletus ad ſatietatem. Erat autem corpore a Dei gratia tam bene contemperato, ut omnes qui ignorabant eius victus rationem, perſuaſum haberent eum laute vivere, & opipare. Huius virtutes animae ſi velim ſigillatim narrare, narrantem me tempus deficiet; qui erat adeo mitis benignus, & pacificus, ut etiam infideles eius inimici, propter rectam in Chriſtum fidem, vel eius umbram revererentur ob inſignem viri bonitatem. Tantam autem habuit ſpiritalem gratiam, & cognitionem ſanctarum ſcripturarum, & comprehenſionem divinorum dogmatum, ut etiam in ipſo convivio hora ſolita refectionis fratrum, ſancti huius fieret mentis exceſſus, mutuſque evaderet ipſe, & obſtupeſceret, & quum rogaretur, ut quae in exceſſu evenerant narraret, diceret. Mente ſum peregrinatus ab aliqua raptus contemplatione. Scio ego eum ſaepe in menſa fuiſſe lacrimatum; & quum rogaretur cauſam cur eſſet lacrimatus, audivi eum dicentem. Pudet me veſci cibo a ratione alieno, quum ſim ratione praeditus: & verſari deberem in paradiſo deliciarum, & replendus ambroſiae nutrimento, propter eam quae nobis a Domino data eſt poteſtatem. Is erat Romae notus cuncto ſenatui, & procerum uxoribus, quo tempore cum beato Athanaſio epiſcopo prius receſſerat, deinde cum ſancto Demetrio epiſcopo. Is quum abundaret opibus, & iis quae ſunt ad uſum neceſſaria, non ſcripſit teſtamentum decedens, non pecuniam reliquit, non rem ullam ſuis ſororibus, quae erant

Περὶ Ἰσιδώρου Ξενοδόχου.

ΚΕΦ. α.

ΠΡώτον τοίνυν πατήσας ἐγὼ τὴν Ἀλεξανδρέων πόλιν ἐν τῇ δευτέρᾳ ὑπατίᾳ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου 1 βασιλέως, ὃς νῦν ἐν ἀγγέλοις ὑπάρχει διὰ τὴν ὀρθὴν αὐτοῦ πίστιν τὴν εἰς Χριστὸν, περιέτυχον ἐν αὐτῇ τῇ πόλει ἀνδρὶ θαυμασίῳ τὸν τρόπον πανταχόθεν κεκοσμημένῳ, ἔν τε λόγῳ, καὶ ἤθει, καὶ γνώσει, Ἰσιδώρῳ πρεσβυτέρῳ ὄντι Ξενοδόχῳ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας 2. ὃς τὰ μὲν πρῶτα τῆς νεότητος ἐλέγετο ἐν τῇ ἐρήμῳ διατρίψας ἠνυκέναι τὰ τῆς ἀσκήσεως ἆθλα, οὗ καὶ τὴν κέλλαν ἐθεασάμην ἐγὼ ἐν τῷ ὄρει τῆς Νιτρίας. κατέλαβον δὲ τοῦτον ἐγὼ ἐτῶν ἑβδομήκοντα γέροντα. ὃς ἐπιζήσας πεντεκαίδεκα ἄλλα ἔτη τελευτᾷ ἐν εἰρήνῃ· οὗτος ὁ ἅγιος μέχρις αὐτῆς τῆς τελευτῆς οὐκ ὀθόνην ἐφόρεσεν ἐκτὸς φακιαλίου 3, οὐ λουτρῷ ἐχρήσατο, οὐ κρεῶν ἥψατο, οὐ τραπέζης ποτὲ πρὸς κόρον ἐνεφορήθη. ὃς τοιοῦτον εἶχεν τὸ σῶμα ὑπὸ τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ συγκροτούμενον, ὡς πεπληροφορῆσθαι πάντας τοὺς ἀγνοοῦντας αὐτοῦ τὴν δίαιταν, ὅτι ἐν μεγάλῃ τρυφῇ διάγει. τούτου τὰς ἀρετὰς τῆς ψυχῆς ἐὰν θέλω διηγήσασθαι κατὰ μέρος, ἐπιλείψει με διηγούμενον ὁ χρόνος. ὃς τοσοῦτον ἦν πρᾶος καὶ φιλάνθρωπος, καὶ εἰρηνικὸς, ὡς καὶ αὐτοὺς τοὺς ἀπίστους ἐχθροὺς αὐτοῦ διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὀρθὴν αὐτοῦ πίστιν αἰδεῖσθαι καὶ τὴν σκιὰν δι' ὑπερβολὴν τῆς τοῦ ἀνδρὸς χρηστότητος. τοσαύτην δὲ ἔσχεν χάριν πνευματικὴν, καὶ γνῶσιν τῶν ἁγίων γραφῶν, καὶ τῶν θείων δογμάτων κατάληψιν, ὡς καὶ παρ' αὐτὰ τὰ συμπόσια τῆς εἰωθυίας ὥρας τῆς μεταλήψεως τῶν ἀδελφῶν ἐξίστασθαι τὴν διάνοιαν τοῦ ἁγίου, καὶ ἐνεάζειν αὐτὸν, καὶ παρακαλούμενον διηγεῖσθαι τὰ τῆς ἐκστάσεως, καὶ λέγειν ὅτι ἀπεδήμησα τῇ διανοίᾳ ἁρπαγεὶς ὑπὸ θεωρίας τινός. ἔγνων κἀγὼ τοῦτον πολλάκις δακρύσαντα ἐπὶ τῆς τραπέζης, καὶ τῶν δακρύων τὴν αἰτίαν πυθόμενος, ἤκουσα αὐτοῦ λέγοντος. ὅτι αἰδοῦμαι ἀλόγου μεταλαμβάνων τροφῆς λογικὸς ὑπάρχων, καὶ ὀφείλων ἐν παραδείσῳ τρυφαῖς ὑπάρχειν, καὶ ἐμφορεῖσθαι ἀμβροσίας τροφῆς διὰ τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν παρὰ Χριστοῦ ἐξουσίαν. οὗτος γνώριμος ἐν πάσῃ τῇ κατὰ Ῥώμην συγκλήτῳ, ταῖς τε γυναιξὶ τῶν μεγιστάνων. ὁπηνίκα σὺν τῷ μακαρίῳ Ἀθανασίῳ ἀπεληλύθει τὸ πρότερον, ἔπειτα σὺν τῷ ἁγίῳ Δημητρίῳ τῷ ἐπισκόπῳ 4. οὗτος περιττεύων πλούτῳ καὶ ἀφθονίᾳ χρειῶν, οὐ δια-

1 ἐν τῇ δευτέρᾳ ὑπατείᾳ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου) Geſſit ſecundum conſulatum Theodoſius Magnus collega Fl. Cynegio, anno Vrbis cIↄ.c.xl. Chriſti vero, ccclxxxviii. Vide Faſtos Siculos, & Capitolinos.

2 Ἰσιδώρῳ, πρεσβυτέρῳ ὄντι, καὶ Ξενοδόχῳ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας) Meminit huius Iſidori Ioannes Scholaſticus Clim. cap. iv. Freculphus Chron. Tom. ii. lib. iv. cap. xviii. *Iſidorus in Scythiis, Pampus in Cellulis.* Sed reſcribendum cenſeo. *Iſidorus in Scithi.*

3 ἐκτὸς φακιαλίου) An φακιάλιος eſt Latinum, *Facialis?* De eo eſt in Gloſſis Latino-A graecis *Da facialem?* δὸς προσωπίδιον. Item in Homil. Schol. ξύστραν, προσόψιον ποδεκμάγιον, λήκυθον. *Strigilem, facialem, pedalem, ampullam.* Non recte eruditiſſimus Hervetus interpretatur, *Vittam.*

4 σὺν τῷ ἁγίῳ Δημητρίῳ τῷ ἐπισκόπῳ) Demetrios duos Nicephorus laudat; unum epiſcopum Alexandrinum, lib. v. cap. xviii. Alterum Peſſinuntium, lib. xiii. cap. xv. Alexandrini meminit etiam Euſebius Hiſt. Eccleſ. lib. vi. cap xxvi. & Hieronymus in Catalogo Script. Eccl. Et de eo loqui hoc loco Palladium cenſeo.

οὐ διαθήκην ἔγραψε τελευτῶν, οὐ νόμισμα καταλέλοιπεν, οὐ πρᾶγμα ταῖς ἑαυτοῦ ἀδελφαῖς παρθένοις οὔσαις. ἀλλὰ παρέθετο αὐτὰς τῷ Χριστῷ, λέγων. ὁ κτίσας ὑμᾶς θεὸς αὐτὸς οἰκονομήσει ὑμῶν καὶ τὰ πρὸς τὴν ζωὴν, ὡς καί με. ἦν δὲ σὺν ταῖς ἀδελφαῖς αὐτοῦ σύστημα παρθένων ἑβδομήκοντα.

rant virgines: sed eas Christo commendavit, dicens. Deus qui nos creavit, vobis quoque victum providebit sicut & mihi. Erat autem conventus virginum, quae erant cum sororibus eius, septuaginta.

Περὶ Δωροθέου.

ΚΕΦ. β'.

Οὗτος φοιτήσαντί μοι νέῳ ὄντι πρὸς αὐτὸν, καὶ παρακαλοῦντι στοιχειωθῆναι ἐν τῷ μονήρει βίῳ, σφριγώσης μοι ἔτι τῆς ἡλικίας, καὶ λόγων μὴ δεομένης, ἀλλὰ πόνων τῶν κατὰ σάρκα, καὶ σκληραγωγίας τῆς κατὰ σῶμα. οὗτος ὡς καλὸς πωλοδάμνης ἐξάγει με ἔξω τῆς πόλεως εἰς τὰ λεγόμενα ἐρημικὰ 1 ἀπὸ πέντε σημείων, καὶ παραδίδωσί με Δωροθέῳ τινὶ ἀσκητῇ Θηβαίῳ 2 ἑξηκοστὸν ἄγοντι ἔτος ἐν τῷ σπηλαίῳ, καὶ κελεύει με πληρῶσαι παρ' αὐτοῦ τρία ἔτη πρὸς δαμασμὸν τῶν παθῶν. ἠπίστατο γὰρ τὸν γέροντα μεγάλῃ σκληραγωγίᾳ συζῶντα. καὶ μετὰ τὸ πληρῶσαι με τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν. πάλιν πρὸς αὐτὸν ἐπανακάμπτειν με ἐντειλάμενος λοιπῆς διδασκαλίας ἕνεκεν πνευματικῆς. καὶ μὴ δυνηθεὶς τῶν τριῶν ἐτῶν τὸν ἀριθμὸν παρ' αὐτῷ ἐκπληρῶσαι, διὰ τὸ κραταιᾷ ἀῤῥωστίᾳ περιπεσεῖν με, οὕτως ἦρθην ἀπ' αὐτοῦ πρὸ τοῦ χρόνου τῆς προθεσμίας. ἦν γὰρ αὐτοῦ ἡ δίαιτα πάνυ σκληροτάτη, αὐχμώδης λίαν, καὶ ξηροτάτη. διὰ πάσης μὲν γὰρ τῆς ἡμέρας, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ καύματι τῆς μεσημβρίας, ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ κατὰ θάλασσαν συνῆγεν λίθος. καὶ τούτους ἀεὶ οἰκοδομῶν, καὶ κέλλας ποιῶν, παρεχώρει τοῖς μὴ δυναμένοις οἰκοδομῆσαι. κατ' ἔτος κέλλαν τελίσκων. ἐμοῦ δέ ποτε τῷ ἁγίῳ τούτῳ εἰρηκότος, τί ποιεῖς πάτερ ἐν γήρει τοιούτῳ ἀποκτείνων σου τὸ σωμάτιον ἐν τῷ καύματι τοῖς χαλεποῖς; ἀπεκρίνατό μοι, λέγων. ἐκεῖνο ἀποκτείνει με, ἀποκτενῶ αὐτὸ κἀγώ. ἤσθιεν μὲν γὰρ οὐγκίας ἓξ ἄρτου καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ λεπτολαχάνων δέμα 3. ἔπινεν δὲ ὕδατος τὸ ὅσον. ἐπὶ θεοῦ μάρτυρος, οὐκ ἔγνων τοῦτον ἁπλώσαντα πόδας, οὐ καθευδήσαντα ἐξεπίτηδες ἢ ἐπὶ ψιαθίου ἢ ἐπὶ κλίνης. ἀλλὰ διὰ πάσης νυκτὸς καθήμενος ἔπλεκεν σειρὰν τὴν ἐκ θάλλων φοινίκων εἰς λόγον τροφῆς 4. ὑπονοήσας δὲ ὅτι ἐπὶ ἐμοῦ μόνου τοσαύτῃ ἀκρότητι ἀσκήσεως κέχρηται, ἐφιλοπεύστησα παρὰ πλειόνων αὐτοῦ μαθητῶν ἀκριβῶς, εἰ ταύτην ἔχοι διὰ παντὸς τοῦ βίου τὴν ἄσκησιν. οἵτινες λοιπὸν ἔμενον κατ' ἰδίαν. καὶ αὐτοὶ τὴν ἀρετὴν λοιπὸν κατορθοῦντες αὐτοί μοι ἔλεγον, ὅτι ἐκ νεα-

Vita Dorothei.

CAP. II.

Is, quum ad eum venissem adolescens, & rogarem ut ad vitam cooptarer monasticam, mea adhuc aetate lasciviente, & non opus habente sermonibus, sed laboribus qui carnem subigerent, duraque, & adspera vivendi ratione quae corpus compesceret: is, inquam, tamquam bonus domitor pullorum, duxit me extra civitatem ad eas quae dicuntur cellae eremiticae circiter quinto ab urbe lapide, & me tradit cuidam Dorotheo exercitatori Thebano sexagesimum annum agenti in spelunca, & iubet me implere apud ipsum tres annos ad domandas animi perturbationes. Sciebat enim senem agere vitam admodum duram, & asperam; & postquam annorum numerum implessem, rursus ad eum reverterer mandavit ob reliquiam doctrinam spiritalem. Quum autem non potuissem apud eum implere numerum trium annorum, eo quod in morbum incidissem vehementem, ab eo recessi ante tempus praestitutum. Erat enim eius vitae ratio longe adsperrima, squallida, & plane arida. Toto enim die, atque adeo in ipso aestu meridiei, in solitudine quae est propter mare, colligebat lapides, & ex eis semper aedificans, & cellas faciens, eas cedebat iis qui non poterant aedificare, singulis annis cellam faciens. Quum autem ego aliquando huic sancto dixissem, Quid agis pater, in tanta senectute corpusculum tuum occidens caloribus intolerabilibus, respondit mihi, dicens. Illud me occidit, ego quoque ipsum occidam. Comedebat autem singulis diebus sex uncias panis, & minutorum olerum fasciculum. Aquae autem bibebat modicum quid. Deum autem testor me numquam eum cognovisse pedes extendisse: non dedita opera dormiisse in toro, aut super lectum; sed per totam noctem sedens, contexebat funem ex ramis palmarum, ut ex eo sibi victum pararet. Quum autem subspicarer, eum, quum adessem solummodo, tam extrema usum esse exercitatione, sciscitatus sum ut scirem a compluribus eius discipulis, an perpetuo uteretur tam accurata exactaque exercitatione; qui quidem manebant ipsi quoque deinceps seorsum, se recte, & ex virtute gerentes. Hi mihi dixerunt, quod a iu-

Niceph. lib. 11. c. 35.

Cassiod. l. 8. c. 11.

1 εἰς τὰ λεγόμενα ἐρημικὰ) Sozomenus lib. VI. cap. XXVIII. ἐν τοῖς καλουμένοις ἐρημικοῖς οἴκοις. Nicephorus lib. XI. cap. XXXIV. *In solis, sicut dicitur, locis.*

2 Δωροθέῳ τινὶ ἀσκητῇ Θηβαίῳ) De hoc videndi Sozomenus, & Nicephorus, locis proxime citatis.

3 λεπτολαχάνων δέμα) In Herveti codice videtur fuisse, λ. δέκα. Male.

4 ἔπλεκεν σειρὰν τὴν ἐκ θάλλων φοινίκων εἰς λόγον τροφῆς) Huc pertinet elegans admodum locus, qui est apud Synesium in Dione, de vita monachorum AEgyptiorum, bene prolixus: ubi ita inter cetera: ἤ τι αὐτοῖς οἱ κάλαθοι βούλονται, καὶ τὰ πλεγμάτια ἄττα μεταχειρίζονται, εἰ μὴ πρῶτον μὲν ἐν τότε ἦσαν ἄνθρωποι, τοῦτ' ἐστὶν ἐπιστροφὴν πρὸς τὰ τῇδε ποιούμενοι. οὐ γὰρ δὴ θεωροῦσι τε ἅμα καὶ σοφίζονται περὶ τὰ πλέγματα.

A

a iuventute vitam suam ita instituit, numquam dedita opera dormiens, nisi quod inter operandum, vel comedendum aliquando connivebat oculis deiectis; adeo ut saepe panem quoque ex eius ore excideret esus tempore propter nimiam dormitationem. Quum autem ego aliquando cogerem hunc sanctum paullulum iacere super stoream, aegre ferens mihi dixit. Si quando persuaseris angelis, ut dormiant, tum virtutis studioso quoque persuaseris. Quodam autem die, ad puteum suum me misit circa horam nonam, ut implerem cadum, quo eo in refectione uteretur cum instaret hora cibi capiendi. Accidit autem ut quum accessissem, infra in puteo viderem aspidem, & prae metu aquam minime haurirem, sed currendo reversus ei nunciarem, dicens. Periimus Abba, vidi enim aspidem inferius in puteo. Ille autem honeste subridens, quoniam mei magnam habebat rationem, & caput quatiens, dixit. Si visum fuerit diabolo in omnem puteum iniicere serpentes, & aspides, vel testudines, aut alia venenata animalia, in omnes fontes aquarum: tu manebis numquam bibens. Ipse autem e cella egressus, quum per se hausisset, bibit ieiunus, quum prius signaculo crucis muniisset, & dixisset: ubi crux adest, illic viribus caret diaboli improbitas.

νεαρᾶς ἡλικίας ταύτην ἔσχεν τὴν πολιτείαν, μηδέποτε κοιμηθεὶς ἐξεπίτηδες; εἰ μή τι ἐν τῷ ἐργάζεσθαι ἢ ἐσθίειν ἐκάμμυσεν που τὸν ὀφθαλμὸν κατενεχθεὶς, ὥστε πολλάκις καὶ τὸν ψωμὸν ἐκπίπτειν τοῦ στόματος αὐτοῦ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ φαγεῖν ὑπερβολῇ νυσταγμοῦ. ἀναγκάζοντος δέ μου ποτὲ τοῦτον τὸν ἅγιον μικρὸν ἐπὶ τῆς ψιάθου πεσεῖν, ὑπολυπούμενος οὗτος ἔλεγέν μοι. ἐὰν πείσῃς τοὺς ἀγγέλους κοιμηθῆναι ποτὲ, πείσεις ἐν τούτῳ καὶ τὸν σπουδαῖον. μιᾷ δὲ τῶν ἡμερῶν ἀπέστειλέν με ἐν τῷ φρέατι αὐτοῦ περὶ ὥραν ἐννάτην πληρῶσαι τὸν κάδον εἰς λόγον τῆς μεταλήψεως, ἐνστάσης τῆς τοῦ φαγεῖν ὥρας, ἔτυχεν δέ με ἀπελθόντα ἀσπίδα θεάσασθαι ἐν τῷ φρέατι κάτω, καὶ μηκέτι φόβῳ ἀντλῆσαι τὸ ὕδωρ, ἀλλὰ ἀπελθόντα δρομαῖον ἀπαγγεῖλαι αὐτῷ ὅτι ἀπεθάνομεν ἀββᾶ. ἀσπίδα γὰρ εἶδον ἐν τῷ φρέατι κάτω. ὑπομειδιάσας δὲ ἐκεῖνος σεμνὸν, ἐπὶ πολύ μοι προσέχων, καὶ σείων κεφαλὴν, ἔλεγεν. ἐὰν δόξῃ τῷ διαβόλῳ κατὰ πᾶν φρέαρ ἀσπίδας ἐμβαλεῖν, ἢ ὄφεις, ἢ ἕτερα ἰοβόλα θηρία εἰς πάσας τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, σὺ μένεις μηδέποτε πίνων; καὶ ἐξελθὼν τῆς κέλλης αὐτοῦ, καὶ δι' ἑαυτοῦ γεμίσας τὸν κάδον, νῆστις πρῶτος αὐτὸς τοῦ ὕδατος ἀπεῤῥόφησεν, ἐπισφραγίσας τὸ ὕδωρ, εἰπὼν, ὅπου σταυρὸς ἐπιφοιτᾷ, οὐκ ἰσχύει κακία τοῦ σατανᾶ.

Acta, & Temperantia Potamiaenae.

Περὶ Ποταμιαίνης.

CAP. III.

ΚΕΦ. γʹ.

Euseb. l. 6. c. 4. Niceph. lib. 5. c. 7.

BEatus ergo Isidorus Xenodochus, qui beatum Antonium convenerat, narravit mihi se ab eo audivisse rem dignam quae mandetur litteris. Potamiaena quaedam puella formosissima, tempore Maximini persequutoris, fuit ancilla cuiusdam intemperantis, & libidinosi. Quam cum multum rogasset, & ei varia promisisset eius Dominus, eam non potuit decipere. Quo factum est ut is tamdem furore percitus, eam traderet praefecto Alexandrino qui erat eo tempore, tamquam Christianam, & quae tempora, & Imperatores insectaretur maledictis propter persequutiones; pollicitus se ei magnam pecuniae vim daturum ob eius calamitatem, dicens: Si ei persuaseris ut meo desiderio adsentiatur, eam custodi nullo adfectam supplicio. Quod si mansisset in ea quam ab initio ostenderat austeritate, rogavit ut ea supplicio adfecta moreretur: ne, dicens, viva meam irrideat intemperantiam. Producta autem ante tribunal virgo fortis, diversis ad poenas sumendas comparatis instrumentis corpore fuit excruciato: & adversus multas, ac varias rationes mente tamquam turris firma ac stabilis resistebat. Inter instrumenta autem suppliciorum, crudelius quoddam ceteris tormentum ab eo, qui tunc erat iudex, inventum est. Iubet enim magnum lebetem pice repletum vehementissimo igne accendi. Quum bulliret ergo pix, & valde arderet, conversus ad illam beatam saevus praeses, dixit. Abi, pare voluntati Do-

Ο Μακάριος Ἰσίδωρος ὁ Ξενοδόχος συντετυχηκὼς Ἀντωνίῳ τῷ ἁγίῳ καὶ μακαρίῳ, γραφῆς ἄξιον διηγήσατο πρᾶγμα ἀκηκοὼς παρ' αὐτοῦ. ὅτι Ποταμιαίνα τις ὡραιοτάτη κόρη 1 κατὰ τὸν καιρὸν Μαξιμίνου τοῦ διώκτου παιδίσκη τινὸς ἀκολάστου ὑπῆρχεν. ἣν πολλὰ λιπαρήσας ὁ ταύτης δεσπότης ὑποσχέσεσι διαφόροις ἀπατῆσαι ταύτην οὐκ ἴσχυσεν. ἐν οἷς τὸ τελευταῖον μανεὶς παραδίδωσι ταύτην τῷ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐπάρχῳ τῆς Ἀλεξανδρείας, ἔκδοτον αὐτὴν δεδωκὼς ὡς Χριστιανὴν, καὶ βλασφημοῦσαν καὶ τοὺς καιροὺς καὶ τοὺς βασιλεῖς ἐπὶ τοῖς διωγμοῖς. ὑποσχόμενος αὐτῷ χρήματα ἱκανὰ ἐπὶ τῇ ταύτης συμφορᾷ. ἐὰν πείσῃς ταύτην, φήσας, συνθέσθαι μου τῷ σκοπῷ, φύλαξον αὐτὴν ἀτιμώρητον. ἐὰν δὲ ἐμμείνῃ τῇ ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς αὐστηρίᾳ, παρεκάλεσεν τιμωρουμένην αὐτὴν ἀποθανεῖν. ἵνα μὴ ζῶσα λέγων καταγελάσῃ μου τῆς ἀσωτίας. προαχθεῖσα δὲ πρὸ τοῦ βήματος ἡ ἀνδρεία διαφόροις ὀργάνοις τιμωρητικοῖς τὸ σῶμα ἐβασανίζετο, καὶ πρὸς πολλοὺς λογισμοὺς καὶ διαφόρους ἐπυργομάχει 2 τῇ γνώμῃ. ἐν οἷς ὀργάνοις τῶν τιμωριῶν ὠμότερός τις κολαστηρίων βάσανος παρὰ τοῦ τότε δικάζοντος εὕρεται, κελεύει λέβητα μέγαν πίσσης πλησθέντα ὑποκαίεσθαι τοῦτον λαμπροτάτῳ πυρί 3. βραζούσης οὖν τῆς πίσσης, καὶ σφόδρα ἐκκαιομένης, προέτεινεν ὁ ἀνήμερος ἄρχων τῇ μακαρίᾳ ἐκείνῃ, λέγων. ὅτι ἢ ἄπελθε ὑποτάγηθι τοῖς θελήμασι τοῦ δεσπότου σου. ἢ, ἵνα εἰδέναι ἔχοις, τῷ λέβητι σε ἐν καταγγισθῆναι κελεύω. ἡ δὲ ἀπεκρίνατο λέγουσα. μὴ

1 Ποταμίαινά τις ὡραιοτάτη κόρη) De Potamiaena videndi Nicephorus lib. v. cap. VII. & Eusebius Hist. Eccles. lib. VI. cap. V.

2 ἐπυῤῥομάχει) Scrib. ἐπυργομάχει.

3 λαμπροτάτῳ πυρὶ) Graeci recentiores λαμπρὸν simpliciter pro igne usurpabant. Vide Glossarium nostrum Graecobarbarum.

μὴ γένοιτο τοιοῦτος πώποτε ἄδικος δικαστὴς, ὁ κελεύων ὑποτάττεσθαι με ἀσωτίᾳ. ἀπομανεὶς οὖν ἐκεῖνος, κελεύει αὐτὴν ἐκδυθεῖσαν ἐμβληθῆναι τῷ λέβητι, ἡ δὲ ἀφίησι φωνὴν, εἰποῦσα. τὴν κεφαλὴν τοῦ βασιλέως σου, ὄν συ φοβῆ, εἰ κέκριταί σοι τὸ οὕτως με τιμωρήσασθαι, μὴ κελεύσῃς μὴ ἐκδυθῆναι 1. ἀλλὰ κατ' ὀλίγων με πρόσταξον ἐν τῇ βραζούσῃ πίσσῃ καταχαλᾶσθαι, ἵνα ἴδῃς πόσην ὑπομονήν μοι ἐχαρίσατο ὁ κύριος ὃν συ ἀγνοεῖς. καὶ χαλασθεῖσα κατὰ μικρὸν, ὡς ἐπὶ παρατάσει ὡρῶν τριῶν, οὕτως ἐξέψυχεν φθασάσης τῆς πίσσης περὶ τὸν τράχηλον.

Domini tui; alioqui, ut intelligas, iubeo te devolvi in lebetem. Illa vero respondit, dicens. Absit ut sit iudex adeo iniquus, qui me iubeat parere libidini, & intemperantiae. Ille itaque furore percitus, iubet eam exui, & in lebetem iniici. Illa vero vocem emittit, dicens: Per caput imperatoris quem tu times, si statuisti sic me supplicio adficere, ne iusseris me exui; sed iube me paullatim in picem ferventem demitti; ut videas quantam mihi largitus est patientiam Christus quem tu ignoras. Quae sic paullatim demissa, spacio trium horarum, emisit spiritum, quum pix pervenisset ad eius collum.

Vita Didymi caeci. (a)

CAP. IV.

ΠΛεῖστον μὲν οὖν σύστημα χοροῦ ἁγίου ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἐτελειώθησαν τότε ἐν τῇ Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ ἄξιοι εὑρεθέντες τῆς γῆς τῶν πραέων 2. ἐν οἷς τελευτᾶται καὶ ὁ μακάριος Δίδυμος ὁ συγγραφεὺς, ὁ ἀπὸ ὀμμάτων γενόμενος, οὗ καὶ συντυχίας ἔσχηκα τέσσαρας, ἐκ διαλημμάτων ἀπερχόμενος πρὸς αὐτὸν, ἐπὶ δέκα ἔτη. τελευτᾶται δὲ οὗτος, ἐτῶν ὀγδοήκοντα πέντε. οὗτος ἀπ' ὀμμάτων ὑπῆρχεν, ὡς αὐτός μοι διηγήσατο, τετραέτης τὰς ὄψεις ἀποβαλὼν, μήτε γραμμάτων μεμαθηκὼς, μήτε παρὰ διδασκάλοις φοιτήσας· εἶχε γὰρ τὸν κατὰ φύσιν διδάσκαλον ἐῤῥωμένον τὸ ἴδιον συνειδός· ὃς τοσαύτῃ χάριτι ἐκεκόσμητο γνώσεως πνευματικῆς, ὡς καθ' ἱστορίαν πληροῦσθαι τὸ γεγραμμένον, Κύριος σοφοῖ τυφλούς· παλαιὰν μὲν γὰρ καὶ καινὴν γραφὴν ἡρμήνευσε κατὰ λέξιν. τῶν δὲ δογμάτων οὕτως ἐπεμελήθη, λεπτῶς καὶ πάνυ ἰσχυρῶς ἐκθέμενος τὸν περὶ αὐτῶν λόγον, ὡς πάντας ὑπερβεβηκέναι τοὺς ἀρχαίους ἐν γνώσει. τούτου ποτὲ ἀναγκάζοντός με ποιῆσαι εὐχὴν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ μὴ βουλομένου μου, ἔλεγέν μοι διηγούμενος. ὅτι εἰς τὴν κέλλαν ταύτην τρίτον εἰσῆλθεν ὁ μακάριος Ἀντώνιος ἐπισκεψόμενός με, καὶ παρακληθεὶς παρ' ἐμοῦ ποιῆσαι εὐχὴν, εὐθὺς ἔκλινεν γόνυ ἐν τούτῳ τῷ κελλίῳ, καὶ οὐ παρεσκεύασέ με δευτερῶσαι τὸν λόγον, ἔργῳ με παιδεύσας ἐν τῇ ὑπακοῇ, ὥς τε οὖν εἰ κατ' ἴχνος βαίνεις καί συ τῆς ἐκείνου πολιτείας, ὅσα τε μονάζων, καὶ δι' ἀρετὴν ξενιτεύων, ἀπόθου πᾶσαν φιλονεικίαν. ὁ αὐτὸς διηγήσατό μοι καὶ τοῦτο, ὅτι ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν φροντίζοντός μου περὶ τῆς ζωῆς Ἰουλιανοῦ τοῦ ἀθλίου βασιλέως, ὡς διώκτου· καὶ ἀδημονοῦντός μου, ἔτυχέ ποτε ἄχρις ἑσπέρας βαθείας μηδενὸς γεύσασθαί με ἕνεκεν ταύτης τῆς φροντίδος· καὶ καθεζομένου μου ἐν τῷ θρόνῳ κατανεχθῆναι ὕπνῳ, καὶ ἰδεῖν ἐν ἐκστάσει ἵππους λευκοὺς διατρέχοντας μετὰ τῶν ἐπιβατῶν, καὶ κηρύττοντας, εἴπατε Διδύμῳ, σήμερον ἑβδόμην ὥραν ἐτελεύτησεν Ἰουλιανός. ἀναστὰς οὖν φάγε σὺ, καὶ γνῶσιν ἀπόστειλον τῷ ἐπισκόπῳ Ἀθανασίῳ ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἵνα κἀκεῖνος γνῷ

PLurimus ergo coetus sanctorum virorum, & mulierum, tunc fuit consummatus in ecclesia Alexandrina, qui sunt inventi digni terra mitium. Inter quos consummatur etiam beatus scriptor Didymus, qui fuit orbus. Cum quo fuit mihi quater congressio, quum decem annorum interiecto intervallo ad eum proficiscerer. Is autem consummatur natus annos octoginta quinque. Fuit autem is orbus, ut qui cum esset quatuor annos natus, oculos amiserit, ut ipse mihi narravit: & neque litteras didicit, neque ventitavit ad praeceptores. Habebat enim secundum naturam magistram, firmam ac validam propriam conscientiam. Tanta autem spiritalis cognitionis fuit exornatus gratia, ut re vera impleretur in eo quod scriptum est: *Dominus illuminat caecos*. Vetus enim & novum testamentum interpretabatur ad verbum. Dogmata autem subtiliter & tam strenue exponebat, ut omnes veteres scientia superarit. Is quum aliquando me cogeret in cella facere orationem, ego autem nollem, mihi dixit narrans: Ter in hanc cellam ingressus est beatus Antonius ut me viseret: qui a me rogatus faceret orationem, statim genu flexit in hac cella, neque commisit ut quod dixeram iterum repeterem, re ipsa quidem docens in obedientia. Quare si tu quoque eius vitae vestigia sequeris, ut qui sis monachus & hospes ob virtutem, omnem depone contentionem. Hic ipse hoc quoque mihi narravit. Quum quodam die, aiebat, de vita miseri Iuliani Imperatoris, utpote persequutoris, essem solicitus, & animo angerer: accidit ut propter hanc solicitudinem, ad vesperam usque feram nihil comederem; & quum in sedili sederem, me somnus opprimeret, & viderem in ecstasi equos albos cum insessoribus percurrentes, & adnuntiantes: Dicite Didymo: Hodie hora septima mortuus est Iulianus. Surge ergo & comede: & quod tu scis, domum mitte ad Episcopum Athanasium, ut ille quoque hoc sciat. Notavi au-

Hieron. in catal. Niceph. lib. 9. c. 17. Cassiodor. l. 8. c. 8.

Psal. 145.

Niceph. lib. 10. c. 35. Sozom. l. 6. c. 2.

1 μὴ ἐκδυθῆναι) Scrib. με ἐ.

2 τῆς γῆς τῶν πραέων) Adludit ad dictum Servatoris nostri apud Matthaeum cap. v. μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν.

(a) Hic Didymus tametsi & sanctitate & doctrina vir magnus ab initio fuerit, ut plura de eo Patrum elogia testantur, est tamdem in Origenis errores praecipitatus, & praecipuus Origenista habitus, tamquam haereticus condemnatus est una cum Origene & Evagrio Pontico in quinta Synodo generali, ut auctores sunt S. Tharasius Episcopus Constantinopolitanus in confessione fidei, quae habetur in septima Synodo actione 3. *Nicephorus lib. 17. hist. cap. 27. Cedrenus in Annal.* Eumdem cum eisdem damnavit quoque S. Martinus Papa, & Martyr in Concilio Lateranensi, *secr. 5. can. 18.*

autem, inquit, & horam & diem & hebdomadam & mensem: & sic inveni. (a)

Alexandrae vita.

CAP. V.

NArravit autem mihi quoque hic beatus de quadam ancilla nomine Alexandra, quae relicta civitate in monumento se inclusit, per foramen accipiens quae erant necessaria, neque in virorum neque in mulierum conspectum veniens, spatio decem annorum. Decimo autem anno aiunt, beatam, quum dormiisset, seipsam composuisse: adeo ut quae solita erat ad eam venire, quum illi non respondisset, nobis renuntiaverit. Quum nos ergo accessissemus, & monumenti ostium amovissemus: ingressi sumus, & invenimus eam obdormisse. De ea autem dicebat etiam beatissima Melania Romana (cuius vitam narrabo tempore & loco convenienti.) Huius, inquit, beatae faciem non potui intueri: stans autem ego circa foramen, eam rogavi ut mihi diceret causam propter quam secessit quidem a civitate, seipsam autem inclusit monumento. Illa autem, inquit, per foramen est adloquuta, dicens: Quidam, inquit, insano mei amore tenebatur: & ne eum viderer molestia adficere, vel in invidiam vocare, malui me vivam in hoc monumentum inferre, quam offendere animam quae facta est ad Dei imaginem. Quum autem ego ei dixissem: Quomodo ferre potes serva Christi Dei, cum nullo omnino colloqui, sed sola pugnare cum desidia & cogitationibus? mihi respondit, dicens: A mane usque ad horam nonam oro, per horam nens linum. Reliquis autem horis mente revolvo vitam sanctorum Patrum, & Patriarcharum, & certamina beatorum Apostolorum, & Prophetarum, & Martyrum. Postquam autem adventarit vespera, quum Dominum meum glorificavero, cibum panis capio, plurimas horas noctis perseverans in oratione, & finem exspectans quando hinc dissolvar cum spe bona, & adparebo ante faciem Christi Dei. Non praetermittam autem in narratione eos quoque qui ita vixerunt, ut speciem quidem prae se ferrent pietatis ac religionis, sed eam contemnerent: ad laudem quidem eorum qui recte & ex virtute se gerunt, & ut cauti sint & attenti ii qui legunt.

De quadam Virgine quae laborabat amore divitiarum.

CAP. VI.

ERat quaedam Alexandriae virgo solum nomine, habitu quidem humilis, animi autem instituto parca, superba, & insolens & laborans avaritia, auri potius quam Christi amans: ex rebus

γνῶ περὶ τύτυ. κ̀ ἐσημειωσάμην, φησὶ, κ̀ τ̀ ὥραν ϗ τὴν ἡμέραν, ϗ τὴν ἑϐδομάδα, κ̀ τὸν μῆνα· κ̀ εὕρηται ὕτως.

Περὶ Ἀλεξάνδρας.

ΚΕΦ. ε.

ΔΙηγήσατό μοι Δίδυμ☉ ὁ συγγραφεὺς περὶ παιδίσκης τινὸς ὀνόματι Ἀλεξάνδρας. ἥτις καταλείψασα τὴν πόλιν ἐν μνήματι ἑαυτὴν ἐγκαθεῖρξεν, δι᾽ ὀπῆς λαμβάνυσα τὰ τ̀ χρείας, μήτε ἀνδράσι μήτε γυναιξὶ κατ᾽ ὄψιν συντυγχάνυσά ποτε ἐπὶ ἔτη δέκα. τῷ ϗ δεκάτῳ ἔτει 1 κοιμηθεῖσά, φασιν, ἐσχημάτισεν ἑαυτὴν ἡ μακαρίτις, ὡς τὴν ἐν συνηθείᾳ ἀπελθῦσαν καὶ μὴ τυχῦσαν ἀποκρίσεως ἀναγγεῖλαι ἡμῖν, ἀπελθόντες τοίνυν ἡμεῖς, κ̀ ἀποχρίσαντες τ̀ θύραν τῦ μνήματ☉, κ̀ εἰσελθόντες, εὕρομϗ αὐτὴν κοιμηθεῖσαν. ἔλεγϗ ϗ περὶ ταύτης καὶ ἡ τρισμακαρία Μελάνη ἡ Ῥωμαία (περὶ ἧς εἰς τὸν καθήκοντα καιρὸν κ̀ τόπον τὰ περὶ αὐτῆς διηγήσομαι.) ὅτι κατ᾽ ὄψιν μέν, φησι, τ̀ μακαρίαν ταύτην ὐκ ἠδυνήθην θεάσαθαι. περὶ ϗ τὴν ὀπὴν στᾶσα ἐγὼ παρεκάλεσα αὐτὴν εἰπεῖν μοι τὴν αἰτίαν δι᾽ ἣν ἀνεχώρησεν μὲν τῆς πόλεως, ἐγκατέκλεισεν δ᾽ ἑαυτὴν ἐν τῷ μνήματι. ἡ ϗ διὰ τῆς ὀπῆς μοι ἐφθέγγετο λέγυσα, ὅτι ἐβλάϐη τις τὸν νοῦν εἰς ἐμέ. καὶ ἵνα μὴ δόξω λυπεῖν αὐτὸν, ἢ διαβάλλειν, ᾑρησάμην ζῶσαν ἐμαυτὴν εἰς τὸ μνῆμα τῦτο εἰσαγαγεῖν, ἢ σκανδαλίσαι ψυχὴν κατ᾽ εἰκόνα Θεῦ ποιηθεῖσαν. ἐμῦ ϗ εἰρηκυίας αὐτῇ. πῶς διακαρτερεῖς δύλη Χριςῦ τὸ παράπαν μηδενὶ συντυχῦσα, ἀλλὰ μόνον πυκτεύυσα τῇ ἀκηδίᾳ κ̀ τοῖς λογισμοῖς. ἡ ϗ ἀπεκρίνατο ἀπὸ πρωῒ ἕως ὥρας ἐννάτης εὔχομαι, καθ᾽ ὥραν νήθυσα λίνον. τὰς δὲ ὑπολοίπυς ὥρας περιέρχομαι τῷ νῷ τὴν πίςιν τῶν ἁγίων πατέρων ϗ πατριαρχῶν, κ̀ τὺς ἄθλυς τῶν μακαρίων ἀποςόλων, κ̀ προφητῶν, κ̀ μαρτύρων. τ̀ ϗ ἑσπέρας καταλαβύσης, δοξολογήσασά μυ τὸν δεσπότην, ἐσθίω μυ τὸν ψωμὸν, τὰς πάσας ὥρας τ̀ νυκτὸς προσκαρτερῦσά μυ τῇ δεήσει. κ̀ τὸ τέλ☉ ἐκδεχομένη μυ ποτὲ ἀναλύσω ἐντεῦθεν μετ᾽ ἐλπίδων χρηςῶν, καὶ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ τῦ Χριςοῦ. οὐ παραλείψω δὲ ἐν τῷ διηγήματι κ̀ τὺς ἐν προσχήματι θεοσεβείας ἐν καταφρονήσει βεβιωκότας, εἰς ἔπαινον τῶν κατωρθοκότων τὴν ἀρετὴν, ἀσφάλειαν δὲ καὶ παραφυλακὴν τῶν ἐντυγχανόντων.

Περὶ τῆς φιλαργύρυ παρθένου.

ΚΕΦ. ϛ´.

ΠΑρθέν☉ τίς γέγονεν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ὀνόματι μόνον. τῷ μὲν σχήματι δῆθεν ταπεινὴ, τῇ δὲ προαιρέσει φειδωλὸς, σοϐαρὴ, κ̀ φιλόπλυτ☉ εἰς ἄγαν ἐν χρήμασιν. φιλόχρυσ☉

1 τῷ δὲ δεκάτῳ ἔτει) In Gentiani codice videtur fuisse. τῷ δωδεκάτῳ ἔτει.

(a) Idem Alexandrinum decus, oraculum sui temporis theologorum Didymus, a pueritia caecus, quum elementa prima ei discenda essent, tantum auditione profecit celeritate ingenii, ut poeticam, oratoriam, philosophica, & quod pene incredibile, Mathematicarum artium obscura, & theorematum speculationumque arcana exactissime addisceret. Et quum caecus esset litterarum notitiam manuum contrectatione adsecutus esse dicitur. Nam earum formas in tabella altius exsculptas, saepius tangendo adgnovit. *Nicephorus lib. 9. cap. 17.*

σος μᾶλλον ἢ φιλόχριστος. μηδέποτε προϊεμένη τῶν ἑαυτῆς τι, μὴ ξένῳ, μὴ πενομένῳ, μὴ ἀγχομένῳ, μὴ μοναχῷ, μὴ παρθένῳ, μὴ ἐκκλησίᾳ ὀβολὸν ἕνα. αὕτη πολλαῖς νουθεσίαις τῶν ἁγίων πατέρων οὐκ ἀπεσκευάζετο τὴν ὕλην τοῦ πλούτου. ὑπῆρχε δὲ ταύτῃ καὶ γένος, ἐν οἷς τεκνοποιεῖται θυγατέρα ἀδελφῆς ἰδίας, ᾗ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπηγγέλλετο ταύτῃ τοῦ οὐρανίου πόθου 1 αὕτη ἐκπεσοῦσα. εἶδος γάρ ἐστι καὶ τοῦτο ἓν τῆς πλάνης τοῦ διαβόλου, ἐν προσχήματι φιλοσυγγενείας τὴν πλεονεξίαν ὠδίνειν παρασκευάζοντος. ὅτι γὰρ αὐτῷ οὐ μέλλει γένους 2, δῆλον ἐντεῦθεν. ἀδελφοκτονεῖν γάρ, καὶ μητροκτονεῖν, καὶ πατροκτονεῖν αὐτὸς ἐξεδίδαξεν. καὶ τοῦτο ταῖς θείαις γραφαῖς ὡμολόγηται. ἀλλὰ κἂν δόξῃ συγγενῶν κηδεμονίαν ἐντιθέναι τισίν, οὐκ εἰς εὔνοιαν ἐκείνων τοῦτο ποιεῖ, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ τὴν ψυχὴν ἄδικον ἐξασκῆσαι τινῶν, σαφῶς αὐτὸς εἰδὼς τὴν ἀπόφασιν, ὅτι ἄδικοι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν, δύναται δέ τις συνέσει πνευματικῇ καὶ θείῳ πόθῳ κινούμενος, μήτε τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ἀμελεῖν, καὶ τοῖς συγγένεσιν ἐπικουρεῖν, εἰ ἄρα λίποιντο, καὶ διαφόρους παρέχειν παραμυθίας. ὅταν δέ τις ὅλην τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ καταπατήσῃ κηδεμονίᾳ συγγενῶν, ὑποπίπτει νόμῳ, ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λογιζόμενος. ᾄδει δὲ καὶ ὁ ἱεροψάλτης Δαβὶδ περὶ τῶν τῆς ψυχῆς φροντιζόντων ἐν φόβῳ Θεοῦ λέγων. ὅτι τίς ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος τοῦ κυρίου; ἀντὶ τοῦ σπανίως 3. ἢ τίς στήσεται ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ; ἀθῷος χερσὶ, καὶ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ ὃς οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. ἐκεῖνοι γὰρ ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν λαμβάνουσιν, οἱ νομίζοντες αὐτὴν τῷ σαρκίῳ τούτῳ συνδιαλύεσθαι, οἱ τῶν πνευματικῶν ἀρετῶν ἀμελοῦντες.

Περὶ Μακαρίου τοῦ πρεσβυτέρου.

ΚΕΦ. ζ.

Ταύτην τὴν παρθένον τὴν τῷ ὀνόματι μόνῳ τὴν ἐπωνυμίαν κεκτημένην, τοῖς δὲ τρόποις τῆς ἀσκήσεως ἀπεξενωμένην, τὸ δὴ λεγόμενον, θελήσας φλεβοτομῆσαι εἰς κουφισμὸν τῆς πλεονεξίας ὁ ἁγιώτατος Μακάριος ὁ πρεσβύτερος, καὶ ἀφηγούμενος τοῦ πτωχείου τῶν λελωβημένων, σοφίζεται δρᾶμα τοιοῦτον. ἦν γὰρ ἐν νεότητι αὐτοῦ λιθουργὸς, ὃν λέγουσι καβιδάριον 4. καὶ ἀπελθὼν λέγει αὐτῇ. λίθοι ἀναγκαῖοι σμάραγδοι καὶ ὑάκινθοι ἐμπεπτώκασί μοι. καὶ εἴτε κλεψιμαῖοι ἢ ἐμπορικοὶ εἰπεῖν οὐκ ἔχω. τιμῇ οὐχ ὑποβάλλονται, ὑπὲρ διατίμησιν ὄντες. πιπράσκει δὲ αὐτοὺς πεντακοσίων νομισμάτων ὁ ἔχων. ἐὰν οὖν δόξῃ σοι αὐτοὺς λαβεῖν, δὸς τὰ πεντακόσια νομίσματα. τοῖς δὲ λοιποῖς χρήσασθαι εἰς κατασκευὴν κόσμου ποικίλην τῆς ἀδελφιδῆς σου. ἐκκρεμαμένη δὲ ἡ λεγομένη παρθένος πάσῃ ψήφῳ τῇ κόρῃ, δελεάζεται τῇ φιλοκοσμίᾳ ταύτης, καὶ πίπτει αὐτοῦ εἰς τοὺς πόδας. καὶ λέγει αὐτῷ. δέομαί σου, μή τις αὐτοὺς λάβῃ. προτρέπεται οὖν ταύτην ὁ ἅγιος, λέγων· ὅτι παραγενοῦ ἕως τῆς οἰκίας μου, καὶ βλέπε αὐτούς. ἡ δὲ οὐκ ἠνέσχετο, ἀλλὰ προσρίπτει αὐτῷ τὰ πεντακόσια νομίσματα λέγουσα. δέομαί σου.

bus suis nulli unquam exhibens, non hospiti, non pauperi aut adflicto, non monacho, non virgini, non Ecclesiae vel obolum unum. Ea multis sanctorum Patrum admonitionibus incitata, non repellebat grave pondus divitiarum. Erat autem ei quoque genus, ex quo sororis suae filiam in filiam adoptaverat: cui noctu & diu sua pollicebatur: quum ipsa excidisset ab opibus caelestibus. Nam haec quoque est una species fraudis diaboli, qui praetextu amoris in cognatos, efficit ut nascatur avaritia. Nam quod ei nulla sit cura generis hinc patet. Ipse enim docuit, & fratrem, & matrem, & patrem occidere. Idque est ex Scripturis extra controversiam. Sed *Deuteron. cap. 12.* etsi videatur nonnullis curam cognatorum inserere, non hoc facit quod illis bene velit, sed ut eorum qui ei parent, animam aperte exerceat ad iniustitiam, quum ipse sciat latam sententiam, quae dicit: *Iniusti regnum Dei non possidebunt.* *1. Cor. 6.* Potest autem aliquis & spiritali motus intelligentia, & divino desiderio, neque suam negligere animam, & cognatis opem ferre, si quid eis defuerit. Quando autem quis ita totam suam instituit animam, ut ea despiciatur & obruatur prae cura cognatorum, is incidit in legem, ut qui suam pro vano aestimet animam. Canit autem David quoque sacer psalmographus de iis, qui animae curam gerunt in timore Dei, dicens. *Quis adscendet in montem Domini?* Pro eo quod est, Rarus: *Aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam.* *Psal. 23.* Illi enim animam suam in vano accipiunt, qui existimant eam dissolvi una cum hac caruncula: qui virtutes spiritales negligunt.

De Macario Presbytero.

CAP. VII.

Hvic virgini, quae solo nomine sibi paraverat adpellationem, moribus autem erat aliena ab exercitatione, quum venam, ut dicitur, vellet incidere ad levandam avaritiam, sanctissimus Macarius Presbyter & praefectus Ptochotrophii eorum qui sunt corpore mutilati, talem actum excogitat. Erat enim a iuventute lapidarius. Ad eam autem accedens dicit: In me inciderunt pulcrae gemmae, smaragdi, & hyacinthi: nec scio an sint furtivi, an alicuius mercatoris. Non constituitur enim eis pretium, quum aestimationem superent. Qui habet autem, vendit eas quingentis solidis. Si ergo tibi visum fuerit eas accipere, da quingentos solidos, potes ex una gemma accipere quingentos, reliquis autem uti ad variandum mundum filiae tuae sororis. Quum autem, quae dicebatur virgo, tota penderet a puella; inescatur eius ornandae cupiditate: & procidit ad eius pedes, & dixit: Rogo te ne quis alius eas accipiat. Eam ergo adhortatur Sanctus dicens: Veni usque ad domum meam, & eas adspice. Illa autem noluit, sed ei praebet quingentos solidos,

1 τοῦ οὐρανίου πόθου) In Gentiani codice videtur fuisse, τοῦ οὐρανίου πλούτου.
2 οὐ μέλλει γένους) Scrib. οὐ μέλει γ.
3 ἀντὶ τοῦ σπανίως) Scrib. ἀ. τ. σπάνιος.
4 ὃν λέγουσι καβιδάριον) Vide Glossarium nostrum.

lidos, dicens: Rogo te, ipse eas, ut vis cape. Nolo enim videre hominem qui eas vendit. Quum autem quingentos solidos ab ea accepisset S. Macarius, dat eos solidos ad usum Ptochotrophii. Quum autem multum tempus praeteriisset; quoniam magna erat existimatione apud Alexandrinos vir ille, utpote summe pius ac misericors (vixit autem ad centum usque annos, cuius tempore nos quoque fuimus) verebatur eum admonere. Tamdem quum eum invenisset in Ecclesia, dicit ei: Rogo te quid iubes de lapidibus pro quibus dedimus solidos quingentos. Ille ei respondit dicens: A quo die mihi dedisti aurum, eos impendi in pretium gemmarum, & si velis eas videre, veni in hospitium meum. Illic enim sitae sunt gemmae, & vide. Quod si tibi non placeant, tolle aurum tuum. Venit autem illa lubentissime. Habebat autem Ptochotrophium, in superiori quidem parte mulieres, in inferiori autem viros. Quum ea autem accessisset, introducit eam in vestibulum, & dicit ei sanctus Macarius: Quid vis primum videre, hyacinthos an smaragdos? Ea vero illi dicit: Quod tibi videtur. Ille vero eam ducit in partem superiorem, & ostendit ei mulieres mancas, ac mutilatas, & orbatas oculis, & dicit ei: Ecce hyacinthi. Deinde deducit eam in partem inferiorem, & ostendit ei viros, dicens: Ecce smaragdi, & existimo non inveniri his pretiosiores. Quod si tibi non placeant, accipe aurum tuum. His ergo sic gestis, pudore adfecta virgo exiit, & domum reversa magnum accepit dolorem, quod hanc rem ex Deo non fecisset, sed adducta necessitate. Postea autem gratias egit Presbytero, quum puella, cuius curam gerebat, post nuptias mortua esset sine liberis: ipsaque deinceps facultates suas in rectos usus expendit.

De iis qui in monte Nitriae.

CAP. VIII.

Niceph. lib. 11. c. 37. Sozom. l. 6. c. 29. Niceph. lib 11. c. 38.

QVum ego cum multis Sanctis essem congressus, & versatus tres annos in monasteriis quae sunt circa Alexandriam, & mansissem cum magnis studiosissimisque & optimis viris circiter bis mille, omni virtute ornatis: illinc recedens veni in monte Nitriae. Inter hunc montem autem & Alexandriam positus est lacus, qui dicitur Maria. Is autem continet ad millia septuaginta. Quem quum transmisissem, per diem unum & dimidium, veni in montem ad partem meridionalem. In quo monte sita est ingens solitudo, quae pertinet usque ad AEthiopiam & Mazicas & Mauritaniam. In eo autem habitant ad

ὡς θέλεις λάβε αὐτούς. ἐγὼ γὰρ οὐ θέλω ἰδεῖν τὸν ἄνθρωπον τὸν πιπράσκοντα αὐτούς. λαβὼν οὖν τὰ πεντακόσια νομίσματα παρ' αὐτῆς ὁ ἅγιος Μακάριος, δίδωσι ταῦτα εἰς τὰς χρείας τοῦ πτωχείου. χρόνου δὲ παρελθόντος, ἐπειδὴ μεγάλην ὑπόληψιν εἶχεν ὁ ἀνὴρ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ εἰς ἄκρον φιλόθεος ὢν καὶ ἐλεήμων πρεσβύτης. ἤκμασεν γὰρ μέχρι τῶν ἑκατὸν ἐτῶν, ᾧ συνεχρονίσαμεν καὶ ἡμεῖς, ηὐλαβεῖτο αὐτὸν ὑπομνῆσαι. τέλος εὑροῦσα αὐτὸν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. λέγει αὐτῷ. δέομαί σου. τί λέγεις περὶ τῶν λίθων ἐκείνων, ὧν δεδώκαμεν τὰ πεντακόσια νομίσματα; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο λέγων αὐτῇ. ἀφ' ἧς ἡμέρας δέδωκάς μοι τὸν χρυσὸν, κατέβαλον αὐτὸν εἰς τὴν τιμὴν τῶν λίθων. καὶ εἰ βούλει ἰδεῖν αὐτοὺς, ἐλθὲ ἐν τῷ ὁσπιτίῳ μου. ἐκεῖ γὰρ κεῖνται οἱ λίθοι, καὶ βλέπε ἐὰν σοι ἀρέσωσιν, ἐπεὶ αἶρης σου τὸν χρυσόν. ἦλθεν δὲ ἐκείνη ἀσμενεστάτη. ἦν δὲ τὸ πτωχεῖον, εἰς μὲν τὰ ἀνάγκαια ἔχον τὰς γυναῖκας. εἰς δὲ τὰ κατάγαια τοὺς ἄνδρας. παραγενομένης δὲ αὐτῆς, εἰσάγει αὐτὴν εἰς τὸν πυλῶνα, καὶ λέγει αὐτῇ ὁ ἅγιος. τί θέλεις πρῶτον ἰδεῖν, τοὺς ὑακίνθους, ἢ τοὺς σμαράγδους; λέγει αὐτῷ, ὃ δοκεῖ σοι. ὡς δὲ ἀνάγει αὐτὴν εἰς τὰ ἀνάγαια, καὶ δείκνυσιν αὐτῇ ἠκρωτηριασμένας γυναῖκας λελωβημένας ὄψεις ἐχούσας, καὶ λέγει αὐτῇ. ἰδοὺ οἱ ὑάκινθοι. εἶτα κατάγει αὐτὴν εἰς τὰ κατάγαια, καὶ δείκνυσιν αὐτῇ τοὺς ἄνδρας, εἰπών. ἰδοὺ οἱ σμάραγδοι. καὶ νομίζω τούτων τιμιωτέρους μὴ εὑρεθῆναι. ἐὰν οὖν σοι ἀρέσκωσιν, ἐπεὶ λάβε σου τὸν χρυσόν. τούτων τοίνυν οὕτως γεγονότων διατραπεῖσα ἡ παρθένος ἐξῆλθεν, καὶ ἀπελθοῦσα ἐν τῇ οἰκίᾳ ἑαυτῆς ἀπὸ πολλῆς λύπης ἐνόσησεν. ὅτι οὐ κατὰ θεὸν τοῦτο ἐποίησεν τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ἀναγκαστῶς. εἰς ὕστερον δὲ ηὐχαρίστησεν τῷ πρεσβυτέρῳ τῆς κόρης ἧς ἐφρόντιζεν μετὰ γάμον ἀτέκνου τελευτησάσης. καὶ λοιπὸν ταύτης εἰς δέον καταχρησαμένης τῷ βίῳ.

Περὶ τῶν ἐν τῇ Νιτρίᾳ.

ΚΕΦ. η.

ΣΥντετυχηκὼς οὖν πολλοῖς τῶν ἁγίων ἐγὼ, καὶ ἐνδιατρίψας τοῖς περὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν μοναστηρίοις ἐπὶ ἔτη τρία, καὶ συνδιατρίψας καλλίστοις καὶ σπουδαιοτάτοις μεγάλοις ἀνδράσιν ὡς δισχιλίοις 1, πάσῃ ἀρετῇ κεκοσμημένοις. ἀναχωρήσας ἐκεῖθεν ἦλθον ἐπὶ τὸ ὄρος τῆς Νιτρίας 2. μεταξὺ δὲ τοῦ ὄρους τούτου καὶ τῆς Ἀλεξανδρείας λίμνη κεῖται, ἡ καλουμένη Μαρία 3. κατέχει δὲ αὕτη ἐπὶ μίλια ἑβδομήκοντα. ἣν διαπλεύσας διὰ μιᾶς καὶ ἡμισίας ἡμέρας ἦλθον εἰς τὸ ὄρος ἐπὶ τὸ μέρος τῆς μεσημβρίας. ᾧ ὄρει παράκειται ἡ πανέρημος παρατείνουσα ἕως Αἰθιοπίας καὶ τῶν Μαζίκων 4 καὶ τῆς Μαυριτανίας. ἐν ᾧ ὄρει οἰκοῦσιν

---

1 *ἀνδράσιν ὡς δισχιλίοις*) Virorum sanctorum illic cIↄ. cIↄ. Videatur Nicephorus lib. xi. cap. xxxv.

2 *τὸ ὄρος τῆς Νιτρίας*) Nitria dicta a nitro. Sozomenus lib. vi. cap. xxx. *καλοῦσι δὲ τὸν χῶρον τοῦτον Νιτρίαν, καθότι κώμη τίς ἐστιν ὅμορος, ἐν ᾗ τὸ νίτρον συλλέγουσιν*. Vide Nicephorus lib. xi. cap. xxxviii. Corrigendus Freculphus Chron. Tom. ii. lib. iv. cap. xviii. *Moses & Beniamin in Nitria*. Hodie perperam editur: *in Nuria*.

3 *λίμνη κεῖται ἡ καλουμένη Μαρία*) Huius lacus meminit quoque Nicephorus lib. xi. cap. xliii. *Insula quaedam est circa Alexandriam, septentrionem versus, ultra lacum qui Maria dicitur sita*. Meminit etiam lib. viii. cap. xli.

4 *καὶ τῶν μαζίκων*) De his populis, eorumque feritate, videndus Cassianus Collat. ii. cap. vi. Meminit eorum etiam Evagrius lib. i. cap. vii. & Ammianus xxix.

σιν ἄνδρες ὡς πεντακισχίλιοι, οἵ τινες διαφόρους ἔχουσι πολιτείας, ἕκαστος ὡς δύναται καὶ ὡς βούλεται. ὡς ἐξεῖναι καὶ μόνον μένειν, καὶ δεύτερον, καὶ πολλοστόν. ἐν τούτῳ τῷ ὄρει ἀρτοκοπεῖά ἐστιν ἑπτὰ, ὑπηρετοῦντα κἀκείνοις, καὶ τοῖς εἰς τὴν πανέρημον ἀναχωρηταῖς, ἀνδράσιν οὖσιν ἑξακοσίοις. παροικήσας οὖν ἐγὼ ἐν τῷ ὄρει τούτῳ ἐνιαυτὸν ὅλον, καὶ πολλὰ ὠφεληθεὶς ἀπὸ τῶν μακαρίων καὶ ὁσίων πατέρων, Ἀρσαισίου τοῦ μεγάλου 1, καὶ Πουτουβαστοῦ 2, καὶ Ἁγίωνος 3, καὶ Χρονίου 4, καὶ Σεραπίωνος. καὶ πολλοῖς διηγήμασιν ἀρχαιοτέρων πνευματικῶν πατέρων παρ' αὐτῶν κεντρωθεὶς, ἦλθον εἰς τὴν ἔρημον τὴν ἐνδοτάτω. ἐν τῷ ὄρει τούτῳ τῆς Νιτρίας ἐκκλησία μία ἐστὶ μεγίστη. ἐν ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ τρεῖς φοίνικες ἑστᾶσιν, ἕκαστος ἔχων μάστιγα ἐφ' ἑαυτοῦ κρεμαμένην. καὶ ὁ μέν ἐστιν εἰς ἐπιστροφὴν τῶν μοναχῶν τῶν πταιόντων. ὁ δὲ, εἰς τιμωρίαν λῃστῶν, ἐάν γε ἐμπέσωσι ποτέ. ὁ δὲ, εἰς διόρθωσιν τῶν περιτυγχανόντων καὶ ἐμπεπτωκότων οἵοις δή ποτε σφάλμασιν. ὡς πάντας τοὺς πταίοντας, καὶ διελεγχομένους, καὶ ὑπευθύνους πληγῶν καθεστῶτας, περιλαμβάνειν τὸν φοίνικα, καὶ λαμβάνοντα 5 κατὰ νώτου ῥητὰς οὕτως ἀπολύεσθαι. πρόσκειται δὲ τῇ ἐκκλησίᾳ ξενοδοχεῖον εἰς ὃ τὸν ἀπελθόντα ξένον δεξιοῦνται πάντα τὸν χρόνον, κἂν ἐπὶ διετίαν ἢ τριετίαν μεῖναι θελήσῃ, μέχρις οὗ αὐθαίρετος ἀναχωρῆσαι θελήσῃ. συγχωρήσαντες αὐτῷ ἐπὶ ἑβδομάδα μίαν ἐν ἀργίᾳ διάξαι, τὰς λοιπὰς ἡμέρας περισπῶσιν αὐτὸν λοιπὸν ἐν ἔργοις, ἢ ἐν κήπῳ, ἢ ἐν ἀρτοκοπείῳ, ἢ ἐν μαγειρείῳ. εἰ δὲ ἀξιόλογός τις εἴη, διδόασιν αὐτῷ βιβλίον ἀναγινώσκειν. μὴ συγχωρήσαντες αὐτῷ ἕως ἕκτης ὥρας μηδενὶ συντυχεῖν. ἐν ταύτῳ τῷ ὄρει καὶ ἰατροὶ διάγουσι, καὶ πλακουντάριοι. κέχρηνται δὲ καὶ οἴνῳ, καὶ πιπράσκεται οἶνος. πάντες δὲ οὗτοι ὀθόνην ἐργάζονται ταῖς χερσὶν ἑαυτῶν, ὡς εἶναι τοὺς πάντας ἀνενδεεῖς. καὶ τῆς ἑσπέρας καταλαβούσης ἐστὶν ἑστᾶναι καὶ ἀκούειν ἀφ' ἑκάστης μονῆς ὕμνους καὶ ψαλμοὺς τῷ Χριστῷ ᾀδομένους, καὶ προσευχὰς εἰς οὐρανοὺς ἀναπεμπομένας. ὡς νομίσαι τινα μετάρσιον ἐν τῷ τῆς τρυφῆς παραδείσῳ μετοικισθῆναι. τὴν δὲ ἐκκλησίαν σαββάτῳ καὶ κυριακῇ καταλαμβάνουσι μόνον. ὀκτὼ δέ εἰσιν πρεσβύτεροι ἀφηγούμενος ταύτης τῆς ἐκκλησίας. ἐν ᾗ, μέχρις οὗ ζῇ ὁ πρῶτος πρεσβύτερος, οὐδὲ εἷς τῶν ἄλλων οὐ προσφέρει, οὐ δικάζει, οὐχ

ad quinque millia virorum, qui utuntur vario vitae genere, unusquisque ut potest & vult: adeo ut liceat & solum manere, & cum duobus, & tribus, & cum quo velit numero. In hoc monte sunt septem pistrinae, quae & illis serviunt, & Anachoretis qui sunt in vasta solitudine, viris perfectis, numero sexcentis. Quum ergo toto anno in monte habitassem, apud beatos & sanctos Patres, magnum Arsacium, & Putubastum, & Hagionem & Chronium, & Serapionem; & multis antiquiorum Patrum spiritualibus narrationibus, ab ipsis essem stimulatus: veni in intimam solitudinem. In hoc monte Nitriae una est maxima Ecclesia, & in ipsa Ecclesia, sunt tres palmae, ex quibus unaquaeque habet flagellum subspensum. Et est unum quidem ad castigandos monachos qui delinquunt; alterum vero ad puniendos latrones, si quando inciderint: tertium vero ad corrigendos eos qui forte veniunt, & in aliqua delicta incidunt. Adeo ut quicumque delinquunt, & convincuntur meruisse ut dent poenas, palmam amplectantur, & tergo plagas praefinitas accipiant: & sic dimittantur. Prope Ecclesiam autem positum est Xenodochium, in quo venientem hospitem toto tempore accipiunt, etiam si biennium aut triennium voluerit manere: donec velit sua sponte recedere: permittentes ei una hebdomada manere in otio. Aliis autem diebus deinceps occupant eum in operibus aut in horto, aut in pistrino, aut in coquina. Quod si fuerit quispiam cuius sit habenda ratio, dant ei librum legendum, non permittentes ei ut cum ullo colloquatur usque ad horam sextam. In hoc monte degunt etiam medici & placentarii. Utuntur etiam vino, & vinum illic venditur. Hi autem omnes suis manibus faciunt vestem lineam, adeo ut sint omnes minime egentes. Circa horam autem nonam licet stare & audire in unoquoque monasterio Hymnos & Psalmos Christo canentes, & preces ad Hymnos emittentes, adeo ut existimet quispiam se sublime elatum transmigrasse in Paradisum deliciarum; veniunt autem ad Ecclesiam sabbato solum & dominico. Sunt autem octo Presbyteri, qui praesunt huic Ecclesiae: in qua quamdiu vivit primus Presbyter huius Ecclesiae, nullus alius offert, nec iudicat, nec

Matth. 5.

1 Ἀρσισίου τοῦ μεγάλου) Arsisii mentio est etiam apud Nicephor. lib. XI. cap. XXXVII. *Arsesius autem iuvenibus lapsis delicti gratiam faciebat, aetate autem & virtute provectiores excommunicabat*. Corrigendus est Socrates lib. IV. cap. XXII. Ἀρσήσιος ἀλλ' ὅς τοὺς νέους πταίσαντας οὐκ ἀφώριζεν, ἀλλὰ τοὺς προκόψαντας. Hodie editur, Ἀρσένιος. Meminit quoque eius Sozomenus lib. VI. cap. XXIX. Alius ab hoc fuit Arsenius, qui Arcadio & Honorio praefectus mox Scetin se conferens vitam illic solitariam est amplexus. De quo Cedrenus, Zonaras Annal. III. Michael Glycas IV. & Ioannes Geometra in Paradiso, Epigramm. IX. X. XI. & Ioannes Scholasticus Clim. cap XXVII. Corrigendus vero Hieronymus in Praefatione ad Pachomii Regulam. *Qui ignorarent AEgyptiacum Graecumque sermonem, quo Pachomii, & Theodori, & Arsesii praecepta conscripta sunt*. Hodie editur: & *Orsiesii*.

2 καὶ Πουτουβαστοῦ) Ita Nicephoro quoque nominatur, & Sozomeno. In codice Herveti videtur fuisse, Πουτουφάστου.

3 καὶ Ἁγίωνος) Scrib. καὶ Ἀρσίωνος. Arsion dicebatur hic monachus. Vide Nicephorus lib. XI. cap. XXXVIII. Sozom. lib. VI. cap. XXIX. Ioanni Geometrae Ἀσίων dicitur, Epigramm. LXXVIII.

4 καὶ Χρονίου) Scrib. καὶ Κρονίου. Mentio eius frequens infra capp. περὶ Εὐλογίου, &, περὶ Παύλου τοῦ ἁπλοῦ. Dicitur Κρονίων Nicephoro, & Sozomeno locis citatis. Corrigendus Ioannes Geometra Epigr. LI.

Διατὶ παρὰ ξενίῃ κληθεὶς κατέβαινε Κρονίων. Hodie editur, κατέβαινε Καρίων. transpositis leviter litteris, & mutato ο in α.

5 καὶ λαμβάνοντα) Scrib. καὶ λαμβάνοντας.

nec habet sermonem: sed tacite solum cum eo sedent.

οὐχ ὁμιλεῖ, ἀλλ' ἐν ἡσυχίᾳ αὐτῷ συγκαθέζονται μόνον.

De Arsisio.

CAP. IX.

HIC magnus Arsisius, & alii multi cum eo senes quos nos vidimus, fuerunt aequales tempore, magno Antonio. Atque mihi quidem narravit hic magnus Arsisius, se Amon quoque vidisse Nitriotem, cuius animam vidit adsumi Antonius ab Angelis, & in caelum deduci. Is dicebat se etiam Pachomium vidisse Tabennesiotem, virum Prophetam, ter mille virorum Archimandritam: cuius narrabo postea virtutes.

Περὶ Ἀρσισίου.

ΚΕΦ. θ'.

ΟὙΤΟΣ ὁ μέγας Ἀρσίσιος 1. καὶ ἄλλοι πολλοὶ γέροντες τῶν ἁγίων, οἱ σὺν αὐτῷ, οὓς ἡμεῖς ἑωράκαμεν, σύγχρονοι ἦσαν τοῦ μακαρίου Ἀντωνίου. ἐν οἷς διηγεῖτο οὗτος αὐτὸς ὁ μέγας Ἀρσίσιος καὶ τὸν Ἀμοῦν εἰδέναι τὸν Νιτριώτην, οὗ τὴν ψυχὴν 2 εἶδεν ἀναλαμβανομένην ὑπὸ ἀγγέλων ὁ μέγας Ἀντώνιος. καὶ εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀναγομένην, ἔλεγεν δὲ οὗτος καὶ Παχώμιον εἰδέναι τὸν Ταβεννησιώτην, ἄνδρα προφητικὸν χάρισμα ἐσχηκότα, ἀρχιμανδρίτην γεγονότα ἀνδρῶν τρισχιλίων, περὶ οὗ εἰς ὕστερον τὰς ἀρετὰς διηγήσομαι.

De Amon.

CAP. X.

Cassiodor. l. 1. c. 11.

DIcebatur autem Amon hoc modo vixisse. Quum esset, inquit, parentibus orbatus, adolescens circiter viginti duos annos natus, vi a suo patruo mulieri iunctus est matrimonio: & quum non posset resistere necessitati quam ei adferebat patruus, visum est ei & corona redimiri, & sedere in thalamo, & omnia substinere quae fiunt in matrimonio. Postquam autem omnes essent egressi, qui in thalamo & lecto dormituros collocaverant, surgit beatus Amon, & claudit fores: & sedens vocat beatam & germanam suam coniugem, & ei dicit: Adesdum domina & soror; deinde rem tibi narrabo. Hoc quo coniuncti sumus matrimonium, nihil habet eximium. Recte ergo faciemus si ab hinc unusquisque nostrum seorsum dormierit, ut Christo placeamus, intactam nostram reddentes virginitatem. Et cum e sinu suo parvum libellum protulisset, tamquam ex persona Apostoli & Servatoris, legebat puellae, quae erat ignara litterarum, plurimam lectionis partem, adiiciens ex sua divinitus inspirata doctrina; & in vita, in virginitate & castitate degenda eam instituens. Quo factum est ut illa Christi gratia repleta, diceret: Ego quoque, Domine mi, persuasum habeo fore ut castam vitam libenter agam: & si quid iubes hoc deinceps faciam. Ille vero: Ego, inquit, iubeo, & rogo ut unusquisque nostrum seorsum maneat. Ea vero hoc non tulit, dicens: Maneamus in ca-

Περὶ Ἀμοῦν.

ΚΕΦ. ι.

ΟὙΤΟΣ ἔλεγεν καὶ τὸν Ἀμοῦν τοιούτῳ τρόπῳ βεβιωκέναι 3. ὀρφανὸς φησιν ὑπάρχων 4 νεανίσκος ὡς ἐτῶν εἴκοσι δύο, βίᾳ παρὰ τοῦ ἰδίου θείου γυναικὶ συνεζεύχθη. καὶ μὴ δυνηθεὶς ἀντιστῆναι τῇ τοῦ θείου ἀνάγκῃ, ἔδοξεν καὶ στεφανοῦσθαι, καὶ ἐν παστῷ καθέζεσθαι, καὶ πάντα μεμηνηκέναι κατὰ τὸν γάμον. μετὰ δὲ τὸ ἐξελθεῖν πάντας κοιμήσαντας αὐτοὺς ἐν τῷ παστῷ καὶ τῇ κλίνῃ, ἀναστὰς ὁ μακάριος Ἀμοῦν ἀποκλείει τὴν θύραν, καὶ καθίσας προσκαλεῖται τὴν μακαρίαν αὐτοῦ καὶ γνησίαν σύζυγον, καὶ λέγει αὐτῇ. δεῦρο δὴ κυρία καὶ ἀδελφή, λοιπὸν διηγήσομαί σοι τὸ πρᾶγμα, ὁ γάμος ὃν ἐγαμήσαμεν οὗτός ἐστιν περισσὸν ἔχων οὐδέν. καλῶς οὖν ποιήσωμεν ἡμεῖς, ἐὰν ἀπὸ τοῦ νῦν ἕκαστος ἡμῶν κατ' ἰδίαν καθευδήσῃ, ἵνα καὶ τῷ Χριστῷ λοιπὸν ἀρέσωμεν, ἐκτελέσαντες ἄθικτον ἡμῶν τὴν παρθενείαν. καὶ ἐξενεγκὼν ἐκ τοῦ κόλπου βιβλίον γεγραμμένον ὡς ἐκ προσώπου τοῦ ἀποστόλου καὶ τοῦ σωτῆρος ἀνεγίνωσκεν τῇ κόρῃ ἀπείρῳ οὔσῃ γραφῶν. τὸ πλεῖστον μέρος τῆς ἀναγνώσεως προστιθεὶς ἀπὸ τῆς ἰδίας θεοπνεύστου διανοίας, τὸν περὶ παρθενείας καὶ ἁγνείας εἰσηγούμενος αὐτῇ βίον, ὡς τῇ χάριτι τοῦ Χριστοῦ πληροφορηθεῖσαν ἐκείνην εἰπεῖν. κἀγὼ πέπεισμαι κύριέ μου τὸν ἁγνὸν βίον ἡδέως βιοῦσα. καὶ εἴ τι κελεύεις τοῦτο ποιήσω λοιπόν. ὁ δέ, τοῦτο κελεύω, φησί, καὶ παρακαλῶ, ἵνα ἕκαστος ἡμῶν ἀπὸ τοῦ νῦν κατ' ἰδίαν μένῃ. ἡ δὲ οὐκ

---

1 ὁ μέγας Ἀρσίσιος) De hoc paullo ante adnotavimus.

2 οὗ τὴν ψυχὴν) Animam huius viri ab angelis adsumtam vidit Antonius. Athanasius etiam commemorat in eius vita. Καὶ ἔγνωσαν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ καὶ τῇ ὥρᾳ κεκοιμῆσθαι τὸν Ἀμοῦν, ἐν ᾗ τὴν ψυχὴν εἶδεν ἀναφερομένην ὁ γέρων αὐτοῦ. Et paullo ante. Εἶδεν ἐν τῷ ὄρει ἀναγόμενόν τινα, πολλήν τε τῶν ἀπαντώντων γενομένην τὴν χαράν. εἶτα θαυμάζων καὶ μακαρίζων τὸν τοιοῦτον χορὸν, εὔχετο μαθεῖν τί ἂν εἴη τοῦτο. καὶ εὐθὺς ἦλθεν αὐτῷ φωνή. ταύτην εἶναι τοῦ Ἀμοῦν τὴν ψυχήν. Socrates lib. IV. cap. XXII. Τούτου τοῦ Ἀμοῦν τὴν ψυχὴν μετὰ θάνατον ἀναλαμβανο- A μένην ὑπὸ ἀγγέλων ὁ κατ' αὐτὸν βιώσας Ἀντώνιος ἐθεάσατο. Eadem narrat Suidas quoque in Ἀμοῦς.

3 ἔλεγεν καὶ τὸν Ἀμοῦν τοιούτῳ τρόπῳ βεβιωκέναι) Huius meminit etiam Synesius in Dione. ὁποῖος Ἀμοῦς ὁ Αἰγύπτιος οὐκ ἐξεῦρεν, ἀλλ' ἔκρινε χρείαν γραμμάτων. Et exstat ad eumdem epistola Athanasii. Ruffino *Ammon* dicitur, lib. de Vitis Patrum cap. VIII. ut & Sidonio Carm. XVI.

4 ὀρφανός φησιν ὑπάρχων) Eadem a Suida referuntur in Ἀμοῦς, & Nicephoro lib. VIII. cap. XLI. item Socrate lib. IV. cap. XXII.

οὐκ ἠνέσχετο εἰποῦσα. ἐν τῷ αὐτῷ οἴκῳ μένωμεν, ἐν διαφόροις δὲ κλίναις. ζήσας οὖν μετ' αὐτῆς ἐν τῷ αὐτῷ οἴκῳ ἔτη δέκα ὀκτὼ, διὰ πάσης ἡμέρας ἐσχόλαζεν ἐν τῷ κήπῳ, καὶ τῷ βαλσαμῶνι, βαλσαμουργὸς γὰρ ἦν. ἥτις βάλσαμος ἀμπέλου δίκην φυτεύεται, γεωργουμένη καὶ κλαδευομένη, πολὺν ἔχουσα πόνον. ἑσπέρας οὖν εἰσερχόμενος εἰς τὸν οἶκον, καὶ ποιῶν εὐχὰς, ἤσθιεν μετ' αὐτῆς. καὶ πάλιν νυκτερινὰς ποιῶν εὐχὰς, καὶ συνάξεις, ὑπὸ βαθὺν ὄρθρον ἀπίει εἰς τὸν κῆπον. τούτων οὕτως ἐπιτελουμένων, καὶ ἀμφοτέρων εἰς ἀπάθειαν ἐληλακότων, ἐνήργησαν αἱ εὐχαὶ τοῦ ἁγίου Α'μοῦν, καὶ λέγει αὐτῷ τὰ τελευταῖα ἡ μακαρῖτις ἐκείνη. ἔχω σοι τὶ εἰπεῖν κύριέ μου. ἵνα ἄν μου ἀκούσης, πληροφορηθῶ ὅτι ὄντως κατὰ θεὸν ἀγαπᾷς με. λέγει αὐτῇ. εἰπὲ ὃ βούλει. λέγει αὐτῷ. δίκαιόν ἐστι πρᾶγμα ἄνδρα σε ὄντα θεοσεβῆ καὶ δικαιοσύνην ἀσκοῦντα, ὁμοίως δὲ καὶ ἐμὲ ἐζηλωκυῖαν τὴν αὐτήν σοι ὁδὸν κατ' ἰδίαν μένειν, καὶ πολλοὺς ὠφελεῖσθαι. ἄτοπον γάρ ἐστι δι' ἐμὲ κρύπτεσθαί σου τὴν τοσαύτην καὶ τοιαύτην ἀρετὴν τῆς φιλοσοφίας, συνοικοῦντα μοι διὰ τὸν κύριον ἐν ἁγνείᾳ. ὁ δὲ εὐχαριστήσας αὐτῇ, καὶ δεδωκὼς δόξαν τῷ θεῷ, λέγει αὐτῇ. καλῶς σοι ἔδοξεν κυρία καὶ ἀδελφή. καὶ εἰ τοῦτό σοι ἀρέσκει, ἔχε σὺ τοῦτον τὸν οἶκον, ἐγὼ δὲ ἀπελθὼν ποιήσω μοι ἕτερον οἶκον. καὶ ἐξελθὼν ἀπ' αὐτῆς εἰσῆλθεν ἐνδότερον τοῦ τῆς Νιτρίας ὄρους. οὔπω γὰρ ἦν ἐκεῖ τότε συνεχῆ μοναστήρια. οἰκοδομεῖ ἑαυτῷ δύο θόλους κελλίων, καὶ βιώσας ἄλλα εἴκοσι καὶ δύο ἔτη ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ κατορθώσας εἰς ἄκρον τὴν τῆς ἀσκήσεως ἀρετὴν ἐν τῷ μονήρει βίῳ ἐτελεύτησεν. μᾶλλον δὲ ἐκοιμήθη ὁ ἅγιος Α'μοῦν ἐτῶν ἑξήκοντα δύο. δὶς τοῦ ἔτους ὁρῶν τὴν μακαρίαν σύμβιον αὐτοῦ * * *

eadem domo, sed in diversis lectis. Vivens ergo cum ea decem & octo annos in iisdem aedibus, toto die vacabat horto & balsameto. Operabatur enim balsamum: quae balsamus instar vitis plantatur, ut in qua colenda & amputanda multum laboris ponatur. Vespere ergo domum ingrediens, & faciens orationes, cum ea comedebat. Et rursus nocturnas preces fundens & synaxin peragens, summo mane ibat in hortum. Quum haec si fierent, & pervenisset uterque ad impatibilitatem, vim & efficaciam habuere preces Amonis. Postremo autem ei dicit illa beata: Est aliquid quod tibi dicam, Domine mi, ut, si me audieris, mihi plane constabit, quod vere ex Deo me diligas. Is vero ei dicit: Dic quod velis. Ea vero dicit illi: AEquum est ut tu qui es vir pius & religiosus, & exerces iustitiam, & similiter ego quae eamdem viam instituti sunt sequuta, seorsum maneamus, & multi ex eo capiant utilitatem. Non par est enim ut propter me tanta & talis occultetur tua virtus philosophiae, qui mecum propter Christum cohabitas in castitate. Is vero quum ei gratias egisset, & gloriam Deo dedisset, ei dicit: Recte tibi visum est domina & soror, & si hoc tibi placet, tu habeto hanc domum: ego vero abibo, & aliam mihi domum faciam. Qui quum ab ea esset egressus, ingressus est in interiora montis Nitriae. Nondum enim tunc illic erant frequentia monasteria: & sibi fecit duos cellarum tholos. Et quum vixisset alios viginti duos annos, & recte summam exercitationis virtutem exercuisset, in vita obiit monastica, vel potius translatus est sanctus Amon, natus sexaginta duos annos: bis in anno videns beatam vitae suae consortem. Quum iis ergo solus esset in Nitriis, ferunt ad eum puerum rabie exagitatum, vinctum catenis. Canis enim rabiosus mordendo illi rabiem dederat. Seipsum ergo totum laniabat, ut qui intolerabilem morbum ferre non posset. Postquam ergo vidit eius parentes ad supplicandum procedentes: Quid mihi, inquit, labores exhibetis o homines, ea petentes quae mea merita superant, quum in vestris manibus praesto sit auxilium? Reddite enim viduae bovem quem clanculum occidistis: & sanus reddetur vobis puer. Illi vero quum convicti essent, laeti fecerunt quae iussa fuerant: & eo orante puer sanus evasit. Accesserunt autem alii eius visendi gratia. Ad quos dixit vir sanctus, tentandi eorum animam gratia: Adferte ad me dolium unum, ut habeam satis aquae ad eos qui veniunt excipiendos. Ii autem promiserunt seipsos adlaturos Quum autem alterum poenituisset, ubi in vicum venisset, dicit alteri: Nolo occidere camelum, neque ei dolium imponere, ne moriatur. His auditis, alius, suis iunctis asinis, magno labore dolium sursum portavit. Praeveniens autem Amon ei dixit: Quid quod socii tui camelus est mortuus, interim dum huc venisti? Is autem reversus invenit eum a lupis devoratum. Multa quoque alia hic vir fecit. Hoc autem miraculum narravit B. Athanasius Alexandriae Episcopus, scribens in vita Antonii, quod quum aliquando monachi ad ipsum missi essent ab Antonio, erat enim in interiori solitudine Antonius, quum ad ipsum venissent, surrexit senex, & ambulabat cum eis: & quum esset transiturus Lycum fluvium, cum eius discipulo Theodoro, verebatur exsui, ne seipsum videret aliquando nudum: & interea dum de ea re dissereret, inventus est trans fluvium, ut qui absque cymba in ecstasi traiecisset, translatus ab Angelo. Fratres autem naratu transmiserunt. Postquam autem accessit ad Antonium, pri-

Niceph. lib. 13. c. 34.

* * * * * * * τούτου θαῦμα διηγήσατο ὁ μακάριος Α'θανάσιος 1 ὁ ἐπίσκοπος Α'λεξανδρείας, γράψας εἰς τὸν περὶ Α'ντωνίου βίον. ὅτι παρέρχεσθαί ποτε μέλλων τὸν Λύκον ποταμὸν ἅμα Θεοδώρῳ μαθητῇ αὐτοῦ, εὐλαβεῖτο ἀποδύσασθαι, ἵνα μὴ γυμνὸν ἑαυτὸν ἴδῃ ποτέ. καὶ ἐν τῷ διαπορεῖν αὐτὸν εἰς τὸ πέραν εὑρέθη τοῦ ποταμοῦ, ὡς ἐν ἐκστάσει περάσας δίχα πορθμοῦ ὑπὸ ἀγγέλων μετενεχθείς. οὗτός ἐστιν ὁ Α'μοῦν ὁ οὕτως βιώσας, καὶ οὕτως τελευτήσας. ὡς τὸν μακάριον Α'ντώνιον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἰδεῖν ὑπὸ ἀγγέλων ἀναγομένην εἰς τὸν οὐρανόν.

τοῦ-

---

1 ὁ μακάριος Α'θανάσιος) Scripsit Athanasius librum singularem de vita Antonii, quem hic laudat Palladius; item Niceph. lib VIII. cap. XL. Socrates lib. IV. cap. XXII. & Hieronymus in Catalogo Script. Eccles. Eum librum Graece ad id tempus numquam editum nuper vulgavit V. Cl. David Hoeschelius, & bene de rep. litteraria meritus.

primus ei dixit Antonius: Quum Deus mihi multa de te revelaſſet, & tuam translationem mihi ſignificaſſet, te ad me accerſivi neceſſario, ut quum nobis invicem frui licuiſſet, pro nobis invicem intercederemus. Quum autem eum collocaſſet in quodam loco longe ſeparato, hortatus eſt ne recederet ante translationem. Quum autem ipſe ſeorſum fuiſſet conſummatus, vi-
Niceph. l. 8. c. 41. dit Antonius eius animam in caelum adſumtam ab Angelis. Hic eſt ergo Amon qui ſic vixit & ſic obiit. Hunc Lycum fluvium ego cum metu pontone aliquando tranſmiſi: eſt enim foſſa & derivatio magni Nili.

τοῦτον τὸν Λύκον ποταμὸν 1 μετὰ δαλίας ἐγὼ πόθμῳ παρῆλθον ποτέ. διώρυξ γάρ ἐστι τοῦ μεγάλου Νείλου.

Supplementum ex Tomo III. Monum. Eccleſ. Io. Bapt. Cotelerii.

Vita ſancti Amun, & eius coniugis.

QVum is igitur ſolus in Nitriis eſſet, ad eum ferunt puerum rabie exagitatum, vinctum catenis: canis enim rabioſus morſu rabiem illi communicaverat. Seipſum ergo totum laniabat, ut qui morbum ferre non poſſet. Poſtquam igitur vidit eius parentes ad ſupplicandum procedentes: Quid mihi, inquit, laborem exhibetis, o homines, ea requirendo quae mea merita ſuperant; quum porro in manibus praeſto ſit auxilium? Reddite enim viduae bovem, quem clanculum occidiſtis, & ſanus reddetur vobis puer. Illi vero ut convicti fuerunt, laeti fecerunt quae iuſſa fuerant, puerque eius precibus ſanus evaſit. Alii autem acceſſerunt ad eum viſendi gratia; ad quos vir, ut qui tentare vellet animum eorum, dixit: Adferte ad me dolium unum, ut habeam ſatis aquae ad eos qui veniunt excipiendos. Ii autem promiſerunt ſe ipſos adlaturos. Verum alter ex ipſis poenitentia ductus, ubi in vicum veniſſet, dicit alteri: Non occidam camelum meam, neque ei impono dolium, ne moriatur. His auditis alius, ſuis iunctis aſinis, dolium magno labore adſportavit. Praeveniens autem eum Amun dixit: Quid quod ſocii tui camelus interiit, interim dum tu huc veniſti? Is vero reverſus, invenit eam a lupis devoratam. Multa quoque alia hic vir fecit.

Quod quum aliquando Monachi ad ipſum miſſi eſſent ab Antonio, & vocabant eum: erat enim in ſolitudine interiori Antonius. Vt autem ad ipſum perrexerunt, ſurgens ſenex ambulabat cum eis.

Fratres autem natatu traiecerunt. Poſtquam vero acceſſit ad Antonium, primus ei dixit Antonius: quum Deus mihi multa de te revelaſſet, & translationem tuam mihi ſignificaſſet, te ad me arceſſivi neceſſario, ut alter altero fruiti, pro nobis invicem intercederemus. Quum autem eum collocaſſet in quodam loco longe ſeparato, hortatus eſt ne illinc recederet ad mortem uſque. Eo igitur ſeorſum conſummato, vidit Antonius ipſius animam in caelum adſumtam ab Angelis. Hic eſt Amun, qui ſic vixit, & ſic obiit.

Βίος τοῦ ἁγίου Ἀμοῦν καὶ τῆς τούτου συζύγου.

ΜΟ'νου οὖν αὐτοῦ ἐν ταῖς Νιτρίαις ὑπάρχοντος, φέρουσιν παῖδα λυσσῶντα πρὸς αὐτὸν, ἁλύσεσι δεδεμένον. λυσσῶν γὰρ δήξας κύων, ἐκείνῳ τὴν λύσσαν μετέδωκεν. ἐσπάρασσεν οὖν ἑαυτὸν ὅλον, ἀφορήτως ἔχων τὸ πάθος. ὡς γοῦν ἴδεν αὐτοῦ τοὺς γονεῖς πρὸς τὴν ἱκεσίαν χωροῦντας, τί μοι κόπους παρέχετέ φησιν ὦ ἄνθρωποι, τὰ ὑπὲρ τὴν ἐμὴν ἀξίας ἐπιζητοῦντες· ἔχοντες οὖν ἐν χερσὶ τὸ βοήθημα; ἀπόδοτε γὰρ τῇ χήρᾳ τὸν βοῦν ὃν λαθραίως ἀποκτείνατε, καὶ ὑγιὴς ὑμῖν ὁ παῖς ἀποδοθήσεται. οἱ δὲ ὡς ἠλέγχθησαν, χαίροντες ἐποίουν τὰ προσταχθέντα, τοῦ παιδὸς ὑγιάναντος εὐξαμένου αὐτοῦ. ἄλλοι δὲ παρῆσαν πρὸς αὐτὸν ἐπισκέψεως ἕνεκα· πρὸς οὓς δοκιμάζων τὴν γνώμην αὐτῶν ὁ ἀνὴρ ἔλεγεν· πίθον μοι ἕνα κομίσατε, ἵνα ἔχω ὕδωρ ἱκανὸν πρὸς ὑποδοχὴν τῶν ἐρχωμένων. οἱ δὲ ὑπέσχοντο δι' αὐτὸν ἐνεγκεῖν. μεταμεληθεὶς δὲ ὁ ἕτερος παραγενόμενος εἰς τὴν κώμην, λέγει τῷ ἑτέρῳ· οὐκ ἀποκτενῶ μου τὴν κάμηλον, οὐδὲ ἐπιτίθημι τὸν πίθον ἐπ' αὐτὴν, ἵνα μὴ ἀποθάνῃ. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ ἄλλος, τὰς οἰκείας ὑποζεύξας ὄνους, πολλῷ καμάτῳ τὸν πίθον ἀπήνεγκεν. προλαβὼν δὲ αὐτὸν ὁ Ἀμοῦν εἶπεν· τί ὅτι ἡ κάμηλος τοῦ ἑτέρου σου τέθνηκεν, ἕως ὅτου σὺ ἐνταῦθα παραγέγονας; ὁ δὲ ὑποστρέψας, εὗρεν αὐτὴν ἀπὸ λύκων βεβρωμένην. πολλά τε καὶ ἄλλα ὁ ἀνὴρ διεπράξατο.

Ὅτι πέρ ποτε μοναχῶν ἀποσταλέντων παρὰ Ἀντωνίου πρὸς αὐτὸν, καὶ φωνοῦντες αὐτόν. ἦν γὰρ ἐν τῇ ἐσωτέρᾳ ἐρήμῳ ὁ Ἀντώνιος. ὡς δὲ ἀπίεσαν πρὸς αὐτὸν, ἀναστὰς ὁ γέρων συνεπορεύετο αὐτοῖς.

Οἱ δὲ ἀδελφοὶ κολύμβῳ διεπόρθμευσαν. ὡς δὲ παρεγένετο πρὸς Ἀντώνιον, πρῶτος ὁ Ἀντώνιος εἶπεν πρὸς αὐτόν. τοῦ θεοῦ ἀποκαλύψαντός μοι πολλὰ περί σου, καὶ τὴν μετάθεσίν σου δηλώσαντός μοι, ἀναγκαίως σε πρὸς ἐμαυτὸν προσεκαλεσάμην, ἵνα ἀλλήλων ἀπολαύσαντες, ὑπὲρ ἀλλήλων πρεσβεύσωμεν. τάξας δι' αὐτὸν ἐν τόπῳ τινὶ κεχωρισμένῳ μακρὰν, μὴ ἀναχωρεῖν ἐκεῖθεν μέχρι τῆς μεταθέσεως προετρέψατο. τελειωθέντος δὲ αὐτοῦ κατὰ μόνας, ἴδεν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ὁ Ἀντώνιος ἀναλαμβανομένην εἰς τὸν οὐρανὸν ὑπὸ ἀγγέλων. οὗτός ἐστιν ὁ Ἀμοῦν, ὁ οὕτως βιώσας, οὕτως τελευτήσας.

Περὶ

---

1 τοῦτον τὸν Λύκον ποταμὸν) Videndi Athanaſius in vita Antonii, & Nicephorus lib. VIII. cap. XLI.

Περὶ Ὤρ.

ΚΕΦ. ιά.

ΕΝ τῷ ὄρει τούτῳ τῆς Νιτρίας γέγονεν ἀνήρ τις θαυμάσιος ἀσκητὴς, ὀνόματι Ὤρ 1 * * * * * * * * * * * * * *

De Or.

CAP. XI. (a)

IN hoc monte Nitriae fuit vir admirabilis, Abbas, Or nomine habens monasteria mille fratrum, habitu Angelico praeditus: ut qui cum esset nonaginta annos natus, nihil amisisset de corpore: erat enim vultu nitido & alacri: adeo ut cum vel solum videretur, vir esset reverendus. Is quum longe ante se in ulteriore exercuisset solitudine, postea in propriori solitudine congregavit monasteria, palude propriis plantata manibus, cum ligna non essent in eo loco, adeo ut esset densa silva in solitudine. Dixerunt enim nobis qui cum eo erant patres, quod ne germen quidem illic erat, quando vir ille venit ex solitudine. Ipsam autem plantavit, ne propter res necessarias, qui ad ipsum conveniebant fratres, cogerentur circuire; sed eorum omnem gerebat curam Deum orans, & pro eorum salute decertans, ut nihil eis deesset necessarium: nec esset eis ullus socordiae praetextus. Is primum quidem degens in solitudine, vescebatur herbis & dulcibus radicibus: aquam quoque bibebat quando inveniebat: in precibus & hymnis toto tempore perseverans. Postquam autem pervenit ad perfectam aetatem senectutis, Angelus ei adparuit in somnis, dicens in solitudine: Eris in gentem magnam, & magnus tuae fidei credetur populus. Qui per te autem salvi fient, erunt decies mille: quos si hic lucrifeceris, totidem tibi parebunt in futuro saeculo. Neque quidquam dubitaveris, ait ei Angelus: Nihil enim tibi deficiet eorum quae sunt ad usum necessaria usque ad mortem tuam, quoties Deum invocaveris. Haec quum audisset, venit ad propinquam solitudinem, seorsum primum degens, sibi quodam parvo constructo tuguriolo, solum compositis contentus oleribus; saepe enim semel solum vescens in hebdomada. Atque erat quidem primum illitteratus. Postquam autem venit ex solitudine in terram habitatam, ei gratia fuit data divinitus, & scripturas expromebat memoriter. Ei enim libro dato a fratribus, ita deinceps legebat tamquam peritus litterarum. Aliam quoque acceperat gratiam, nempe daemonum expellendorum, adeo ut multi ex iis qui laborabant, etiam eo nolente, clamantes eius vitam ostenderent. Alias quoque curationes non cessabat peragere. Quo factum est ut ad eum convenirent tria millia monachorum. Quum eos autem vir ille vidisset, laetitia adfectus eos salutavit & complexus est. Quum pedes eorum propriis lavasset manibus, conversus est ad doctrinam: erat enim valde peritus litterarum, ut qui hanc gratiam accepisset divinitus. Quum autem scripturarum multa soluisset capita, & fidem tradidisset orthodoxam, adhortatus est ad preces. Viris enim magnis mos est, nihil carnis admittere, priusquam spiritale alimentum animae tradiderint. Haec autem est Christi communio. Quum eius ergo fuissent participes, & egissent gratias, hortatus est ad mensam, ipse semper inter sedendum eos admonens eorum quae sunt bona & honesta, & dicens eis ea quae pertinent ad salutem. Fuit ergo hic vir clarus in multas partes, adeo ut cum multi ad eum venirent monachi, omnes praesentes fratres convocans, in uno die eis cellas faceret: uno quidem subministrante lutum, altero vero laterem, alio autem hauriente aquam. Perfectis autem cellis, ipse praebebat venientibus quae erant necessaria. Is falsum fratrem qui ad eum aliquando venerat, & vestes suas occultaverat, cum coram omnibus arguisset, in medium produxit. Quo factum est ut nemo auderet deinceps apud eum mentiri cum tantam haberet gratiam, quam per honestam suam vitam sibi collegerat. Licebat autem videre multitudinem eorum qui cum ipso erant monachorum in Ecclesia, tamquam Angelorum choros Deum laudantium. Magnam huic Sancto, suo testimonio tribuit virtutem universa fraternitas: praecipue autem ancilla Dei Melania, quae hunc montem ante me est ingressa. Ego enim eum non offendi vivum. Haec autem praeclara de hoc viro narrabat, quod nec unquam sit mentitus, neque iuraverit, neque ulli male sit precatus: neque loquutus sit nisi opus esset.

Niceph. lib. 11. c. 34.

* * * ᾧ πολλὴν προτεμαρτύρει ἀρετὴν πᾶσα μὲν ἡ ἀδελφότης, ἐξαιρέτως δὲ ἡ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ Μελάνη, πρὸ ἐμοῦ εἰσελθοῦσα εἰς τοῦτο τὸ ὄρος. ἐγὼ γὰρ αὐτὸν οὐ κατείληφα ζῶντα. ταῦτα δὲ ἔλεγχεν ἐν τοῖς διηγήμασιν ἀνδραγαθήματα τοῦ ἀνδρὸς, ὅτι οὔτε ἐψεύσατο ποτὲ, οὔτε ὤμοσεν, οὔτε κατηράσατό τινα, οὔτε ἐκτὸς χρείας ἐλάλησέν τι ποτέ.

1 ἀνήρ τις θαυμάσιος ὀνόματι Ὤρ) De eo Nicephorus lib. XI. cap. XXXIV. & Sozomenus lib. VI. cap. XXVII. Meminit quoque Hieronymus in Epist. ad Ctesiphontem, quae est adversus Pelagium: & Sidonius Carm. XVI. Vide Ruffinum de Vitis Patrum, cap. II.

(a) Hic est ille Or haereticus Origenista, quem Evagrius Ponticus inter Sanctos alios suo de vitis Patrum libro immerito inseruit, ut auctor est S. Hieronymus epistola ad Ctesiphontem. En quales Sanctos nobis obtrudit Palladius. Vide scholium nostrum Tomo V. ad initium operis Evagrii, ubi quoque observavimus, ex decreto S Gelasii I. idem esse iudicium Romanae Ecclesiae de huiusmodi hominibus, & S. Hieronymi.

Supplementum ex Tomo III. Monum. Eccles. Io. Bapt. Cotelerii.

Vita Abbatis Or.

IN hoc monte Nitriae fuit vir admirabilis; cui nomen Abbas Or, pater monasteria habens mille fratrum, habitu Angelico praeditorum; qui quum nonaginta circiter annos natus esset, nihil amiserat e plenitudine corporis, facie admodum splendida & alacri, adeo ut vel solum conspectus, reverendus vir esset. Is ubi multum se antea exercuisset in ulteriore solitudine, postea in propiori eremo monasteria instituit, palude propriis plantata manibus, quum ligna non essent in eo loco, adeo ut esset densa silva in solitudine. Dicebant enim nobis qui cum eo erant patres, ne germen quidem omnino illic exstitisse, antequam vir ex solitudine advenisset. Ipsam autem plantavit, ne ob necessitatem, qui ad ipsum conveniebant fratres, cogerentur circuire; sed eorum omnem gerebat curam, orans Deum, ac pro salute eorum decertans, ut nihil eis deesset necessarium, nec esset ullus socordiae praetextus. Is in eremo primum degens, vescebatur quidem herbis & dulcibus quibusdam radicibus; aquam vero bibebat, quando invenerat, in precibus & hymnis toto tempore perseverans. Postquam porro attigit plenam aetatem senectutis, Angelus ei in somnis adparuit in deserto, dixitque: Eris in gentem magnam, ingensque populus tuae fidei committetur; erunt autem qui per te salvi fient, decies mille; quos utique si hic lucrifeceris, totidem imperaturus es in futuro saeculo. Neque quidquam dubitaveris, ait ei Angelus: Nihil enim tibi deficiet eorum quae sunt ad usum necessaria usque ad mortem tuam, quoties Deum invocaveris. Haec ubi audivit ad propinquam solitudinem profectus est, seorsum primum degens, sibi parvo constructo tuguriolo, dumtaxat compositis contentus oleribus, saepe etiam per hebdomada semel tantum comedens. Atque erat quidem initio illitteratus: postquam vero ex solitudine venit in terram habitatam, ipsi gratia divinitus data fuit, & Scripturas expromebat memoriter. Ei enim tradito libro a fratribus, quasi peritus litterarum, ita deinceps legebat. Aliam quoque acceperat gratiam, vim nempe expellendi daemones; adeo ut multi ex iis qui vexabantur, etiam inviti seipsos exhiberent, clamarentque eius vivendi normam. Alias quoque curationes non cessabat peragere; qua de caussa ad eum convenerunt monachorum tria millia. Videns autem nos vir ille, ac laetitia adfectus salutavit & complexus est; quumque pedes nostros propriis lavasset manibus, ad doctrinam conversus est. Erat enim valde peritus Scripturarum, divinitus hanc gratiam consequutus. Et postquam nobis multa solvisset Scripturarum capitula, fidemque orthodoxam tradidisset, adhortatus est ad preces. Viris quippe magnis mos est, nihil carnis elargiri aut admittere, priusquam spiritale alimentum animae tradiderint: hoc autem est Christi communio. Participes ergo eius factos, quumque gratias egissemus, ad mensam nos postea hortatus est; ipse semper de bonis & honestis

Βίος τοῦ Ἀββᾶ Ὤρ.

ΕΝ τῷ ὄρει τούτῳ τῆς Νιτρίας γέγονεν ἀνὴρ θαυμάσιος, Ἀββᾶ Ὢρ ὄνομα αὐτῷ, πατὴρ μονὰς ἔχων ἀδελφῶν χιλίων, σχῆμα ἐχόντας ἀγγελικὸν, ἐνενήκοντα ἔτη που ὑπάρχων, οὐκ ἀπεβάλετο ἐκ τοῦ πλήθους τοῦ σώματος, λαμπρὸς ἄγαν καὶ φαιδρὸς τῷ προσώπῳ, ὡς καὶ ὁρώμενον μόνον, δυσωπήσιμον εἶναι τὸν ἄνδρα. οὗτος πολλὰ πρότερον καθ᾽ ἑαυτὸν ἀσκήσας ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ ποῤῥωτέρᾳ, ὕστερον ἐν τῇ πλησίον ἐρήμῳ τὰ μοναστήρια συνεκρότησεν, ἕλος φυτεύσας χερσὶν οἰκείαις, ξύλων οὐκ ὄντων ἐν τῷ τόπῳ, ὡς ὕλην εἶναί τινα ἐν τῇ ἐρήμῳ πυκνήν. ἔλεγον γὰρ ἡμῖν οἱ περὶ αὐτὸν πατέρες, ὅτι οὐδὲ βλαστὸς ἦν ὧδέ ποτε, ὅτε πρὶν ὁ ἀνὴρ ἐκ τῆς ἐρήμου παρεγένετο. ἐφύτευσεν δὲ αὐτὸ, ἵνα μὴ διά τινα χρείαν οἱ συνερχόμενοι πρὸς αὐτὸν ἀδελφοὶ ἀναγκασθῶσιν περιάγειν· ἀλλὰ πᾶσαν πρόνοιαν αὐτῶν ἐποιεῖτο, εὐχόμενος τῷ θεῷ, καὶ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας αὐτῶν ἀγωνιζόμενος, ἵνα ἐν μηδενὶ λείπωνται τῶν ἀναγκαίων, καὶ μὴ πρόφασις αὐτοῖς ῥαθυμίας γένηταί τις. οὗτος ἐν τῇ ἐρήμῳ πρῶτον διάγων, ἤσθιεν μὲν βοτάνας καὶ ῥίζας γλυκείας· ἔπινεν δὲ καὶ ὕδωρ ὅτε ηὕρισκεν, ἐν εὐχαῖς καὶ ὕμνοις διατελῶν πάντα τὸν χρόνον. ὡς δὲ λοιπὸν τὴν τελείαν τοῦ γήρως ἔφθασεν ἡλικίαν, ἄγγελος αὐτῷ φαίνεται κατ᾽ ὄναρ ἐν τῇ ἐρήμῳ, λέγων, ὅτι ἔσῃ εἰς ἔθνος μέγα, καὶ πολὺν λαὸν πιστευθήσῃ, ἔσονται δὲ οἱ σωζόμενοι διά σου, χιλιάδες [a] δέκα· οὕσπερ ἐὰν ἐνταῦθα κερδήσῃς, τοσούτων ἄρξῃς ἐν τῷ αἰῶνι τῷ μέλλοντι. καὶ μηδὲν διστάσεις, φησὶν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτόν· οὐδέποτε γάρ σοι λείψει τῶν [b] πρὸς τὴν χρείαν, ἄχρι τῆς τελευτῆς σου, ὁσάκις ἂν ἐπικαλέσῃ τὸν θεόν. ταῦτα ἀκούσας, ἐπὶ τὴν πλησίον ἔρημον ὥρμησεν, καταμόνας πρῶτον διάγων· καλύβιον γὰρ μικρόν τι ἑαυτῷ κατασκευάσας, λαχάνοις συνθέτοις μόνον ἀρκούμενος, πολλάκις δὲ καὶ δι᾽ ἑβδομάδος μόνης μεταλαμβάνων· ἀγράμματος μὲν ὢν τὸ πρῶτον, ἐπειδὴ δὲ ἐκ τῆς ἐρήμου εἰς τὴν οἰκουμένην ἤρχετο, χάρις αὐτῷ θεόθεν δίδοται, καὶ τὰς γραφὰς ἔξωθεν ἀπεστήθιζεν. ἐπιδοθέντος γὰρ αὐτῷ βιβλίου παρὰ τῶν ἀδελφῶν, ὡς ἔμπειρος τῶν γραμμάτων, οὕτως λοιπὸν ἀνεγίνωσκεν. εἰλήφει δὲ καὶ ἑτέραν χάριν, τὴν κατὰ δαιμόνων ἐλασίαν· ὡς πολλοὺς τῶν πασχόντων καὶ μὴ βουλομένους αὐτοὺς [c] παριστᾶν βοῶντας αὐτοῦ τὴν πολιτείαν· ἰάσεις τε τὰς ἄλλας ἐπιτελῶν οὐκ ἐπαύετο· ὡς συναχθῆναι πρὸς αὐτὸν μοναχοὺς τρεῖς χιλιάδας. ἰδὼν δὲ ἡμᾶς ὁ ἀνὴρ, καὶ περιχαρὴς γενόμενος, ἠσπάσατο καὶ περιεπτύξατο· νίψας δὲ τοὺς πόδας ἡμῶν χερσὶν οἰκείαις, πρὸς διδασκαλίαν ἐτρέπετο. ἔμπειρος γὰρ ἦν λίαν τῶν γραφῶν, θεόθεν τὴν χάριν ταύτην δεξάμενος [d]. πολλὰ δὲ τῶν γραφῶν λύσας ἡμῖν κεφάλαια, καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν παραδοὺς, ἐπὶ τὰς εὐχὰς προετρέπετο. ἔθος γὰρ τοῖς μεγάλοις, μὴ προΐεσθαί [e] τι τῆς σαρκὸς, πρὶν τὴν πνευματικὴν τροφὴν τῇ ψυχῇ παραδοῦναι· αὕτη δέ ἐστιν τοῦ Χριστοῦ κοινωνία. μεταλαβόντες [f] οὖν ταύτης καὶ εὐχαριστήσαντες [g], ἐπὶ τὴν τράπεζαν προετρέπετο αὖθις ἡμᾶς, αὐτὸς ἀεὶ τῶν σπουδαίων ὑπο-

a Parad. MS. μυριάδες

b Ib. τὰ

c Int. βουλομένους αὐτοῦ

d κτησάμενος.

e Al. προσίεσθαι

f Parad. μεταλαβόντας

g Ib. εὐχαριστήσαντος.

ὑπομιμνήσκων, καθήμενος καὶ λέγων ἡμῖν τὰ πρὸς σωτηρίαν. ἦν οὖν τοιοῦτος ὁ ἀνὴρ ἐπίδοξος ἐν πολλοῖς πατράσιν· ὡς πολλῶν μοναχῶν πρὸς αὐτὸν ἐρχομένων, πάντας τοὺς παρόντας ἀδελφοὺς συγκαλούμενον, ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τὰ κελλία αὐτοῖς ποιεῖν, τοῦ μὲν πηλὸν ἐπιδιδόντος, τοῦ δὲ πλίνθον, ἄλλου δὲ ὕδωρ ἀντλοῦντος, ἄλλου δὲ ξύλα κόπτοντος· καὶ ἀποτελεσθέντων αὐτοῖς τῶν κελλίων, αὐτὸς τὰς χρείας ἐπήρκει τοῖς ἐρχομένοις. οὗτος ψευδάδελφόν ποτε ἐλθόντα πρὸς αὐτὸν, καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἀποκρυψάμενον, ἐλέγξας αὐτὸν ἐπὶ πάντων, εἰς μέσον τὰ εἴδη προσήνεγκεν· ὥστε μηκέτι τολμᾷν τινα ἐπὶ αὐτοῦ ψεύδεσθαι, τοσαύτην χάριν ἀρετῆς ἔχοντος, ἣν διὰ τῆς πολλῆς καὶ καλῆς πολιτείας αὐτῷ συνελέξατο. ἦν δὲ ἰδεῖν τὸ πλῆθος τῶν σὺν αὐτῷ μοναχῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ὡς ἀγγέλων χοροὺς ὑμνούντων τὸν θεόν.

stis admonens, sedens ac ea nobis dicens, quae pertinent ad salutem. Fuit ergo hic clarus inter multos patres; adeo ut quoties multi ad eum venirent monachi, cunctos praesentes fratres convocans, in uno die eis cellas faceret: uno quidem subministrante lutum, altero vero laterem, alio autem hauriente aquam, & alio ligna caedente; quumque fuissent illis cellae constructae, ipse iis qui venerant suppeditabat quae erant necessaria. Idem falsum fratrem qui ad eum aliquando accesserat, & vestes suas occultaverat, coram omnibus redarguit, ac in medium species *occultatas* protulit; quo factum est ut non auderet amplius quispiam apud eum mentiri, quod tanta virtutis gratia praeditus esset, quam per multa bona opera sibi collegerat. Licebat autem videre multitudinem ipsius monachorum in Ecclesia, veluti Angelorum choros Deum laudantium.

Περὶ Παμβῶ.

ΚΕΦ. ιβ΄.

Τούτου τοῦ ὄρους ἐγένετο πάροικος ὁ μακάριος Παμβὼ 1, διδάσκαλος Διοσκόρου τοῦ ἐπισκόπου, καὶ Ἀμμωνίου, καὶ Εὐσεβίου, καὶ Εὐθυμίου 2 τῶν ἀδελφῶν. καὶ Ὠριγένους 3 τοῦ ἀδελφιδοῦς Δρακοντίου 4 ἀνδρὸς ἐνδόξου καὶ θαυμαστοῦ. οὗτος ὁ Παμβὼ πολλὰ μὲν καὶ μεγάλα εἶχεν ἀνδραγαθήματα καὶ προτερήματα πλεῖστα καὶ διάφορα. ἐν οἷς καὶ τοῦτο αὐτοῦ ἦν πλεονέκτημα ἐν τοῖς μεγάλοις αὐτοῦ κατορθώμασιν. τοσοῦτον ἦν ὑπερόπτης χρυσίου καὶ ἀργυρίου, ὅσον ἀπῄτει ὁ δεσποτικὸς λόγος. ἐν οἷς διηγεῖτό μοι ἡ μακαρία Μελάνη, ὅτι ἐν ἀρχαῖς παραγινομένη εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀπὸ τῆς Ῥώμης, καὶ ἀκούσασα περὶ τῆς τούτου ἀρετῆς, τοῦ μακαρίου Ἰσιδώρου τοῦ πρεσβυτέρου καὶ ξενοδόχου περὶ αὐτοῦ μοι διηγησαμένου, καὶ ὁδηγήσαντος πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν ἔρημον. ὅτι προσήνεγκα αὐτῷ ἀργυλαρίαν τριακοσίων λιτρῶν ἀργύρου, παρακαλέσασα αὐτὸν ἐκ τῶν πραγμάτων μου μεταχεῖν. ὁ δέ φησι καθεζόμενος, καὶ πλέκων θάλλους, ηὐλόγησέν με φωνῇ μόνῃ εἰπών. ὁ θεὸς δώσει σοι τὸν μισθόν. καὶ λέγει τῷ οἰκονόμῳ αὐτοῦ Ὠριγένῃ 5. δέξαι καὶ οἰκονόμησον αὐτὰ πᾶσι τοῖς κατὰ Λιβύην, καὶ τοῖς ἐν ταῖς νήσοις ἀδελφοῖς. ταῦτα γὰρ τὰ μοναστήρια πένεται πλέον, παρὰ τὰ ἄλλα. παραγγείλας αὐτῷ μηδενὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ δοῦναι ἀπ᾽ ἐκείνου τοῦ χρήματος, διὰ τὸ εὐπορωτέραν εἶναι τὴν χώραν. ἐγὼ δέ φησιν, ἑστῶσα ἐξεδεχόμην παρ᾽ αὐτοῦ εὐλογίας τιμηθῆναι ἢ κἂν λόγῳ δοξασθῆναι ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ δόσει. καὶ μηδὲν ὅλως παρ᾽ αὐτοῦ ἀκούσασα εἶπον αὐτῷ. ὅτι κύριε ἵνα ἴδῃς πόσον ἐστίν. τριακόσιοι λίτραι ἀργύρου εἰσίν. ὁ δὲ πάλιν καὶ ἐπὶ τούτῳ μηδ᾽ ὅλως ἀνανεύσας, ἢ κἂν προσχὼν τῷ σκεύει τῆς θήκης ἀπεκρίνατό μοι.

De Pambo.

CAP. XII.

HVius montis accola fuit etiam Abbas Pambo, qui fuit magister Dioscuri Episcopi, Ammonii & Euthymii fratrum, & Origenis fratris Dracontii viri illustris & admirabilis. Hic Pambo multa quidem habebat & varia privilegia. Inter cetera autem quae recte & ex virtute ab eo gerebantur, hoc habebat quo erat reliquis superior, quod scilicet aurum & argentum despiciebat quantum postulat oratio Dominica. Vnde mihi narravit beata Melania, quod quum ab initio Roma venisset Alexandriam, & de eius virtute audiisset a beato Isidoro Presbytero & Xenodocho, qui de eo mihi narravit, & ad ipsum deduxit in solitudinem: Ad eum, aiebat, attuli vasa argenti, rogans eum ut rerum mearum esset particeps. Ille autem, inquit, operans, & ramos texens, mihi benedixit, voce magna dicens: Deus det tibi mercedem; & dixit suo oeconomo Origeni: Accipe, & ea dispensa universae fraternitati quae est in Libya & in insulis; haec enim monasteria magis indigent: ei praecipiens ut ex eo nihil daret iis, qui erant in AEgypto, propterea quod sit regio ditior & abundantior. Ego autem, inquit, stans exspectabam, ut vel benedictionibus ab eo honorarer, vel verbo saltem laudarer ob tantum donum. Quum vero nihil omnino ab eo audiissem, ei dixi: Domine, ut scias quantum sit. Sunt trecentae librae argenti. Is autem rursus quum ad hoc ne omnino quidem adnuisset, & nec ad vasis quidem thecam attendisset, respondit: Is cui haec at-

Niceph. lib. 9. c. 14.

1 ὁ μακάριος Παμβὼ) Nicephorus lib. XI. cap. XXXIV. & Socrates lib. IV. cap. XXII. Freculpho *Pampus* dicitur Chron. Tom. II. lib. IV. cap. XVIII.

2 Εὐσεβίου καὶ Εὐθυμίου) Codex Herveti non videtur hos cognovisse. Sed recte adduntur. Erant autem fratres, & a staturae proceritate μακροὶ cognomento dicebantur. Vid. Sozom. lib. VI. cap. XXIX. & Nicephor. lib. XIII. cap. X.

3 καὶ Ὠριγένους) In codice Herveti videtur fuisse, καὶ Ἰωάννους. Sed Origenem hic adgnoscunt Nicephorus & Sozomenus, locis citatis.

4 Δρακοντίου) Cuius meminit Nicephorus lib. IX. cap. XLV. XLVI.

5 τῷ οἰκονόμῳ αὐτοῦ Ὠριγένῃ) In Codice Gentiani Θεόδωρος dicitur, non Ὠριγένης. Sed nostri codicis lectio recta. Ecce iterum paullo post. παρεστῶσιν Ὠριγένει τῷ πρεσβυτέρῳ καὶ οἰκονόμῳ, καὶ Ἀμμωνίῳ, ἀνδράσι περιβοήτοις.

attulisti, o filia, non opus habet ut a te discat quantitatem ponderis. Qui enim montes adpendit & saltus statera, multo magis scit quantitatem tui argenti. Si enim haec mihi dares, recte mihi pondus dixisses; Sed si Deo ea obtulisti, qui ne duos quidem obolos despexit, sed eos plus quam omnia aestimavit, tace. Sic ergo, inquit, dispensavit gratia Domini, dum ingressa sum in hunc montem. Brevi autem post tempore dormiit homo Dei, nec aegrotans, nec in ulla parte corporis dolorem sentiens, sed sportam contexens me accersit: & quum adesset iam extremus stimulus, dicit mihi: Cape hanc sportam a meis manibus, ut mei memineris; nihil enim habeo aliud quod tibi relinquam. Et quum hoc dixisset, excedit sine febre, quum esset annorum septuaginta, Domino commendans spiritum. Quem quum ego sepeliissem, & linteis sancti corpus involvissem & deposuissem, recessi a solitudine, usque ad diem mortis, mecum habens illam sportam. Hic Pambo quum esset moriturus, in ipsa hora excessus, eum circumstantibus Origene presbytero & Ammonio, viris inclitis, & reliquis fratribus, dicitur hoc dixisse: Ex quo veni in hunc locum solitudinis, & meam aedificavi cellam, & hic habitavi, nullus fuit dies, quo non aliquid operis fecerim meis manibus; nec memini me ab aliquo panem gratis datum comedisse; nec me in hanc horam poenitet alicuius sermonis quem dixerim: & sic ad Deum recedo, ut qui nec pius quidem ac religiosus esse coeperim. Hoc quoque de eo ferebant testimonium Christi servi, Origenes & Ammonius, quod nunquam de re aliqua interrogatus, quae vel ad scripturam, vel ad actionem negotiumve aliquod pertineret, statim responderit, sed dixerit: Nondum inveni quod respondeam, saepe autem praeterierant tres menses, & non dabat responsum; dicens: Nondum comprehendi. Tam considerate quidem ex Deo dabat responsa, ut a Deo cum omni metu omnes acciperent. Dicebatur enim hanc virtutem etiam supra magnum Antonium, & super omnes sanctos exercuisse, nempe ut esset in loquendo accuratus & perfectus.

μοι. ὧν ἐνήνοχας αὐτὸ, τέκνον, παρὰ σοῦ μαθεῖν τὴν ποσότητα τοῦ σταθμοῦ χρείαν οὐκ ἔχει. ὁ γὰρ τὰ ὄρη σταθμίσας, καὶ τὰς νάπας στήσας ζυγῷ, πολλῷ πλέον ἐπίσταται τὴν ποσότητα τοῦ ἀργύρου. εἰ μὲν γὰρ ἐμοὶ αὐτὸν ἐδίδως, καλῶς ἄν μοι καὶ τὸν σταθμὸν ἔλεγες· εἰ δὲ τῷ Θεῷ αὐτὰ προσήνεγκας, τῷ καὶ τοὺς δύο ὀβολοὺς μὴ παριδόντι, ἀλλὰ πλέον πάντων τούτους τιμήσαντι, σιώπα, ἡσύχαζε. οὕτως οὖν ᾠκονόμησέν φησιν ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἐν τῷ εἰσελθεῖν με εἰς τὸ ὄρος. μετ' ὀλίγον χρόνον κεκοίμηται ὁ ἄνθρωπος Θεοῦ μὴ νοσήσας, μὴ ἀλγήσας τι τῶν τοῦ σώματος μελῶν, ἀλλὰ τὴν σπυρίδα καταράπτων μετεστείλατό με, καὶ τοῦ τελευταίου κεντήματος πρὸς ἀπαρτισμὸν ὄντος, λέγει μοι δέξαι ταύτην τὴν σπυρίδα ἐκ τῶν ἐμῶν χειρῶν, ἵνα μέμνησαί μου, ἄλλο γάρ σοι οὐκ ἔχω τι καταλείψω. ἐκλιμπάνει ἀπύρεκτος ἐτῶν ἑβδομήκοντα, παραθέμενος τῷ κυρίῳ τὸ πνεῦμα. ὃν ἐνταφιάσασα ἐγὼ, καὶ ὀθόναις τὸ σῶμα τοῦ ἁγίου ἑλίξασα, καὶ ἀποθεμένη, οὕτως ἀνεχώρησα τῆς ἐρήμου, ἕως ἡμέρας θανάτου τὴν σπυρίδα ἐκείνην μεθ' ἑαυτῆς ἔχουσα. οὗτος ὁ Παμβὼ τελευτᾷν μέλλων κατ' αὐτὴν τὴν ὥραν τοῦ ἐκλιμπάνειν αὐτὸν, παρεστῶσιν Ὠριγένει τῷ πρεσβυτέρῳ καὶ οἰκονόμῳ, καὶ Ἀμμωνίῳ, ἀνδράσι περιβοήτοις, τοῦτο λέγεται εἰρηκέναι. ὅτι ἀφ' οὗ ἦλθον εἰς τὸν τόπον τοῦτον τῆς ἐρήμου, καὶ ᾠκοδόμησά μου τὴν κέλλαν, καὶ ᾤκησα ἐνθάδε, οὐκ ἐκτὸς ἔργου τῶν ἐμῶν χειρῶν πεποίηκα ἡμέραν μίαν. οὐδὲ μέμνηναι δωρεὰν ἄρτον φαγὼν ἀπό τινος. οὐ μεταμέλομαι ἕως τῆς ἄρτι ὥρας ἐπὶ τῷ λόγῳ ᾧ ἐλάλησα. καὶ οὕτως ἀπέρχομαι πρὸς τὸν Θεὸν, ὡς μηδὲ ἀρξάμενος τοῦ θεοσεβεῖν. προσεμαρτύρουν δὲ αὐτῷ καὶ οἱ δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ Ὠριγένης καὶ Ἀμμώνιος ἀφηγούμενοι ἡμῖν. ὅτι οὐδέποτε ἐρωτηθεὶς λόγον παρά τινος ἢ γραφικὸν ἢ ἄλλον τινα πραγματικὸν, εὐθὺς ἢ παραυτὰ ἀπεκρίνατο, ἀλλ' ἔλεγεν μηδέπω τὴν ἀπόκρισιν εὑρηκέναι 1. πολλάκις δὲ παρῆλθεν καὶ τρίμηνον, καὶ οὐκ ἐδίδου ἀπόκρισιν, λέγων μήπω κατειληφέναι. οὕτω μέν τοι τὰς ἀποφάσεις ἐδίδου περιεσκεμμένως κατὰ Θεὸν, ὡς ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ μετὰ παντὸς φόβου τοὺς πάντας δέχεσθαι ταύτας. ταύτην γὰρ τὴν ἀρετὴν ἐλέγεφετο καὶ ὑπὲρ τὸν μέγαν Ἀντώνιον, καὶ ὑπὲρ πάντας τοὺς ἁγίους ἐσχηκέναι τὴν εἰς τοὺς λόγους ἀκρίβειαν.

De Pior.

CAP. XIII.

Niceph. lib. 11. c. 37.

FErtur autem praeter alia haec quoque actio sancti Pambon, quod Pior qui se in vita exercebat monastica, ad eius cellam aliquando accedens, proprium panem detulit. Quum eum autem Pambon reprehendisset, dicens: Cur hoc fecisti? Respondit Pior: Ne te gravarem. Itaque tacitus eum dimisit. Post aliquantum autem temporis accedens magnus Pambon ad cellam Pior, panem suum secum madefactum attulit. Ab eo autem rogatus quanam de causa panem attulisset madefactum, respondit

Περὶ Πίωρ.

ΚΕΦ. ιγʹ.

ΦΕρεται δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ αὕτη ἡ πρᾶξις τοῦ ἁγίου Παμβώ. ὅτι ὁ μακάριος Πίωρ 2 ὁ ἀσκητὴς παραβαλὼν αὐτοῦ τῇ κέλλῃ ποτὲ, ἴδιον βαστάσας ἀπήνεγκεν ἄρτον, ἐγκλιθεὶς δὲ 3 παρ' αὐτοῦ, τίνος ἕνεκεν τοῦτο πεποίηκας, ἀπεκρίνατο ὁ Πίωρ, ἵνα μὴ σε βαρήσω. ὃν σιωπήσας οὕτως ἀπέλυσεν. μετά τινα χρόνον παραβάλλει ὁ μέγας Παμβὼ τῇ κέλλῃ τοῦ Πίωρ. καὶ βρέξας τὸν ἄρτον αὐτοῦ, οὕτως ἀπήνεγκεν. ἐρωτηθεὶς δὲ παρ' αὐτοῦ δι' ἣν αἰτίαν βεβρεγμένον

1 τὴν ἀπόκρισιν εἰρηκέναι) Scrib. τ. ἀ. εὑρηκέναι.

2 ὁ μακάριος Πίωρ) Videndi de eo Suidas, Nicephorus lib. XI. cap. XXXVII. Sozomenus lib. VI. cap. XXVII. Ioannes Geometra Epigramm. XLI. L. LXVI.

3 ἐγκλιθεὶς δὲ) Scrib. ἐγκληθεὶς δὲ.

νον ἀπήνεγκεν, ἀπεκρίνετο ὁ Παμβὼ. Ἵνα μὴ κἀγώ σε βαρήσω, ἔβρεξα.

Περὶ Ἀμμωνίου.

ΚΕΦ. ιδʹ.

Ὁ Ἀμμώνιος οὗτος μαθητὴς γεγονὼς τοῦ μεγάλου Παμβὼ ἅμα τρισὶν ἀδελφοῖς ἑτέροις, καὶ δυσὶν ἀδελφαῖς, εἰς ἄκρον φιλοθείας ἐλάσαντες 1, κατειλήφασι τὴν ἔρημον, καὶ ἀμφοτέρας τὰς μονὰς κατ' ἰδίαν ποιήσαντες τῶν τε ἀνδρῶν καὶ τῶν γυναικῶν, ὡς ἱκανὸν ἀπέχειν ἀπ' ἀλλήλων διάστημα. ἐπεὶ δὲ καθ' ὑπερβολὴν φιλόλογος ἦν ὁ ἄριστος τῶν ἀνδρῶν Ἀμμώνιος, πόλις τις τούτου ἠράσθη εἰς λόγον ἐπισκοπῆς. καὶ προσελθόντες Τιμοθέῳ τῷ μακαρίῳ ἐπισκόπῳ 2, παρεκάλουν αὐτὸν χειροτονῆσαι αὐτοῖς ἐπίσκοπον τὸν Ἀμμώνιον. ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς· φέρετέ μοι αὐτὸν, καὶ χειροτονῶ ὑμῖν τοῦτον ἀπελθόντων οὖν αὐτῶν μετὰ βοηθείας πολλῆς εἰς τὸ συλλαβέσθαι αὐτὸν, εἰς φυγὴν οὗτος ἐτράπη. ἰδὼν δὲ ὅτι λοιπὸν κατελήφθη, στὰς παρεκάλει αὐτούς· μὴ πειθομένων δὲ αὐτῶν, καὶ διώμνυτο μὴ καταδέχεσθαι τὸ πρᾶγμα, μηδὲ δύνασθαι ἐξελθεῖν τῆς ἐρήμου. ὡς δὲ οὐ συνεχώρουν αὐτῷ, βλεπόντων πάντων ἀφαρπάσας ψαλίδα, τὸ ἀριστερὸν οὖς ἑαυτοῦ 3 ἕως τοῦ πυθμένος ἐψάλισεν· λέγων αὐτοῖς, κἂν ἀπὸ τοῦ νῦν πεπληροφόρησθε, ὅτι ἀδύνατόν με γενέσθαι λοιπὸν ὅπερ αὐτοὶ ἀναγκάζετε, τοῦ νόμου ἀπαγορεύοντος, ὠτότμητον εἰς ἱερωσύνην μὴ προάγεσθαι οὗτος οὖν ἀφέντες αὐτὸν ἀνεχώρησαν, καὶ ἀπελθόντες ἀπήγγειλαν ταῦτα τῷ ἐπισκόπῳ. ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς, οὗτος ὁ νόμος παρὰ Ἰουδαίοις πολιτευέσθω· ἐμοὶ δὲ καὶ ῥινότμητον, ἐὰν ἐνέγκητε μόνον ἄξιον τοῖς τρόποις ὄντα, χειροτονῶ. ἀπελθόντες οὖν πάλιν παρεκάλουν αὐτόν. μὴ πειθομένου δὲ τοῦ ὁσίου ἀνδρὸς, ἐπεχείρουν καὶ βίαν προσάγειν αὐτῷ. ὁ δὲ διωμόσατο αὐτοῖς εἰπών· ὅτι ἐὰν ἀναγκάσητέ με, καὶ τὴν γλῶσσάν μου ἀποτέμνω. ἐπὶ τούτοις ἀφέντες αὐτὸν ἀνεχώρησαν. τούτου τοῦ ἁγίου Ἀμμωνίου φέρεται τοῦτο τὸ θαῦμα. οὐδέποτέ φησι τῷ σωματίῳ αὐτοῦ ἡδονῆς ἐπαναστάσης ἀτόπου γεγονυίας, τοῦ σαρκίου αὐτοῦ ἐφείσατο, ἀλλὰ σίδηρον ἐκπυρακτώσας προσετίθει τοῖς μέλεσιν ἑαυτοῦ, ὡς πάντοτε αὐτὸν ἡλκωμένον εἶναι. ἡ μέν τοι τράπεζα αὐτοῦ τοιαύτη γέγονεν ἐκ νεότητος ἕως θανάτου ὠμοφαγία. οὐδὲν γὰρ ὁ διὰ πυρὸς διῆκεν ἔφαγέν ποτε ἐκτὸς ἄρτου. παλαιὰν δὲ καὶ καινὴν γραφὴν ἀπεστήθισεν, καὶ ἐν συγγράμμασιν ἀνδρῶν λογάδων Ὠριγένους τε, καὶ Διδύμου 4 καὶ Πιερίου 5, καὶ Στεφάνου 6. διῆλθεν μυριάδας ἑξακοσίας. ταῦτα δὲ μαρ-

dit Pambon: Ideo madefeci ne ego quoque te gravarem.

De Ammonio.

CAP. XIV.

Ammonius, qui fuit magni Pambo discipulus, simul cum tribus fratribus & duabus sororibus, quum pervenissent ad summum pietatis ac religionis, venerunt in solitudinem, & seorsum fecerunt utrumque monasterium virorum scilicet, & mulierum; ita ut satis magnum intercederet spatium. Quoniam autem insigniter doctus erat virorum optimus Ammonius, quaedam civitas desideravit eum habere Episcopum. Qui quum accessissent ad beatum Timotheum Episcopum, rogarunt eum ut eis Episcopum ordinaret Ammonium. Ille autem dicit: adducite eum ad me, & ego eum vobis ordinabo. Quum ergo cum magno auxilio venissent ad eum comprehendendum, is conversus est in fugam. Quum vidisset autem se iam esse comprehensum, stans eos rogabat. Quum ii autem non parerent, iuravit senex se rem non suscipere, neque posse egredi e solitudine. Vbi autem non credebant, ipsis videntibus, adrepto forfice sinistram aurem sibi abscidit ad imum usque, eis dicens: Nunc intelligite fieri non posse ut ego fiam quod me cogitis, quum lex prohibeat ne ad sacerdotium provehatur is, cui sunt aures amputatae. Quum sic ergo eum dimisissent, recesserunt, & ad Episcopum venientes haec ei renunciarunt. Is autem eis dicit: Haec lex in usu sit apud Iudaeos: Mihi autem si vel truncatum naribus abduxeritis qui sit bonis moribus, ego eum ordinabo. Euntes ergo eum rursus rogabant: Quum ipse autem non pareret, adgressi sunt eum vel vi abducere. Is autem eis iuravit, dicens: Si me coegeritis, etiam linguam meam exscindam. Eo itaque post haec dimisso, recesserunt. Huius Ammonii fertur hoc miraculum. Numquam, inquiunt, si quando turpis voluptatis carunculae insurrectio eius corpus invasit, corpori suo pepercit, sed ferrum candens suis membris admovebat, adeo ut esset totus ulceratus. Eius autem mensa talis fuit a iuventute usque ad mortem, ut crudis scilicet vesceretur. Nihil enim unquam comedebat quod igni fuisset admotum praeter panem. Vetus autem & novum testamentum dicebat memoriter: & in doctorum virorum Origenis & Didymi, & Pierii, & Stephani scriptis ita erat versatus, ut sexagies centena millia versuum profer-

Cassiodor. l. 8. c. 1. Niceph. lib. 11. c. 37.

1 εἰς ἄκρον τῆς φιλοθείας ἐλάσαντες) Locus mutilus, & plenior fuit in Gentiani codice.

2 Τιμοθέῳ τῷ μακαρίῳ ἐπισκόπῳ) Theophilum adpellant, non Timotheum, Nicephorus lib. XI. cap. XXXVII. & Socrates lib. IV. cap. XXII.

3 τὸ ἀριστερὸν οὖς ἑαυτοῦ) Dextram auriculam dicunt Nicephorus lib. XI. cap. XXXVII. Socrates lib. IV. cap. XXII. Sozomenus lib. VI. cap. XXIX Et hac de causa Ammonius iste παρώτης dictus fuit. Rem narrant Auctores illi, quos laudavi.

4 Ὠριγένους τε καὶ Διδύμου) Origenis scripta sunt notissima. De Didymo supra a nobis est notatum.

5 καὶ Πιερίου). De Pierio vide Eusebium Hist. Eccles. lib. VII. cap. XXXII. Nicephorum lib. VI. cap. XXXV. Vixit sub Caro & Diocletiano, tanta eruditionis laude, & scriptorum multitudine clarus, ut Origenes iunior diceretur. Videndus, Hieronymus in Catalogo Script. Illustr.

6 καὶ Στεφάνου) Eius meminere Eusebius Hist. Eccles. lib. VII. cap. XXXII. & Nicephorus lib. VI. cap. XXXVI.

ferret: ut de eo ferunt testimonium magni quoque patres in solitudine. Huius autem feruntur etiam prophetiae. Tantum autem valebat in consolandis fratribus qui erant in solitudine, quantum ullus alius. Hoc ei suo suffragio tribuebat Evagrius, qui erat vir discernendi vi praeditus, se nullum hominem vidisse qui esset magis impatibilis, & alienus ab omnibus animi perturbationibus,

δὲ μαρτυροῦσιν αὐτῷ καὶ οἱ μεγάλοι τῆς ἐρήμου πατέρες. τούτου καὶ προφητεῖαι φέρονται. παρακλητικὸς δὲ ἦν τοσοῦτον τοῖς ἐν τῇ ἐρήμῳ ἀδελφοῖς, εἰ καί τις ἄλλος. τούτῳ ψῆφους ἐδίδου ὁ μακάριος Εὐάγριος ἀνὴρ πνεύματος φόρος καὶ διακριτικὸς, λέγων, ὅτι οὐδέ ποτε αὐτοῦ ἀπαθέστερον ἑώρακα ἄνθρωπον. οὗτος ὁ μακάριος πολλαῖς ἱκεσίαις καταδυσωπηθεὶς παρὰ Ῥουφίνου τοῦ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐπάρχου τῶν πραιτωρίων 1, εἰς τοὺς καιροὺς ἐκείνους ἐλθόντος τοῦ μεγάλου Ἀμμωνίου ἐν Κωνσταντίνου πόλει διὰ χρείας τῶν τῆς ἐρήμου πολιτῶν, ἱκανῶς παρακληθεὶς, καὶ παρὰ τῶν ἁγίων ἐπισκόπων, τῶν ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν, καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς ἐρήμου συνεληλυθότων, εἰς τὰ καταθέσια τῶν ἁγίων 2 ὅπερ αὐτὸς ἔκτισεν μαρτυρίου 3. ἐν αὐτοῖς τοῖς καταθεσίοις ἀποδέχεται τὸν Ῥουφῖνον ὁ ἅγιος ἀπὸ τοῦ ἀχράντου βαπτίσματος παρὰ τῶν ἐπισκόπων, ὃν εὐσεβάσθη ἀξίως τῆς αὐτοῦ πολιτείας, εἰς πάντα ὑπακούσας τῷ ὁσίῳ ἀνδρὶ Ἀμμωνίῳ. ὃς μετ' ὀλίγον χρόνον κοιμᾶται, καὶ θάπτεται ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῷ λεγομένῳ Ῥουφινιαναῖς 4, οὗ τὸ μνῆμα λέγεται θεραπεύειν πάντας τοὺς ῥιγιαζομένους.

De Beniamin.

CAP. XV.

Niceph. lib. 11. c. 35.

IN hoc monte Nitriae fuit vir admirabilis, qui vocabatur Beniamin, qui recte & ex virtute vitam egit annis octoginta. Qui cum summe virtutem exercuisset, dignatus fuit gratia curationum; adeo ut cuicumque manus imposuisset, aut quod benedixerat, oleum dedisset, qui laborabat, liberaretur ab omni aegritudine: Hic qui tanta gratia dignus fuerat habitus, octo mensibus ante obitum fuit hydropicus: & eius corpus usque adeo intumuit, ut propter dolores inveniretur alius Iob nostri temporis. Quum nos autem adsumsisset Dioscorus Episcopus, qui tunc erat presbyter montis Nitriae, me, inquam, & beatum Evagrium, dicit nobis: Adeste, videte novum Iob, qui in tanto corporis morbo, & tanto tumore, immensam habet patientiam cum gratiarum actione. Accedentes ergo vidimus tantam molem eius corporis, ut parvum eius digitum non possemus complecti digitis duarum manuum. Quum autem morbi gravitatem non possemus fixis oculis intueri, nostros oculos avertebamus. Tunc dicit nobis beatus ille Beniamin: Orate filii ne meus internus homo fit hydropicus. Hoc enim corpus neque cum bene se haberet, mihi quidquam profuit, neque cum male, me laesit. Illis ergo octo mensibus facta est illi sella latissima, in qua sedebat adsidue: ut qui non posset in lecto accumbere, propter ea quae sunt corpori necessaria. Quum autem laboraret hoc morbo immedicabili, medebatur aliis qui tenebantur quibusvis aegritudinibus. Necessarium itaque duxi morbum huius sancti exponere, ne me-

Περὶ Βενιαμέν.

ΚΕΦ. ιέ.

ΕΝ τούτῳ τῷ ὄρει τῆς Νιτρίας γέγονεν ἀνήρ τις θαυμαστὸς, ὀνόματι Βενιαμὲν 5 καλούμενος, ζωὴν βιώσας ἐνάρετον ἔτεσιν ὀγδοήκοντα. καὶ εἰς ἄκρον ἀσκήσας τὴν ἀρετὴν κατηξιώθη χαρίσματος ἰαμάτων, ὡς παντὶ, ᾧ ἂν χεῖρας ἐπετίθει, ἢ ἔλαιον εὐλογήσας ἐδίδου, πάσης ἀπελλάττετο ἀῤῥωστίας ὁ ἐνοχλούμενος. οὗτος ὁ τοῦ τηλικούτου χαρίσματος καταξιωθεὶς πρὸ ὀκτὼ μηνῶν τῆς κοιμήσεως ὑδρωπίασε. καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ὤγκωσεν τὸ σῶμα αὐτοῦ τῇ οἰδήσει, ὡς ἄλλον Ἰὼβ ταῖς ἀλγηδόσιν εὑρεθῆναι ἐν τοῖς ἡμετέροις καιροῖς. παραλαβὼν οὖν ἡμᾶς Διόσκορος ἐπίσκοπος, τότε δὲ πρεσβύτερος ὢν τοῦ ὄρους τῆς Νιτρίας, ἐμέ τε καὶ τὸν μακάριον Εὐάγριον, λέγει ἡμῖν· δεῦτε, βλέπετε νέον Ἰὼβ, ἐν τοιούτῳ ὄγκῳ σώματος πάθει ἀνιάτῳ, ἄμετρον κεκτημένον εὐχαριστίαν. ἀπελθόντες οὖν ἐθεασάμεθα τοσοῦτον ὄγκον τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὡς μὴ δύνασθαι τὸν μικρὸν δάκτυλον τῆς χειρὸς αὐτοῦ περιλαμβάνειν ταῖς δύο χερσὶ τῶν δακτύλων. μὴ δυνάμενοι δὲ ἡμεῖς ἐνατενίζειν τῇ τοῦ πάθους δεινότητι, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἡμῶν ἀπ' αὐτῶν ἀπεστρέφομεν. τότε λέγει ἡμῖν ὁ μακάριος ἐκεῖνος Βενιαμέν. εὔξασθε τέκνα, ἵνα μή μου ὁ ἔσωθεν ἄνθρωπος ὑδροπιάσῃ. τοῦτο γὰρ τὸ σῶμα οὔτε με εὐπαθοῦντα ὤνησεν, οὔτε δυσπαθοῦντα παρέβλαψεν. τοὺς ὀκτὼ οὖν μῆνας ἐκείνους δίφρος αὐτοῦ πλατύτατος γέγονεν, ἐν ᾧ ἀδιαλείπτως ἐκαθέζετο, μηκέτι ἐν κλίνῃ ἀναπεσεῖν δυνάμενος, διὰ τὰς λοιπὰς χρείας τοῦ σώματος. καὶ ἐν τούτῳ ὢν τῷ ἀνιάτῳ πάθει ἄλλους ἰᾶτο τοὺς οἱοισδήποτε οὖν νοσήμασι κατεχομένους. ἀναγκαῖον τοίνυν ἡγησάμην ἐξηγήσασθαι τούτου τοῦ ἁγίου τὸ πάθος, ἵνα μὴ

---

1 Ῥουφίνου τοῦ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐπάρχου τῶν πραιτωρίων) Hic est ille Rufinus, qui post mortem Theodosii senioris Imperii adfectati poenas dedit. Vide Sozomenum lib. VIII. cap. I. Nicephorum lib. XIII. cap. I. Id autem Theodosium ipsum moriturum imperasse narrat Cedrenus. Mentio eius exstat in pluribus Rescriptis Codicis tam Theodosiani quam Iustinianei.

2 εἰς τὰ καταθέσια τῶν ἁγίων) Quid καταθέσια sint, vide Glossarium nostrum in hac voce.

3 ὅπερ αὐτὸς ἔκτισεν μαρτυρίου) Graeci Christiani μαρτύρια vocabant templa Martyribus sacra. Vide Glossarium nostrum.

4 ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῷ λεγομένῳ Ῥουφινιαναῖς) Nomen loco a Rufino magistro conditore. Chronicon Constantinop. ὁ δ' αὐτὸς Ῥουφῖνος ἔσχατον ἐγένετο παρὰ Θεοδοσίου μάγιστρος, ὃς ἔκτισε τὰς Ῥουφινιανάς. Antea Δρῦς dicebatur. Cedrenus. ὃς παραγενόμενος ἐν τῇ Δρυΐ, τῇ νῦν Ῥουφινιαναῖς, τὴν κατὰ Ἰωάννου ἐπιβουλὴν κατεργάσατο.

5 ἀνήρ τις θαυμαστὸς ὀνόματι Βενιαμὲν) De eo vide Sozomenum lib. VI. cap. XXVIII. & Nicephorum lib. XI. cap. XXXV.

μὴ ξενιζώμεθα ὅταν τι περιστατικὸν δικαίοις ἀνδράσι συμβαίνῃ. τελευτήσαντος δὲ τοῦ γενναίου ἐκείνου τὰ φλία τῆς θύρας ἐπήρθη καὶ αἱ παραστάδες, ἵνα δυνηθῇ τὸ σῶμα ἐξενεχθῆναι τῆς κέλλης. τοσοῦτος ἦν ὁ ὄγκος τοῦ σώματος τοῦ μακαρίου καὶ ἀοιδίμου πατρὸς Βενιαμίν.

nobis alienum videatur si viris iustis aliquis casus accidat. Egregio ergo illo viro mortuo, sublatum est limen ostii & postes, ut posset corpus efferri ex cella. Tanta erat moles corporis beati & incliti patris Beniamin.

Περὶ Ἀπολλωνίου.

ΚΕΦ. ις'.

Ἀπολλώνιός τις 1 ὀνόματι ἀπὸ πραγματευτῶν ἀποταξάμενος καὶ οἰκήσας τὸ ὄρος τῆς Νιτρίας, μήτε τέχνην τὸ λοιπὸν μαθεῖν δυνάμενος, μήτε ἐπὶ ἄσκησιν γραφικὴν τῷ παρηβηκέναι τὴν ἡλικίαν, ζήσας ἐν τῷ ὄρει εἴκοσι ἔτη, ταύτην ἔσχεν τὴν ἄσκησιν. ἐκ τῶν ἰδίων χρημάτων καὶ τῶν οἰκείων πόνων παντοῖα ἰατρικὰ καὶ κελλαρικὰ 2 ἀγοράζων ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ πάσῃ τῇ ἀδελφότητι εἰς τὰς νόσους ἐπήρκει. καὶ ἦν ἰδεῖν αὐτὸν ὄρθριον μέχρι τῆς ἐννάτης ὥρας κυκλεύοντα τὰ ἀσκητήρια, καὶ μοναστήρια, καὶ πάσας σκηνὰς τὰς ἐκεῖ, κατὰ θύραν εἰσερχόμενον, καὶ ἐπισκοποῦντα, μήτις ἀνάκειται. ἐβάσταζεν δὲ σταφίδας, ῥοάς, ὠά, σιλίγνια 3, ὧν ἐπιδέονται οἱ ἀῤῥωστοῦντες. ταύτην ἑαυτῷ λυσιτελοῦσαν εὑρὼν πολιτείαν εἰς τὸ γῆρας τοῦ Χριστοῦ δοῦλος. ὅστις τελευτᾶν μέλλων. ὁμοίῳ ἑαυτοῦ καταλιμπάνει τὰ γρυτάρια, παρακαλέσας αὐτὸν ταύτην ἐκτελεῖν τὴν διακονίαν. πεντακισχιλίων γὰρ οἰκούντων μοναζόντων τὸ ὄρος ἐκεῖνο, χρεία καὶ τῆς τοιαύτης ἐπισκέψεως διὰ τοῦ ἔρημον εἶναι τὸν τόπον.

De Apollonio.

CAP. XVI.

Quidam Apollonius nomine ἀπὸ πραγματευτῶν, id est, ex negotiatoribus, quum mundo renuntiasset, & montem Nitriae habitasset, & nec artem discere posset nec litteras, quod aetate esset provectus: viginti annis quibus vixit in monte, hanc habuit exercitationem. Suis pecuniis & suis laboribus emens Alexandriae vasa medica omne genus, universae fraternitati ea suppeditabat ad morbos: & licebat eum videre a prima luce usque ad horam nonam discurrentem obeundo monasteria, & ostium ingredientem, & visentem num quis decumberet. Portabat autem uvam passam, mala punica, ova, panem siligineum, & ea quibus opus habent aegroti. Hanc sibi conferentem invenit vitae rationem usque ad senium Christi servus. Qui quum esset moriturus, alteri sibi simili sua reliquit frivola, rogans eum ut idem obiret ministerium. Nam quum quinque millia monachorum illum montem habitent, tali quoque opus est curatione, quod sit locus desertus.

Cassiodor. l. 8. c. 1. Niceph. lib. 9. c. 14. l. 11. c. 35.

Περὶ Παησίου καὶ Ἠσαΐου.

ΚΕΦ. ιζ'.

Ἕτερός τις Παήσιος 4 καὶ Ἠσαΐας 5 οὕτω καλούμενοι ἀδελφοὶ ὑπῆρχον πατρὸς ἐμπόρου Σπανοδρόμου 6. οἵ τινες τοῦ πατρὸς αὐτῶν τελευτήσαντος ἐμερίσαντο τὰ ὑπάρχοντα ἐν κινητοῖς, ἃ εἶχον ἐν μὲν νομίσμασι πεντακισχιλίοις, ἐν ἱματίοις δὲ καὶ οἰκέταις τὰ εὑρεθέντα. οὗτοι μετ' ἀλλήλων ἐσκέψαντο, καὶ συμβουλεύοντες ἑαυτοῖς ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους. ἐπὶ ποίαν μέθοδον ἔλθωμεν βίου ἀδελφέ; ἐὰν ἔλθωμεν ἐπὶ τὴν ἐμπορίαν, ἣν μετῆλθεν ὁ πατὴρ ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς ἑτέροις ἔχομεν καταλεῖψαι τοὺς πόνους ἡμῶν. ἴσως δὲ καὶ κινδύνοις περιπεσούμεθα πάντως ἢ λῃστρικοῖς ἢ θαλαττίοις. δεῦρο οὖν ἀδελφὲ ἐπὶ τὸν μονήρη βίον ἔλθωμεν, ἵνα καὶ τὰ τοῦ πατρὸς ἡμῶν κερδήσωμεν, καὶ τὰς ψυχὰς ἡμῶν μὴ ἀπολέσωμεν. ἤρεσεν οὖν ἀμφοτέροις ὁ σκοπὸς τοῦ μονήρους βίου. εὑρέθησαν οὖν ἄλλος κατ' ἄλλο διαφωνοῦντες. μερισάμενοι δὲ τὰ χρήματα, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα, τοῦ μὲν σκοποῦ εἴχοντο ἕκαστος τοῦ ἀρέσαι Θεῷ, ἐνηλ-

Vita Paesii & Esaiae.

CAP. XVII.

Alii Paesius & Esaias nomine, fuerunt fratres patre mercatore, Hispanico: qui quidem quum pater eorum esset mortuus, diviserunt facultates quas habebat in mobilibus: in nummis quidem quinque millia, in vestibus autem & servis, quae inventa fuerant. Ii inter se deliberarunt, & sibi consulentes, dicebant: Quodnam vitae iter ingrediemur, o frater: Si exerceamus mercaturam quam pater noster exercuit, nos relinquemus aliis nostros labores: & forte incidemus in pericula, vel latronum vel maris. Age ergo, frater, vitam adgrediamur monasticam, ut & patri nostri lucremur facultates, & nostras animas non perdamus. Placuit ergo utrisque scopus vitae solitariae: sed inventi sunt in alio discrepantes. Quum itaque pecunias divisissent, & reliqua omnia; hunc quidem sibi scopum exposuerunt ut Deo pla-

Niceph. l. 9. c. 14 Sozom. l. 3. c. 14.

---

1 Ἀπολλώνιός τις) Vide Sozomen. lib. VI. cap. XXVIII. Rufinum de Vitis Patrum, cap. VII. & Niceph. lib. XI. cap XXXV.

2 κελλαρικὰ) Vide de hac voce Glossarium nostrum.

3 σιλίγνια) Vide Glossarium nostrum.

4 ἕτερός τις Παήσιος) Eius meminit Nicephorus lib. IX. cap. XIV. Et Cassianus lib. V. cap. XXVII. Sed legendum illic, *Ad senem Paesium*. Perperam editur: *A. s. Pesium*.

A

5 καὶ Ἠσαΐας) Mentio huius est apud Ioannem Geometram in Paradiso, Epigr. LXIV.

Δεῦτ' ἄγετ', ἴδετε ἔργα τάδ' ἄχετα, εἶπεν Ἀχιλλᾶς,
Ψωμὸν ἰδὼν βάπτα εἰς ἅλας Ἠσαΐας.
Εἰ σὺ ζῶια ταῦτα παραρτύειν ἐθέλοισθα,
Δεῦρ' ἴθ' ἐν Αἰγύπτῳ οὔρεα δ' ἐγκρατέων.

6 Σπανοδρόμου) Hanc vocem, ut non intellectam, omisit Gentianus. Nos eam explicamus in Glossario nostro.

placerent, sed diverso vitae instituto. Vnus enim omnia dispergens, dedit monasteriis, & ecclesiis, & custodiis: & quum artem didicisset ex qua sibi panem pararet, exercitationi operam dabat & orationi. Alter autem eius nihil dispersit, sed facto sibi monasterio, & paucis adsumtis fratribus, quemlibet excipiebat hospitem, quemlibet curabat aegrotum, quemvis senem retinebat, cuivis pauperi dabat. Sabbato & Dominica, tres aut quatuor mensas statuens, eos qui erant egeni, excipiebat. Hoc modo facultates suas consumsit. Ambobus autem mortuis, diversae beatitudines utrisque dabantur a fratribus, utpote quod essent inventi ambo virtute perfecti; & aliis quidem placebat vita eius qui renunciaverat; aliis vero ea, quae communicabat omnibus egentibus. Quum ergo inter fratres incidisset contentio, propter horum beatorum diversum vitae institutum, & maxime propter laudes diversas, vadunt ad beatum Pambo, & ad eum referunt ut de hac re respondeat; volentes scire utranam sit melior vitae ratio. Is autem eis dicit: utrique sunt perfecti apud Deum. Alter quidem functus est munere Abrahae, qui omnes excipiebat; alter suscepit firmissimum & constantissimum zelum Eliae Prophetae, ut Deo placeret. Et cum alii quidem ei dicerent: Quomodo fieri potest, dic quaesumus nobis pedes tuos attingentibus, ut hi sint aequales? quumque alii exercitatorem praeferrent, & dicerent: Praeceptum implevit Evangelicum, ut qui omnia vendiderit & dederit pauperibus, noctu & diu perseverans in orationibus, crucem ferens & sequens Servatorem: contra autem alii de altero contenderent, dicentes: Hic, obsecramus te, tot & talia viscera ostendit in omnes egentes, ut exiret & sederet in viis regiis, & qui erant adflicti, colligeret, & opem ferret; neque solum
Εὐλόγιος οὐκ ἀπεκρίνατο, οἰόμενος ἄλλόν τινα καλεῖσθαι τῷ ὀνόματι τούτῳ. λέγει αὐτῷ ἐκ δευτέρου πάλιν. σοὶ λέγω Εὐλόγιε τῷ ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἐλθόντι. τότε λέγει αὐτῷ ὁ Εὐλόγιος. τί κελεύεις δέομαί σου. λέγει αὐτῷ ὁ μέγας. τί ἦλθες ἐνθάδε; ἀπεκρίνατο ὁ Εὐλόγιος λέγων αὐτῷ. ὁ ἀποκαλύψας σοι τὸ ὄνομά μου, καὶ τὸ πρᾶγμά σοι ἀποκαλύψει διὸ ἦλθον. λέγει αὐτῷ ὁ ἅγιος Ἀντώνιος. ἔμαθον διὸ ἦλθες. ἀλλ' ἐπὶ πάντων τῶν ἀδελφῶν εἶπε ἵνα καὶ αὐτοὶ ἀκούσωσιν. κελευσθεὶς οὖν ὑπὸ τοῦ μεγάλου ὁ τοῦ Χριστοῦ δοῦλος Εὐλόγιος εἶπεν ἐπὶ πάντων. τοῦτον τὸν λελωβημένον εὗρον ἐγὼ ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐῤῥιμμένον καὶ ἀμελούμενον. κατελεήσας δὲ αὐτὸν καὶ τῷ Θεῷ προσευξάμενος δοθῆναι μοι χάριν ὑπομονῆς εἰς αὐτὸν ἀνέλαβον αὐτόν. ἐδεδώκειν δὲ καὶ δεξιὰς τῷ Χριστῷ ἵνα αὐτὸν νοσοκομήσω, ὅπως κἀγὼ σωθῶ δι' αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἀναπαυθῇ δι' ἐμοῦ. ἐξ οὗ δὲ ἐσμὲν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἔτη εἰσὶ δεκαπέντε, ὥσπερ καὶ τῇ σῇ ἁγιωσύνῃ ἀπεκαλύφθη πάντα. ἀλλ' οὐκ οἶδά τι δεινὸν πεπονθὼς παρ' ἐμοῦ μετὰ τοσαῦτα ἔτη εἰς ἄκρον με νῦν χειμάζει. ἐνεθυμήθην αὐτὸν ῥίψαι αὐτοῦ τούτου εἰς τοῦτο με καταναγκάζοντος. τούτου χάριν ἦλθον πρὸς τὴν σὴν ἁγιωσύνην, ἵνα μοι συμβουλεύσῃς τί ὀφείλω ποιῆσαι, καὶ προσεύξῃ περὶ ἐμοῦ. δεινῶς γὰρ χειμάζει με. λέγει αὐτῷ ὁ μέγας Ἀντώνιος ἐμβριθεστάτῃ καὶ αὐστηρᾷ τῇ φωνῇ. ῥίπτεις αὐτὸν, Εὐλόγιε; ἀλλ' ὁ ποιήσας αὐτὸν οὐ ῥίπτει αὐτόν. σὺ αὐτὸν ἀποῤῥίπτεις. ἐγείρει ὁ Θεὸς τὸν καλλίω σου, καὶ συνάγει αὐτόν. καὶ ἀφησυχάσας ὁ Εὐλόγιος κατέπτηξεν ταῦτα ἀκούσας. καταλείψας δὲ τὸν Εὐλόγιον ὁ μέγας Ἀντώνιος, ἄρχεται τῇ γλώσσῃ μαστίζειν τὸν λελωβημένον, καὶ ἀποβοᾶν πρὸς αὐτόν, λελωβημένε, πεπηλωμένε, ἀνάξιε καὶ τῆς γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ, οὐ παύῃ θεομαχῶν παροργίζων τὸν ἀδελφόν. οὐκ οἶδας ὅτι ὁ Χριστός ἐστιν ὁ ὑπηρετῶν σοι; πῶς τολμᾷς κατὰ τοῦ Χριστοῦ τοιαῦτα φθέγγεσθαι. οὐ διὰ τὸν Χριστὸν ἑαυτὸν ἐδούλωσεν εἰς τὴν σὴν ὑπηρεσίαν; στύψας οὖν καὶ τοῦτον τοῖς ἐπιπλήκτοις λόγοις ἀφίησι τούτους, καὶ διαλεχθεὶς τοῖς ἀδελφοῖς πᾶσι τὰ πρὸς τὴν χρεῖαν ἑκάστῳ ἀπολαμβάνεται πάλιν τὸν Εὐλόγιον καὶ τὸν λελωβημένον. ὁ ἅγιος οὗτος, καὶ λέγει αὐτοῖς. μὴ περισπασθῆτε τέκνα μηδαμόθεν, ἀλλ' ἀπέλθετε μετ' εἰρήνης, καὶ μὴ χωρισθῆτε ἀλλήλων, ἀποθέμενοι πᾶσαν λύπην ἣν ὁ δαίμων ὑμῖν ἐνέβαλεν, καὶ μετὰ καθαρᾶς ἀγάπης ὑποστρέψατε εἰς τὴν κέλλαν εἰς ἣν καὶ ἐχρονίσατε. ἤδη γὰρ ἀποστέλλει ὁ Θεὸς ἐφ' ὑμᾶς. ὁ πειρασμὸς γὰρ οὗτος ἐπεσείσθη ὑμῖν ἀπὸ τοῦ Σατανᾶ, ἐπειδὴ ἴδεν ὅτι ἀμφότεροι πρὸς τὸ τέλος ἔχετε, καὶ στεφάνου μέλλετε ἀξιοῦσθαι παρὰ τοῦ Χριστοῦ. καὶ αὐτὸς διά σου. καὶ συ δι' αὐτοῦ. μὴ οὖν ἄλλό τι φρονήσητε. καὶ ἐλθὼν ὁ ἄγγελος μὴ εὕρῃ ὑμᾶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ, καὶ μέλλετε τοῦ στέφανον στερεῖσθαι. σπεύσαντες οὖν θᾶττον ὥδευσαν, καὶ ἦλθον εἰς τὴν κέλλαν ἑαυτῶν ἐν τελείᾳ ἀγάπῃ [a]. καὶ ἐντὸς τεσσαράκοντα ἡμερῶν τελευτᾷ ὁ μακάριος Εὐλόγιος ἀναλύσας πρὸς τὸν κύριον. καὶ ἐντὸς ἄλλων τριῶν ἡμερῶν τελευτᾷ ὁ τὸ σῶμα λελωβημένος, τὴν δὲ ψυχὴν ἐῤῥωμένος, καὶ αὐτὸς παραθέμενος εἰς τὰς χεῖρας τοῦ Θεοῦ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. χρονοτριβήσας τοίνυν ὁ Κρόνιος εἰς τοὺς περὶ Θηβαΐδα τόπους κατῆλθεν εἰς τὰ μοναστήρια Ἀλεξανδρείας, καὶ

Eulogius non respondisset, putans aliquem alium vocari hoc nomine, dicit ei magnus: Tibi dico Eulogi, qui venisti ab Alexandria. Tunc ei dicit Eulogius: Quid iubes, quaeso? Dicit ei magnus: Quid huc venisti? Respondit ei Eulogius, dicens: Qui tibi revelavit nomen meum, rem quoque propter quam veni revelabit. Dicit ei sanctus Antonius: Didici quare venisti. Sed dic coram fratribus, ut ipsi quoque audiant. Iussus autem a magno Eulogius: dixit coram omnibus: Hunc mutilatum inveni ego in foro proiectum, & neglectui habitum: Eius autem misertus, Deum sum precatus ut daret mihi gratiam in ipsum tolerantiae, & illum adsumsi. Dexteram quoque dedi Deo, quod in morbo eius curam geram, ut & ego per ipsum salvus fiam, & ipse a me recreetur. Sunt autem quindecim anni ex quo simul versamur, sicut etiam tuae sanctitati revelata sunt omnia. Sed nescio quidnam mali a me passus, post tot annos ne summe vexat, & in animo habui ipsum eiicere, ipso me ad hoc cogente. Ea de causa veni ad tuam sanctitatem, ut mihi consulas quidnam debeam facere, & ores pro me: me enim vexat graviter. Dicit ei magnus Antonius, gravi & austera voce: Abiicias tu eum Eulogi: at qui eum creavit, non abiicit: Si tu eum abiicis, Deus ei excitabit te meliorem, qui eum colligat. Conticuit Eulogius, & extimuit quum haec audisset. Relicto autem Eulogio magnus Antonius, incipit lingua flagellare mutilatum, & ad eum exclamare: Mutilate, maculate, terra & caelo indigne: Non cessas cum Deo pugnare, & tuum fratrem irritare? Nescis esse Christum qui tibi ministrat? Quomodo audes haec loqui adversus Christum? Non propter Christum se tuo mancipavit servitio. Quum ergo eum quoque verbis coercuisset increpantibus, eos dimittit: & quum disseruisset cum fratribus de iis, quae erant unicuique necessaria, rursus accedit ad Eulogium, & mutilatum, & dicit eis: Ne usquam immoremini o fratres, sed abite in pace, & ne invicem separemini, deposita omni molestia quam vobis iniecit daemon: & cum bona dilectione revertimini in cellam, in qua longo tempore versati estis. Iam enim mittet Deus ad vos. Haec enim tentatio in vos excitata est a Satana, quoniam scit vos iam ad finem pervenisse, & futurum esse ut coronas a Christo accipiatis, ipsum per te, & te per eum: Nihil ergo aliud cogitaveritis. Quod si veniens Angelus non invenerit vos in eodem loco, futurum est ut coronis privemini. Cito ergo festinantes ingressi sunt, & venerunt in suam cellam caritate perfecta: & intra viginti quatuor dies obiit beatus Eulogius migrans ad Dominum, & intra tres alios obiit is qui erat corpore mutilatus, sed anima firmus, ac robustus: qui ipse quoque in manus Dei suum commendavit spiritum. Quum ergo aliquanto tempore versatus esset Cronius circa loca Thebaidis, descendit in monasteria Alexandriae, &

a Agapae convivium ad quod conveniebant pauperes Christiani.

acci-

accidit ut beati quidem Eulogii obitus a fraternitate celebraretur quadragesimus dies, manci autem tertius. Quum hoc ergo didicisset Cronius, obstupuit: & acceptum Evangelium, ut fidem haberent audientes posuit in medio fratrum; & eis iuravit, narrans magni Antonii de his praescientiam, & de omnibus quae acciderunt, & dicens: Horum ego verborum fui interpres, quum beatus Antonius Graece nesciret: ego vero sciebam utramque linguam, & eis sum interpretatus: beatis quidem deinceps per Christi gratiam: Eulogio & corpore mutilato, Graecae, quae a magno dicta sunt; ipsi autem undequaque sancto & beato magnoque Antonio, AEgyptiace, quae dicta sunt ab utroque.

De contemplatione quam vidit Abbas Antonius.

CAP. XXVIII.

HOC quoque narravit Cronius illa nocte magnum eis narrasse Antonium: Ego, aiebat, anno integro oraveram, ut revelaretur mihi locus iustorum & peccatorum: Vidi autem Gigantem nigrum altissimum, qui ad nubes usque pertingebat, habebat autem manus ad caelum usque extensas, infra autem erat lacus, qui mare aequabat magnitudine Vidi quoque animas tamquam aves sursum volantes. Et quaecumque quidem eius manus & caput supervolabant, servabantur ab Angelis. Quae autem a manibus eius verberabantur, incidebant in lacum. Ad me itaque vox pervenit quae dicebat: Quas vides animas supervolasse caput Gigantis, & eius manus, eae sunt animae iustorum, quae quidem ab Angelis servantur in paradiso. Quae autem a manibus nigri percutiuntur, eae in inferno demerguntur: quae quidem attractae fuerunt a voluntate carnis, & odium sequutae sunt, & referendae iniuriae cupiditatem.

Visio B. Antonii.

Vita

1 καὶ συνέβη τοῦ μὲν μακαρίου Εὐλογίου τὰ τεσσαρακοστὰ ἐπιτελεῖσθαι) Solebant dies quadragesimi a morte celebrari. Vide Glossarium nostrum in Τεσσαρακοστά.

2 τὰ τρίτα) Celebrabantur etiam memoriae mortuorum tertio die. Vide Glossarium in Τριτεννάται.

3 καὶ λαβὼν Εὐαγγέλιον εἰς πίστιν τῶν ἀκουόντων τέθεικεν ἐν μέσῳ τῶν ἀδελφῶν, καὶ διωμόσατο αὐτοῖς) Observandus mos antiquus per proposita Evangelia iurandi. Occurrit Basilic. lib. VII. καὶ κατ' αὐτὴν ἢ τῆς ἀποφάσεως τὴν ἀνάγνωσιν προκειμένων τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων δικαζέτωσαν, τῶν ἑκατέρου μέρους συνηγόρων ἐν αὐτῇ τῇ προκατάρξει ὀμνυόντων κατὰ τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων, &c. Iterum lib. XXIX. ὥστε ἐκείνους τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων προκειμένων, ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων καταθέσθαι, εἰ ταῖς ἀληθείαις ὁ ταύτης πατὴρ τετελεύτηκε. Menander in Eclogis de Legat. παραχρῆμα οὖν ὁ τῆς Σιγγηδόνος πόλεως

Περὶ Παύλου τοῦ ἁπλοῦ.

ΚΕΦ. κθʹ.

Διηγεῖτο δὲ ὁ ἅγιος τοῦ Χριστοῦ δοῦλος Ἱέραξ 1 καὶ Κρόνιος δὲ οὗτος, καὶ ἕτεροι πλείονες τῶν ἀδελφῶν, περὶ ὧν μέλλω λέγειν. ὅτι Παῦλός τις ἄγροικος γεωργὸς 2 καθ' ὑπερβολὴν ἄκακος καὶ ἁπλοῦς τὸν τρόπον, ὡραιοτάτῃ συνεζεύχθη γυναικὶ κακοτρόπῳ, τὴν γνώμην. ἥτις τοῦτον διελάνθανεν ἁμαρτάνουσα ἐπὶ μήκιστον χρόνον. ἐξελθὼν οὖν ἐξ ἀγροῦ αἰφνίδιον εἰς τὸν οἶκον εὗρεν αὐτοὺς αἰσχροπραγοῦντας τῆς προνοίας εἰς τὸ συμφέρον ὁδηγούσης τὸν Παῦλον. καὶ θεασάμενος ταύτην μετὰ τοῦ συνήθους αὐτῇ, γελάσας σεμνὸν, ἐπιφωνεῖ αὐτοῖς λέγων. καλῶς, καλῶς. ἀληθῶς οὐ μέλλει μοι 3 μὰ τὸν Ἰησοῦν, ἐγὼ αὐτὴν οὐκέτι αἴρω. ὕπαγε, ἔχεις αὐτὴν καὶ τὰ παιδία αὐτῆς, ἐγὼ γὰρ ὑπάγω, καὶ γίνομαι μοναχός. καὶ μηδενὶ μηδὲν εἰρηκὼς ἀνατρέχει τὰς ὀκτὼ μονὰς, καὶ ἀπέρχεται πρὸς τὸν μακάριον Ἀντώνιον, καὶ κρούει τὴν θύραν. ἐξελθὼν οὖν ὁ μακάριος Ἀντώνιος ἐρωτᾷ αὐτόν. τί θέλεις; λέγει αὐτῷ ὁ Παῦλος. μοναχὸς θέλω γενέσθαι. ἀποκρίνεται αὐτῷ ὁ Ἀντώνιος, καὶ λέγει, ἐτῶν ἑξήκοντα γέρων ἄνθρωπος ὧδε μοναχὸς γενέσθαι οὐ δύνασαι· ἀλλὰ μᾶλλον ἄπελθε εἰς κώμην, καὶ ἐργάζου, καὶ ζῆθι ἐργατικὸν βίον εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ. ὑπομεῖναι γάρ σου τὰς θλίψεις τῆς ἐρήμου οὐ δύνασαι. ἀποκρίνεται πάλιν ὁ γέρων, καὶ λέγει. εἴ τι ἄν με διδάξῃς, ἐκεῖνο ποιήσω λέγει αὐτῷ ὁ Ἀντώνιος. εἴρηκά σοι ὅτι γέρων εἶ, καὶ οὐ δύνασαι μονάσαι. ἄπελθε, εἰ ἄρα θέλεις μοναχὸς εἶναι, εἴσελθε εἰς κοινόβιον, πλειόνων ἀδελφῶν 4, οἵτινες δύνανταί σου τῆς ἀσθενείας ἀνέχεσθαι. ἐγὼ γὰρ μόνος κάθημαι ὧδε διὰ πέντε ἡμερῶν ἐσθίων, καὶ τοῦτο λιμώττων. τούτοις καὶ τοῖς τοιούτοις ῥήμασιν ἀπεσόβει τὸν Παῦλον. καὶ ὡς οὐκ ἠνέσχετο αὐτοῦ, κλείσας τὴν θύραν ὁ Ἀντώνιος οὐκ ἐξῆλθεν ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς δι' αὐτὸν οὐδὲ πρὸς τὴν ἰδίαν χρείαν. ὁ δὲ γέρων παρέμενεν οὐκ ἀναχωρῶν. τῇ οὖν τετάρτῃ ἡμέρᾳ χρείας αὐτὸν ἀναγκαζούσης ἀνοίξας ἐξῆλθεν, καὶ ἰδὼν αὐτὸν πάλιν λέγει τῷ Παύλῳ. ἄπελθε ἔνθεν γέρον, τί με ὑποπιάζεις; οὐ δύνασαι ὧδε μεῖναι. λέγει αὐτῷ ὁ Παῦλος. ἀμήχανόν ἐστιν ἀλλαχοῦ με ἀποθανεῖν ἢ ὧδε. περιβλεψάμενος οὖν ὁ Ἀντώνιος, καὶ ἰδὼν ὅτι τὰ πρὸς τροφὴν οὐ βαστάζει, οὐκ ἄρτον, οὐχ ὕδωρ, οὐχ ἕτερόν τι, καὶ τετάρτην ἔχει καρτερήσας νηστείας, ἐλογίσατο ὁ μέγας Ἀντώνιος, ὅτι μή ποτε καὶ ἀποθάνῃ ἄπειρος ὢν τοῦ νηστεύειν, καὶ κηλιδώσῃ μου τὴν ψυχήν. εἰσδέχεται οὖν αὐτὸν τότε. ἔφη πρὸς αὐτὸν Ἀντώνιος δυνῇ σωθῆναι ἐὰν ἔχῃς ὑπακοὴν, καὶ ὅπερ ἐὰν παρ' ἐμοῦ ἀκούσῃς τοῦτο ποιήσῃς; ὁ δὲ Παῦλος ἀποκριθεὶς, εἶπε πάντα ποιήσω ὅσαπερ ἂν προστάξῃς. καὶ τοιαύτην ἀνέλαβεν ὁ Ἀντώνιος

Vita Abbatis Pauli simplicis.

CAP. XXIX.

Narravit autem sanctus Christi servus Hierax, & Chronius iste, & plures alii ex fratribus ea quae sum dicturus, quod quidam Paulus agrestis agricola, insigniter innocens, & moribus simplex, uxorem duxerat mulierem formosissimam, sed moribus improbam, quae longissimo tempore peccans eum latuit. Aliquando autem de improviso; reversus ex agro, & ingressus domum suam, invenit eos turpia perpetrantes, deducente Paulum providentia ad id quod erat sibi conducibile: eamque quum vidisset cum eo, cum quo habebat stupri consuetudinem, honeste ac decore risit, & eis exclamavit, dicens: Bene est, bene est: revera non est mihi curae: Per Iesum, ego eam non accipiam amplius, abi, eam tibi habe, & eius filios: ego enim recedo, & efficior monachus. Quum nulli autem dixisset aliquid, pertransit octo mansiones, & abit ad sanctum Antonium, & pulsat ostium. Egressus autem sanctus Antonius, eum interrogat: Quid vis? Ei dicit Paulus: Volo fieri monachus. Respondet ei Antonius: Senex sexagenarius non potes hic fieri monachus, sed potius abi in vicum, & operare, & vitam dege operariam, Deo agens gratias: non potes enim sustinere adflictiones solitudinis. Respondet senex, & dicit: Si quid me docueris, illud faciam. Dicit ei Antonius: Dixi tibi te esse senem, & non posse esse monachum, abi: Si enim vis esse monachus, ingredere coenobium ubi sunt complures fratres, qui possunt tuam ferre imbecillitatem. Ego enim solus hic sedeo, quinque dierum spatio interiecto comedens, idque esuriens. His ergo verbis Paulum abigebat. Postquam autem eum non admisit, clauso ostio Antonius tribus diebus foras non est egressus, propter ipsum, ne quidem ad necessitates suas. Senex autem permansit non recedens. Quarto vero die quum eum premeret necessitas, aperto ostio egressus est, & quum rursus vidisset Paulum, ei dicit: Abi hinc senex, Quid mihi es molestus? non potes hic manere. Dicit ei Paulus: Fieri non potest ut ego alibi quam hic moriar. Quum adspexisset autem Antonius, & vidisset eum non ferre ea quae sunt ad victum necessaria, non panem, non aquam, non aliquid aliud, & iam quartum diem perseverasse ieiunum, cogitavit apud se, ne forte moriatur, ut qui non sit adsuetus ieiunare, & meam maculet animam. Eum ergo admittit. Tunc ei dicit Antonius: Potes esse salvus si habeas obedientiam, & quod a me audieris hoc feceris. Paulus autem respondens dixit: Faciam quaecumque iusseris. Talemque vitae asperae agendae rationem, & illis diebus suscepit Antonius,

Niceph l. 8. cap. 40.

Cassiod. l. 1. cap. 11.

---

1 ὁ ἅγιος τοῦ Χριστοῦ δοῦλος Ἱέραξ) Meminit Hieracis cuiusdam Nicephorus lib. XIV. cap. XIV.

2 Παῦλός τις ἄγροικος γεωργὸς) Videndi de hoc Sozomenus Histor. lib. I. cap. XIII. & Nicephorus lib. VIII. cap. XL. Meminit item Ioannes Scholasticus Clim. cap. XXIV.

3 οὐ μέλλει μοι) Leg. οὐ μέλει μοι.

4 εἴσελθε εἰς κοινόβιον πλειόνων ἀδελφῶν) Vide Glossarium nostrum in Κοινόβιον.

Cassian. l. 4. inst. & coll. 18. & 19.

tonius, qualem quando erat in principio iuventutis. Eius ergo mentem probans Antonius, ei dixit: Sta, & ora in hoc loco, donec ingrediar, & adferam tibi quod opereris. Ingressus autem speluncam, per fenestram animadvertit eum in eo loco totam hebdomadam manere immobilem, quum ab aestu torreretur. Egressus autem post hebdomadam, quum ex palmis ramos madefecisset, ei dicit: Accipe, & contexe funem, ut me vides. Texit senex ad horam usque nonam quindecim ulnas magno labore. Quum autem vidisset Antonius id, quod contexuerat, id minime ei placuit, & ipsi dicit: Male contexuisti; retexe, & denuo contexe, quum iam septimo die ieiunus ageret, idque quum esset grandis aetate. Tantum autem eum hac de causa adflixit, ut aegre ferens senex fugeret Antonium, & vitam monachorum. Is autem eosdem ramos & retexuit, & iterum contexuit cum magno labore, quod ex contextura prima fuissent corrugati. Quum ergo vidisset magnus Antonius eum nec murmurasse, neque animum abiecisse, neque vultum suum omnino avertisse, & neque vel tantillum succensuisse; propter eum est compunctus, & sole occidente ei dicit: Patercule, vis comedamus fragmentum panis? Dicit ei Paulus: Vt tibi videtur, Abba. Hoc quoque rursus inflexit Antonium, quod non ad cibi nuntium protinus accurrerit, sed ei potestatem permiserit. Para ergo, inquit, mensam: & obediit. Fert panes Antonius, & imponit mensae quatuor paxamates, sex unciarum: & sibi quidem unum madefecit; erant enim sicci; illi autem tres. Psalmum psallit Antonius, quem noverat: quum eum duodecies cecinisset, duodecies oravit, ut in hoc quoque Paulum probaret. Senex autem simul precatus est, ipso magno Antonio promtius, & alacrius. Malebat enim, ut arbitror, pascere scorpios, quam una vivere cum adultera. Post duodecim autem orationes, Paulo dicit magnus Antonius: Sede, inquit, & ne comedas usque ad vesperam, sed solum attende esculentis. Quum autem fuisset vespera, & Paulus non comedisset, dixit ei Antonius: Surge, ora, & dormi. Ille autem mensa relicta sic fecit. Media autem nocte excitavit eum ad orationem, & usque ad horam nonam produxit orationes. Mensa autem rursus adposita, quum & rursus cecinisset, & orasset, sero vespere sederunt ad comedendum. Quum ergo comedisset magnus Antonius unum paxamatem, aliud non tetigit. Senex autem comedens tardius, adhuc tenebat paxamidium, quod coeperat. Exspectabat ergo Antonius donec perfecisset, & ei dicit: Comede Patercule, etiam unum aliud paxamidium. Dicit ei Paulus: Si tu comedas, ego quoque comedam; te autem non comedente, nec ego comedam. Dicit ei Antonius: Mihi sufficit: Sum enim monachus. Respondet ei Paulus: & mihi sufficit; nam ego quoque volo fieri monachus. Surgit rursus, & facit duodecim orationes, & psal-

1 Πατία θέλεις φάγωμεν) Vide Glossarium in hac voce.

2 … hac …

δώδεκα ψάλλει ψαλμοὺς. καὶ μετὰ τὰς προσευχὰς καθεύδουσι μικρὸν τοῦ πρώτου ὑπνίου· καὶ πάλιν ἐγείρονται ψάλλειν ἀπὸ μεσονυκτίου ἕως ἡμέρας. εἶτα ἔπεμπεν αὐτὸν εἰς τὴν ἔρημον περιάγειν, λέγων αὐτῷ, μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἧκε ἐνταῦθα. τούτου δὲ γενομένου καὶ ἀδελφῶν τινῶν πρὸς αὐτὸν ἐληλυθότων, προσεῖχεν ὁ Παῦλος τῷ Ἀντωνίῳ, τί κελεύοι αὐτὸν ἐργάσασθαι. εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Ἀντώνιος, σιωπῶν διακόνησον τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ μηδενὸς γεύσῃ ἄχρις ἂν οἱ ἀδελφοὶ ὁδεύσωσιν. ὡς δὲ λοιπὸν τρίτη ἑβδομὰς ἐπληρώθη μὴ βεβρωκότως τοῦ Παύλου, οἱ ἀδελφοὶ ἠρώτων αὐτὸν, τίνος ἕνεκεν σιωπᾷς. τοῦ δὲ μὴ ἀποκρινομένου λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Ἀντώνιος, τί σιωπᾷς; ὁμίλησον τοῖς ἀδελφοῖς. ὁ δὲ ὡμίλησεν. ἄλλοτε δὲ στάμνου μέλιτος αὐτῷ ἐνεχθέντος, εἶπεν Ἀντώνιος πρὸς αὐτὸν, κλάσον τὸ ἀγγεῖον, καὶ ἐκχυθήτω τὸ μέλι· ἐποίησε δὲ οὕτω· καὶ λέγει αὐτῷ, συνάξον πάλιν τὸ μέλι μυακίῳ ἄνωθεν, ἵνα μὴ ῥυπαρίαν τινὰ εἰσενέγκῃς. καὶ πάλιν ἀντλεῖν ὕδωρ προσέταξε, πᾶσαν ἡμέραν· καὶ παραλύσας αὐτοῦ τὸ ἱμάτιον ἐκέλευσε ῥάπτειν, καὶ πάλιν ἐκεῖνος ἔῤῥαπτε. καὶ τοσαύτην ὁ ἀνὴρ ἐκτήσατο ὑπακοὴν, ὥστε καὶ χάριν αὐτῷ δεδόσθαι θεόθεν τὴν κατὰ τῶν δαιμόνων ἐλασίαν. ὡς οὖν ἴδε τὸν γέροντα ὁ μέγας Ἀντώνιος εἰς πάντα προθύμως αὐτῷ ἐπακολουθήσαντα εἰς τὴν τῆς ἀσκήσεως πολιτείαν· πάλιν λέγει αὐτῷ. ἴδε, ἀδελφὲ, ἐὰν δύνασαι καθ᾽ ἡμέραν οὕτως, μεῖνον μετ᾽ ἐμοῦ. λέγει αὐτῷ ὁ Παῦλος· ἐὰν μὲν πλέον τί ποτε ἔχῃς μοι δεῖξαι, οὐκ οἶδα, ἐπεὶ ταῦτα ἃ εἶδον ποιοῦντά σε, ποιῶ κἀγὼ εὐχερῶς. τότε λέγει αὐτῷ ὁ Ἀντώνιος τὴν ἄλλην ἡμέραν· ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου, ἰδοὺ γέγονας μοναχός. πληροφορηθεὶς οὖν καθ᾽ ὑπερβολὴν ἐν πᾶσιν εἰς αὐτὸν ὁ μακάριος καὶ μέγας Ἀντώνιος, ὅτι τέλειός ἐστι πάνυ ψυχῆς ὁ τοῦ Χριστοῦ δοῦλος Παῦλος ὁ ἁπλαστος λίαν ἁπλοῦς ὢν, μετὰ μῆνας ῥητοὺς τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος συνεργούσης Ἀντωνίῳ τῷ μακαρίῳ ποιεῖ αὐτῷ κέλλαν λοιπὸν ὡς ἀπὸ σημείων τριῶν ἢ τεσσάρων τῆς ἑαυτοῦ κέλλης. καὶ λέγει αὐτῷ, ἰδοὺ, τῆς δυνάμεως τοῦ Χριστοῦ συνεργούσης σοι γέγονας μοναχός. μένε κατ᾽ ἰδίαν λοιπὸν, ἵνα καὶ πεῖραν λάβῃς δαιμόνων. οἰκήσας οὖν καθ᾽ ἑαυτὸν Παῦλος ὁ ἁπλοῦς ἔτος ἓν, χαρίσματος ἠξιώθη κατὰ δαιμόνων καὶ νοσημάτων παντοδαπῶν, κατορθώσας εἰς ἄκρον τὴν τῆς ἀσκήσεως ἀρετήν. μιᾷ τοίνυν τῶν ἡμερῶν καθ᾽ ὑπερβολὴν δεινοτάτως δαιμονιῶν ἤχθη νεανίσκος Ἀντωνίῳ τῷ μακαρίῳ ἀρχικὸν ἔχων χαλεπώτατον δαίμονα, ὃς καὶ αὐτὸν τὸν οὐρανὸν ἐδυσφήμει. προσεσχηκὼς οὖν ὁ μέγας Ἀντώνιος τῷ νεανίσκῳ, λέγει τοῖς ἄγουσιν αὐτὸν, οὐκ ἔστι τοῦτο ἐμὸν τὸ ἔργον. κατὰ γὰρ τούτου τοῦ τάγματος τῶν δαιμόνων τοῦ ἀρχικοῦ οὔπω ἠξιώθην χαρίσματος, ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ χάρισμα Παύλου τοῦ ἁπλοῦ. ἀπελθὼν οὖν ὁ μακάριος Ἀντώνιος πρὸς τὸν δόκιμον Παῦλον ἀπήγαγεν καὶ αὐτοὺς, καὶ λέγει αὐτῷ· ἀββᾶ Παῦλε, ἔκβαλλε τὸν δαίμονα τοῦτον ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα ὑγιαίνων ἀπέλθῃ εἰς τὰ ἴδια, καὶ δοξάζῃ τὸν Κύριον. λέγει αὐτῷ ὁ Παῦλος· σὺ γὰρ τί; λέγει αὐτῷ ὁ Ἀντώνιος· οὐ σχολάζω ἐγὼ, ἄλλο ἔχω ἔργον. καὶ καταλείψας ἐκεῖ τὸν παῖδα ὁ μέγας Ἀντώνιος, ὑπέστρεψεν πάλιν εἰς τὴν ἰδίαν κέλλαν. ἀναστὰς οὖν ὁ ἄκακος γέρων, καὶ προσευξάμενος ἐνεργῆ προσευχὴν, προσκαλεσάμενος τὸν δαι-

psallit duodecim psalmos. Et post orationes primi somni parum dormiunt, & rursus expergiscuntur ad psallendum a media nocte ad diem usque. Deinde misit eum ad obeundam solitudinem: dicens ei: Veni huc post tres dies. Quum hoc autem factum esset, & quidam fratres ad eum venissent, observabat Paulus Antonium quidnam vellet eum facere. Is autem dixit ei: Tacens ministra fratribus, neque aliquid gustaveris donec fratres fuerint iter ingressi. Postquam autem tertia iam impleta esset hebdomada ex quo non comederat Paulus, fratres eum rogabant, Qua de causa taces? Quumque ille non responderet, dicit ei Antonius: Quid taces? colloquere cum fratribus: ille vero est colloquutus. Quum aliquando ei fuisset adlata urna mellis: dixit ei Antonius: Frange vas, & mel effundatur: Sic autem fecit, & ei rursus dicit: Collige rursus mel concha, ne sordes aliquas inferas. Et rursus iussit eum aquam haurire toto die. Et rursus quum vestem eius dissolvisset, iussit consuere. Tantam denique hic vir possedit obedientiam, ut ei etiam data sit gratia divinitus, nempe ut eiiceret daemones. Postquam ergo vidit senem magnus Antonius, promte cum esse ad omnia sequutum in vitae exercendae ratione, dicit ei: Vide frater, si sic in dies potes, mane mecum. Dicit ei Paulus: An quid mihi possis amplius ostendere, nescio. Nam ea quae vidi a te fieri, ego quoque facio facile & citra laborem, Deo mihi opem ferente. Tunc ei dicit Antonius alio die; In nomine Iesu, ecce factus es monachus. Quum autem satis superque compertum haberet in omnibus magnus & beatus Antonius esse admodum perfectam animam Christi servum, ut qui esset admodum simplex, post certos menses, Dei gratia opem ferente beato Antonio, facit ei deinceps cellam ad tres vel quatuor lapides a sua cella. Et dicit ei: Ecce Christi virtute opem ferente tu factus es monachus: mane deinceps seorsum, ut etiam facias periculum daemonum. Quum ergo anno uno apud se habitasset Paulus simplicissimus, & gratia dignatus est adversus daemones, & adversus omne genus morbos, se perfecte gerens in virtute exercitationis. Quodam ergo die adolescentulus, qui supra modum graviter vexabatur a daemone, adlatus est ad beatum Antonium: habens principalem saevissimum daemonem, qui etiam ipsum caelum maledictis, & probris insequebatur. Quum igitur adolescentem observasset magnus Antonius, dicit iis, qui eum ducebant: Non est hoc meum opus: nam contra hunc ordinem daemonum, nempe principalem, nondum sum donatus gratia, sed haec est Pauli gratia simplicis. Abiens ergo magnus Antonius ad probatissimum Paulum, ipsos quoque deduxit, & dicit ei: Abbas Paule. Eiice hunc daemonem ab hoc homine, ut sanus ad sua redeat, & Dominum glorificet. Dicit ei Paulus: Tu vero quid? Dicit ei Antonius: Non est mihi otium, est aliud quod agam: & relicto illic puero, reversus est magnus Antonius in suam cellam. Quum ergo surrexisset innocens senex, & efficacem fudisset orationem, dicit provocans dae-

Mira obedientia.

daemoniacum, dicit Abbas Antonius: Egredere ab homine. Daemon autem cum probris, ac maledictis exclamabat, dicens: Non egrediar helluo senex, nugator. Accepta itaque pelle sua ovilla, verberabat eum in tergo, dicens: Egredere, dixit Abbas Antonius. Daemon autem maledictis insequebatur Paulum & Antonium: Helluones isti in senectute, veternosi, insatiabiles, qui propriis numquam sunt contenti: quid est vobis commune nobiscum? Quid in nos exercetis tyrannidem? Tamdem dicit ei Paulus: Aut exibis, aut abeo ut id dicam Christo, isque faciet ut sit tibi vae. At Iesum quoque probris, & maledictis insectabatur immitis ille daemon, clamans: Non exibo. Ea de causa indignatus Paulus adversus daemonem, egressus est e suo hospitio in ipso puncto meridiei. Aestui autem AEgyptiorum intercedit cognatio cum fornace Babylonia. Stans ergo sanctus senex tamquam columna super petram, sic orat Christum dicens: Tu vides, Iesu Christe, qui fuisti crucifixus sub Pontio Pilato, me non descensurum ex hac petra, neque esurum, nec bibiturum donec moriar, nisi me nunc audieris, & hunc daemonem ab homine eieceris, & a spiritu immundo ipsum liberaveris. Adhuc cum Iesu loquente simplici & humili Paulo, priusquam ipse preces perfecisset, exclamavit daemon dicens: Recedo, recedo, vi egredior, & per tyrannidem expellor, discedo ab homine, non amplius ad eum accedo; Pauli simplicitas & humilitas me expellit; neque scio quo abeam. Protinusque exiit daemon, & mutatus est in maximum draconem circiter septuaginta cubitorum, receditque reptans in mare rubrum, ut impleretur quod dictum est per sanctum spiritum; *Proverb. 12.* Fidem quae demonstratur, iustus adnuntiabit. Et rursus alibi; *Esaiae 66.* Super quem respiciam, inquit Dominus, nisi super mansuetum, & humilem, & trementem verba mea? Solent enim humiliores daemones eiici ab hominibus fide principalibus: principales rursus daemones fugari ab humilibus. Haec sunt miracula sancti Pauli simplicis & humilis, aliaque plura & his maiora. Hic vocatus est Simplex a tota fraternitate.

ἐν τῇ πίστει ἐκβάλλεσθαι. τοὺς δὲ ἀρχικοὺς πάλιν δαίμον... τά ἐστι θαύματα τοῦ ἁπλοῦ, καὶ ταπεινόφρονος, καὶ ἄλ... κλήθη ἁπλοῦς παρὰ πάσης τῆς ἀδελφότητος.

Vita Abbatis Pachon.

CAP. XXX.

QVidam Pachon nomine quum pervenisset ad annum septuagesimum, sedebat in Scete. Accidit autem ut ego vexatus ab adfectione femineae cupiditatis, cogitationibusque & visis nocturnis, ferrem difficiliter. Quumque parum abesset quin propter hanc tentationem exirem e solitudine, quod me haec animi perturbatio ageret vehementissime, vicinis quidem meis rem non

1 Παχών τις ὀνόματι) De eo vide Sozomenum lib. VI. cap. XXXVI.

τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' οὔτε τῷ διδασκάλῳ μου Εὐαγρίῳ 1 λεληθότως δὲ παραλαβὼν εἰς τὴν πανέρημον συνετύγχανον ἐπὶ ἡμέρας δεκαπέντε τοῖς κατὰ τὴν Σκήτην πατράσιν γηράσασιν ἐν τῇ ἐρήμῳ. ἐν οἷς καὶ περιέτυχον καὶ τῷ Παχών. εὑρὼν οὖν αὐτὸν ἀκεραιότερον καὶ ἀσκητικώτερον, ἐθάρσησα αὐτῷ ἀναθέσθαι μου τὰ τῆς διανοίας. καὶ λέγει μοι ὁ ἅγιος οὗτος. μὴ ξενίσῃ σε τὸ πρᾶγμα, οὐ γὰρ αὐτὸ πάσχεις ἀπὸ ῥαθυμίας. μαρτυρεῖ γάρ σοι καὶ ὁ τόπος καὶ ἡ σπάνις τῶν χρειῶν, καὶ τὸ μὴ εἶναι συντυχίας θηλειῶν ἐνθάδε. ἀλλὰ μᾶλλον ἀπὸ σπουδῆς τῆς κατ' ἀρετὴν συμβαίνει σοι τοῦτο παρὰ τοῦ ἐναντίου. τριπλοῦς γάρ ἐστιν ὁ πόλεμος ὁ πορνικός. ποτὲ μὲν γὰρ ἡ σάρξ ἡμῖν ἐπιτίθεται εὐπαθοῦσα, ποτὲ δὲ τὰ πάθη ἡμῖν ἐπανίστανται διὰ τῶν λογισμῶν. ποτὲ δὲ καὶ αὐτὸς ὁ δαίμων τυραννεῖ ἡμᾶς διὰ τῆς βασκανίας. ἐγὼ γὰρ πολλὰ παρατηρήσας εὕρηκα τοῦτο. ἰδοὺ ὡς ὁρᾷς με γέροντα ἄνθρωπον. τεσσαρακοστὸν ἔτος ἔχω ἐν τῇ κέλλῃ ταύτῃ φροντίζων τῆς ἐμαυτοῦ σωτηρίας, καὶ ταύτην ἄγων τὴν ἡλικίαν μέχρις ἄρτι πειράζομαι. καὶ ὤμνυτο λέγων. ὅτι δώδεκα ἔτη, μετὰ τὸ πεντηκοστόν με ἔτος ἄγειν, οὐ νύκτα μοι συνεχώρησεν οὐχ ἡμέραν ἐπιτιθέμενός μοι. ὑπονοήσας οὖν ὅτι ἀπέστη μου ὁ Θεὸς διὸ καὶ καταδυναστεύομαι οὕτως. ᾑρησάμην ἀποθανεῖν μᾶλλον ἀλόγως, ἢ πάθει σώματος ἀσχημονῆσαι αἰσχρῶς. καὶ ἐξελθών μου τῆς κέλλης, καὶ περιιὼν τὴν ἔρημον, σπήλαιον εὗρον ὑαίνης. εἰς δὲ σπήλαιον ἔθηκα ἐμαυτὸν ἐν ἡμέρᾳ γυμνὸν, ἵνα ἐξελθόντα με φάγῃ τὰ θηρία, ὡς οὖν ἐγένετο ἑσπέρα, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὁ ἥλιος ἔγνω τὴν δύσιν αὐτοῦ. ἔθου σκότος, καὶ ἐγένετο νύξ. ἐν αὐτῇ διελεύσονται πάντα τὰ θηρία τοῦ δρυμοῦ. οἱ σκύμνοι ὠρυόμενοι τοῦ ἁρπάσαι καὶ ζητῆσαι παρὰ τῷ Θεῷ βρῶσιν αὐτοῖς. ἐξελθόντες οὖν οἱ θῆρες ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ ὅτε ἄρσην καὶ ἡ θήλεια ὠσφράντησάν με ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς περιλείξαντές με. καὶ ὡς ἐδόκουν βρωθῆναι, ἀνεχώρησαν ἀπ' ἐμοῦ. πεσὼν οὖν ἐκεῖ διὰ πάσης νυκτὸς οὐκ ἐβρώθην, λογισάμενος ὅτι πάντως ἐφείσατό μου ὁ Θεός. αὖθις οὖν ὑπέστρεψα εἰς τὴν κέλλαν. καρτερήσας οὖν ὁ δαίμων ὀλίγας ἡμέρας πάλιν μοι ἐπέθετο τοῦ προτέρου σφοδρότερον, ὡς παρὰ μικρόν με καὶ βλασφημῆσαι. μετασχηματισθεὶς γὰρ εἰς Αἰθιόπισσαν κόρην ἣν ἑωράκειν ποτὲ ἐν νεότητί μου ἐν τῷ θέρει καλαμωμένην. ταύτην ἔδοξα ἐπικαθεσθῆναι μου τοῖς γόνασιν. καὶ ἐπὶ τοσοῦτον με κεκίνηκεν, ὡς νομίσαι με συγγένεσθαι αὐτῇ. ἀπομανεὶς οὖν ἐγὼ, ἔδωκα κόσσον, καὶ οὕτως γέγονεν ἄφαντος. καὶ πίστευέ μοι λέγοντι, ὅτι τῆς δυσωδίας τῆς χειρός μου ἐπὶ διετίαν ἀνασχέσθαι οὐκ ἠδυνάμην. μικροψυχήσας οὖν καὶ ἐπὶ τούτῳ μειζόνως, καὶ ἀπελπίσας ἐμαυτοῦ εἰς τέλος, ἐξῆλθον εἰς τὴν πανέρημον ἀλώμενος, εὗρον ἀσπίδα μικρὰν, καὶ λαβὼν αὐτὴν προσφέρω τοῖς γεννητικοῖς μου μορίοις, ἵνα κἂν οὕτω δηχθεὶς ὑπ' αὐτῆς ἀποθάνω. καὶ προσρίψας τὴν κεφαλὴν τοῦ θηρίου τοῖς

non exposui, sed neque meo magistro Evagrio: sed latenter veniens in solitudinem, quindecim diebus versatus sum cum patribus senescentibus in solitudine, qui erant in Scete. Inter quos incidi etiam in sanctum virum Pachonem. Quum ergo invenissem eum sinceriorem & magis versatum in exercitatione, ausus sum ei meum animum aperire. Dixit autem mihi ille sanctus: Ne tibi videatur res mira & aliena. Hoc enim non tibi accidit ob delicias otiumque & negligentiam. Nam & mores tibi ferunt testimonium, & penuria eorum quae sunt necessaria, & quod nulla sit hic tibi consuetudo cum feminis, sed potius hoc tibi accidit ab adversario ob studium virtutis. Est enim triplex hostis qui impellit ad fornicationem. Aliquando enim nos caro invadit luxurians, & quae nimis laute & delicate est curata. Aliquando autem in nos insurgunt motus animi propter cogitationes. Aliquando autem ipse quoque daemon in nos exercet tyrannidem propter invidiam. Nam ego quoque multa observans, hoc inveni. Ecce me, ut vides, hominem senem: Quum iam quadragesimum annum degam in hac cella, curam gerens meae salutis, & ad hanc aetatem pervenerim, tentor usque in hodierum diem, & iuravit dicens: Iam duodecim annis postquam transegi annum quinquagesimum, nullam diem nec noctem intermisit qua me non invaserit. Quum itaque subspicatus essem Deum a me recessisse, quandoquidem tanta in me daemon uteretur potestate, potius delegi mori absque tentatione, quam vitio adfectioneque corporis me turpiter gerere. Egressusque a cella mea, & obiens solitudinem, inveni speluncam hyaenae. In quam speluncam me nudum immisi toto die, ut ferae egressae me devorarent. Postquam autem fuit vespera, prout scriptum est: Sol cognovit occasum suum. Posuisti tenebras, & facta est nox. In ipsa transibunt omnes bestiae sylvae. Catuli *Psal.* 103.
leonum rugientes ut rapiant & quaerant a Deo escam sibi. Egressae ergo ferae in illa hora, & masculus & femina, me a pedibus caput usque odorati sunt, circumlingentes. Quumque exspectarem fore ut devorarer, a me recesserunt. Quum ergo illic tota nocte iacuissem, non fui devoratus. Existimans ergo Deum omnino mihi parsisse, surrexi. Rursus vero in cellam redii. Quum autem se paucis diebus continuisset daemon, me est adortus vehementius quam antea, ut parum abfuerit, quin blasphemarem. Transformatus enim quum esset in puellam Aethiopissam, quam in mea iuventute videram aestate spicas legentem, ea mihi visa est meis insidere genibus, meque usque adeo commovit, ut putarem me cum ea coivisse. Furore ergo percitus impegi ei colaphum, eaque sic evanuit. Hoc autem mihi crede dicenti: Biennio non poteram ferre manus meae foetorem. Quum ergo hac de causa pusilli, & abiecti animi evasissem, & de me omnem spem abiecissem, egressus sum pererrans vastam solitudinem, & inveni parvam aspidem. Quam quum accepissem, eam admoveo meis genitalibus, ut vel sic morsus morerer: & quum eius caput virilibus adplicuis-

1 τῷ διδασκάλῳ μου Εὐαγρίῳ) In codice Herveti videtur fuisse fuisse, Εὐλογίῳ pro Εὐαγρίῳ. Sed recta est lectio Palatini: nam Palladii nostri praeceptor fuit Evagrius. Videndus Socrates lib. IV. cap. XXII. & noster hic iterum infra in Valente.

cuissem, ut quae mihi fuissent causa tentationis, ne sic quidem morsus sum, gratiae providentia. Post haec autem audivi vocem dicentem mihi in mea cogitatione: Abi Pachon, decerta. Ideo enim permisi in te tantam exerceri potestatem, ne tibi esset elatior, & adrogantior spiritus, perinde ac ipse posses hanc superare adfectionem: sed tuam adgnosceres imbecillitatem, & in tuae vitae instituto numquam haberes fiduciam, sed recurreres ad Dei auxilium. Sic autem admonitus, & confirmatus; ad cellam sum reversus, & deinceps sedens cum fiducia, & nullam belli curam gerens, reliquos dies egi in pace. Daemon autem quum cognovisset meam eius despicientiam, pudore deinceps adfectus, ad me non accessit amplius. His verbis cum ad luctam adversus Satanam me confirmasset, & ad bellum instruxisset, & adversum daemonem fornicationis me parasset, ac docuisset, dimisit, iubens, ut forti animo me gererem in omnibus.

Vita Abbatis Stephani.

CAP. XXXI.

Sozom. l. 6. Niceph. lib. 12. c. 36.

STephanus quidam Libs genere, sedit sexaginta annos ex transverso Marmaricae & Mareotae. Is quum fuisset summe versatus in exercitatione, & esset discernendi potestate praeditus: hanc gratiam est consequutus, ut quicumque eum conveniret, quacumque cruciaretur molestia, is molestia vacuus ab eo recederet. Fuit autem is quoque notus beato Antonio. Pervenit autem etiam ad nostra usque tempora. Atque ego quidem cum eo non sum versatus propter viae longitudinem. Sanctus autem Ammonius & Evagrius qui eum convenerunt, narraverunt se eum invenisse in talem prolapsum aegritudinem in ipsis locis testiculorum, & penis summum ulcerasse cancrum, qui φαγέδαινα dicitur. Eum, aiebant, invenimus dum a quodam medico curaretur, & manibus quidem operabatur, & palmae ramos contexebat, & nobiscum etiam loquebatur: reliquo autem corpori manum adhibebat chirurgus. Erat autem Dei gratia, ea praeditus patientia, ut perinde adfectus videretur, ac si corpus alterius secaretur: & quum eius membra rescinderentur, non secus atque essent pili insensiles, ita mansit immutabilis: tam insigniter, & admirabiliter erat a Deo instructus. Quum nos autem, inquit, partim angeremur, partim vero terreremur, quod tanti viri talis vita in tantum morbum incidisset, & tales medicorum exectiones: nostras autem cogitationes sensisset beatus Stephanus, dicebat nobis: Ne ex hac re offendamini o filii. Nihil enim quod Deus facit, ad malum unquam facit, sed ad bonum finem. Fortasse enim membra merebantur supplicium: & melius est ea hic dare poenas, quam post excessum ex hoc stadio. Quum nos ergo sic est hortatus, & verbis confirmavit ad to-

Cassiod. l. 8. cap. 1. Niceph. lib. 11. c. 36.

1 Στέφανός τις Λίβυς τῷ γένει) Vide Sozomenum lib. VI. cap. XXVIII. & Nicephorum lib. XI. cap. XXXVI. Meminit quoque Ste-

στηρίξας, ᾠκοδόμησεν ἐγκαρτερεῖν τοῖς θλιβεροῖς. ταῦτα δὲ διηγησάμην, ἵνα μὴ ξενιζώμεθα, ὅταν ἁγίους τινὰς ἴδωμεν τοιούτοις περιπεσόντας δεινοῖς πάθεσιν.

tolerantiam, aedificavit ad fortiter ferendas adflictiones. Haec autem narravit, ne videatur nobis alienum, quando viderimus aliquos sanctos incidisse in tales calamitates.

Περὶ Οὐάλεντος.

ΚΕΦ. λβ'.

ΟΥάλης τίς γέγονεν τῷ γένει Παλαιστινὸς, τῇ γνώμῃ Κορίνθιος πεφυσιωμένος τὸ φρόνημα. ὁ γὰρ μακάριος Παῦλος ὁ ἀπόστολος Κορινθίοις γράφων τούτοις τὸ πάθος περιῆψεν τῆς φυσιώσεως, εἰπών. καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστέ. οὗτος αὐτὸς ὁ Οὐάλης τὴν ἔρημον καταλαβὼν, ᾤκησεν μεθ' ἡμῶν ἐπὶ πλείονα ἔτη. ὅστις μεγάλῃ βιοὺς σκληραγωγίᾳ τὸν ἄκρον βίον τῆς ἀσκήσεως κατορθώσας, ὑπὸ τοῦ τῆς οἰήσεως καὶ τοῦ τύφου δαίμονος δελεασθεὶς, εἰς ἄκρον κορυφῆς ἐξεπήδησεν ὑπερηφανίας, ὡς ὑπὸ δαιμόνων τοῦτον ἀπατηθῆναι. ἐκ γὰρ τοῦ ὀλεθρίου πάθους τῆς οἰήσεως ἐπαρθεὶς κατὰ μικρὸν ἑαυτὸν ἀπατῶν τὴν διάνοιαν ἑαυτοῦ παρεσκεύασεν μεγαφρονῆσαι ὡς ἀγγέλων αὐτῷ συντυγχανόντων, καὶ τὰ πρὸς ἑκάστην διακονίαν αὐτῷ εὐτρεπιζόντων. μιᾷ γοῦν τῶν ἡμερῶν ὡς διηγοῦντο οἱ τούτῳ συνήθεις, ὅτι ἐργαζόμενος τὰς σπυρίδας ἐν ἑσπέρᾳ βαθείᾳ οὔσης σκοτίας τὴν βελόνην ἀφῆκεν, ῥίψας ἐν τῷ ἐδάφει ἐν ᾧ κατέρραπτεν τὰς σπυρίδας. καὶ μὴ εὑρίσκοντος ταύτην αὐτοῦ, λαμπάδα φανῆναι ὁ δαίμων τούτῳ ἐποίησεν. καὶ οὕτως ἣν ἀπώλεσεν εὗρεν βελόνην. καὶ πάλιν φυσηθεὶς ὄγκῳ κενῷ, καὶ ἐπὶ τούτῳ μειζόνως πρισθεὶς τῷ τύφῳ μέγα φρονεῖ 1 καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἐφυσιώθη ὁ ἄθλιος, ὡς καὶ αὐτῶν καταφρονῆσαι τῶν μυστηρίων τοῦ Χριστοῦ. συνέβη δὲ ἐλθόντας τινὰς ξένους τραγήματα ἐνεγκεῖν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἀδελφότητι. λαβὼν οὖν ὁ κύριος Μακάριος ὁ πρεσβύτερος ἡμῶν ἀπήγγειλεν ἑκάστῳ εἰς τὴν κέλλαν πρὸς δράκα, ἐν οἷς καὶ τούτῳ τῷ Οὐάλεντι ἀπέστειλεν. λαβὼν οὖν ὁ Οὐάλης τὸν ἀπενέγκαντα καὶ ὕβρισεν καὶ ἐτύπτησεν, καὶ λέγει αὐτῷ. ἄπελθε, καὶ εἰπὲ Μακαρίῳ. οὐκ εἰμὶ σοῦ χείρων ἵνα σύ μοι εὐλογίας πέμψεις. ἐγνωκὼς οὖν ὁ ἅγιος Μακάριος ὅτι ἐπλανήθη μετὰ μίαν ἡμέραν ἀπῆλθεν αὐτὸν παρακαλέσαι, καὶ λέγει αὐτῷ. ἀδελφὲ Οὐάλη, ἐνεπαίχθης. παῦσαι, καὶ δεήθητι τοῦ Θεοῦ. ὁ δὲ Οὐάλης οὐ πρόσεσχε τῇ παραινέσει τοῦ πατρὸς Μακαρίου. ὡς δὲ οὐκ ἤκουσεν αὐτοῦ τῆς παρακλήσεως, ἀνεχώρησεν τούτου σφόδρα θλιβόμενος ἐπὶ τῇ τοῦ Οὐάλεντος ἥττῃ. πληροφορηθεὶς οὖν ὁ δαίμων ὅτι ἐπ' ἄκρον αὐτοῦ ἐπείσθη τῇ πλάνῃ, ἀπέρχεται, καὶ σχηματίζει ἑαυτὸν εἰς τὸν σωτῆρα ὁ διάβολος, καὶ παραγίνεται ἐν νυκτὶ πρὸς αὐτὸν μετὰ τῶν ἑαυτοῦ δαιμόνων ἐν φαντασίᾳ ὡς ἀγγέλων χιλίων λαμπαδηφορούντων. καὶ δείκνυσιν αὐτῷ δῆθεν τροχὸν πύρινον, ἐν ᾧ ἔδοξεν μέσον τὸν σωτῆρα σχηματίζειν. καὶ ἕνα προλαμβάνοντα τῶν δαιμόνων ὡς ἄγγελον λέγοντα αὐτῷ. ἠρέσθη σοι ὁ Χριστὸς τῇ πολιτείᾳ, καὶ τῇ παῤῥησίᾳ τοῦ βίου, καὶ παρεγένετο πρός σε τοῦ ἰδεῖν σε, ἔξελθε οὖν τῆς κέλλης σου, καὶ μηδὲν ἄλλο ποιήσῃς, ἀλλὰ πόῤῥωθεν ἑστὼς, καὶ τοῦτον ἰδὼν, τὸν ἐν μέσῳ πάντων ἐστῶτα κύψας προσκύνησον, καὶ εἴσελθέ σου εἰς τὴν κέλλαν. ἐξελθὼν οὖν ὁ Οὐάλης, καὶ θεασάμενος τὴν παράταξιν τῶν λαμπαδηφόρων, ὡς ἀπὸ σταδίου δὲ τὸν Ἀντίχριστον πεσὼν προσεκύνησεν. ἐπὶ τοσοῦτον οὖν ἐφρενοβλάβησεν ὁ ἠπατημένος, ὡς πάλιν τὴν ἄλλην ἡμέραν ἐλθεῖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ συνηγμένης πάσης τῆς ἀδελφότητος εἰπεῖν. ἐγὼ κοινωνίας χρείαν οὐκ ἔχω. τὸν Χριστὸν ἑώρακα

De Valente qui excidit.

CAP. XXXII.

FVit quidam Valens, genere quidem Palaestinus, mente autem Corinthius. Corinthiis enim vitium inflationis tribuit S. Paulus, dicens: Et vos inflati estis? 1. Cor. 4. Qui quum venisset in solitudinem, ipse quoque plures annos habitavit nobiscum. Eo autem processit superbiae ut deceptus sit a daemonibus. Ex eo enim quod ipse paullatim deciperetur, fecit ut ipse de se magnifice, ac praeclare sentiret, tamquam cum eo versarentur angeli, eique in singulis ministeriis inservirent. Quodam certe die, ut narrabant, quum operaretur in tenebris, acum dimisit qua consuebat sportam. Quam quum ipse non invenisset, daemon ei fecit lampadem, & invenit acum. Hoc nomine rursus inflatus; magnificam de se induit opinionem, & usque adeo elatus est, ut etiam contemneret ipsam sacramentorum communionem. Quum autem Christus Dominus eius esset misertus, sic providit, ut eius detrimentum cito fieret manifestum universae fraternitati. Accidit ut quidam venientes hospites adferrent ad fraternitatem bellaria in Ecclesiam. Porro autem quum ea accepisset sanctus Macarius presbyter noster, misit ad unumquemque in cellam circa manipulum: inter quos etiam ad Valentem. Quum autem accepisset Valens, eum qui attulerat, contumelia adfecit, & verberavit, & ei dicit: Abi & dic Macario: Non sum te deterior, ut tu ad me mittas benedictiones. Quum cognovisset ergo sanctus Macarius eum esse seductum, accessit uno die postea ad eum exhortandum, & ei dicit: Valens, illusus es, desine, Deumque deprecare: Postquam autem non audivit eius admonitiones, recessit admodum adflictus, & moerens ob Valentis ruinam. Quum ergo certo sibi persuasisset daemon, eum eius deceptioni maxime fidem habuisse, abit, & figuram Servatoris induit, & noctu accedit in phantasmate, mille angelis lampadas tenentibus, & rotam igneam, in qua visus est figuram exprimere Servatoris: unusque eum praecedit, & dicit: Christus dilexit tuum institutum, tuamque vivendi libertatem & confidentiam, & venit ut te videat. Egredere ergo e cella, & nihil aliud feceris, nisi quum procul eum videris, procumbens eum adora, & ingredere in tuam cellam. Egressus ergo quum vidisset adparatum lampadum, circiter a stadio procul Antichristum adoravit. Alio itaque die adeo fuit emotae mentis, ut ingrederetur ecclesiam, & fraternitate congregata diceret! Ego non habeo opus communione: Christum enim vidi

1 τῷ τύφῳ μέγα φρονεῖ) Scrib. τ. τ. μέγα φρονεῖ.

vidi hodie. Tunc patres eum anno uno vinxerunt, & in ferreos compedes coniecerunt, & curarunt, precibus, eiusque contemtione, vitaque austeriore detrahentes eius persuasionem: nam, ut dicitur, contraria contrariis medicamentis curantur. Necesse est autem eorum quoque qui sunt tales, vitam in hoc libro inserere, ad securitatem eorum qui legunt: sicut etiam sanctis plantis accessit lignum paradisi, nempe cognitio boni, & mali: ut si quando contigerit eos in aliqua re se recte gerere, non se efferant, & se iactent de virtute. Nam saepe quoque virtus efficitur occasio prolapsionis, quando non recto scopo facta fuerit. Scriptum est enim: Vidi iustum pereuntem in sua iustitia; id quoque est vanitas.

Genes. 2.

σήμερον
σιδήροις
κ τοιχ
οίημα
ἐναντία
σὶν κ
βιβλίδι
χανόντ
δάσῳ φ
σκαν κ
συμβαί
τῇ ἀρ
θέσεις
ματικῆς
εὐσεβεί
δίκαιον
τῦτο μ

De Erone.

CAP. XXXIII.

FVit quidam Ero nomine, mihi vicinus, Alexandrinus genere, urbanus adolescens, bono ingenio, vita mundus. Qui ipse quoque post magnos labores, & praeclaros sudores, ab adrogantia adreptus, & elatione, praeceps ruit: & adversus patres superbus evasit, & insolens: & cum illis beatum etiam Evagrium adfecit contumelia, dicens: Qui tuae doctrinae parent, decipiuntur. Non oportet enim alios magistros attendere praeter Christum: abusus est autem testimonio quoque ad perversum scopum suae stultitiae, dicens: Ne vocaveritis magistrum super terram. Qui ipse quoque mentem adeo habuit obtenebratam vana persuasione suae opinionis, ut fuerit etiam ferro vinctus quum nollet convenire ad sacramenta. Amica autem veritas. Fuit is vitae instituto admodum subtili, & accurato, adeo ut multi dicant, quibus cum eo intercessit consuetudo, quod saepe nonnisi post tres menses comedebat, contentus communione sacramentorum, & sicubi ei adparuisset olus agreste. Accepi autem ego quoque eius experientiam cum beato Albino, quum irem in Scetim. Aberat autem Scetis a nobis quadraginta miliaribus. In his quadraginta miliaribus nos bis comedimus, & ter aquam bibimus. Ille vero quum nihil gustasset, pedes ingrediens, pronunciavit memoriter XV. Psalmos. Deinde magnum Psalmum. Deinde epistolam ad Ebraeos: Deinde Esaiam, & partem Propheticorum Hieremiae. Deinde Lucam Evangelistam. Deinde Proverbia. Eum autem ambulantem non poteramus consequi. Is postremo adreptus a mali daemonis operatione, ut qui ageretur ab igne vehementissimo, in sua quidem cella sedere non poterat: profectus autem Alexandriam divino quodam consilio, clavum clavo extrusit. Sua sponte enim incidit in promiscuum & indifferentem rerum usum, inventa postea salu-

Ἥρ
φυῆς τ
αὐτὸς
κ βίον
νοίας
νὸν πᾶ
κ κατὰ
νόμῳ
κ μετ'
ὅτι οἱ
ὐ γὰρ
ρεκτὸς
ρίαν π
μωρίας
καλέσητ
κ αὐτὸ
τῆς οἰή
ςερον
τοῖς μυ
λῆθ᾽ α.
ὡς πολ
ἄκραν
τινῶν.
χόμῳ
ἂν παρ
εἴληφα
πὶ ψ Σ
ράκοντα
κ τρίτο
γδοάμ
δεκαπέν
Ἑβραίυ
ρεμίυ
γελιςὴν
ἰχύντων
βαδίζον
μονῳ
πυρὸς
θεαθῆναι οὐκ ἠδυνήθη ἀπελθὼν ἢ εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν τάχα κ
λεγόμενον, ἥλῳ τὸν ἧλον ἐξέκρυσεν. περιέπεσεν γὰρ ἑκουσίως τῇ

1 Ἀλεξανδρεὺς τῷ γένει) Nicephorus lib. x. cap. XXIX. de alio quodam Herone narrat, qui Thebis AEgyptiis oriundus. Eius meminit quoqu

2 ἔπειτ pellat CXV

μθμ@ σωτηρίαν. παρέβαλεν γὰρ ϗ θεάτροις, καὶ ἱπποδρομίαις, ϗ τὰς διατριβὰς εἶχεν ἐν καπηλείοις. ὕτως ῇ γαςριμαργῶν ϗ οἰνοφλυγῶν ἐνέπεσεν καὶ εἰς τὸν βόρβορον τ̃ γυναικείας ἐπιθυμίας. καὶ ὡς ἐσκέπτετο ἁμαρτῆσαι μιμάδι τινὶ προσομιλῶν συνεχῶς τὰ πρὸς τὸ ἕλκ@ ἑαυτῦ διελέγετο. τύτων ὕτως ὑπ' αὐτῦ διαπραττομένων γέγονεν αὐτῷ κατά τινα οἰκονομίαν ἄνθραξ κατὰ τῆς βαλάνυ. καὶ ἐπὶ τοσῦτον ἐνόσησεν ἑξαμηνιαῖον χρόνον, ὡς καταςαπῆναι αὐτῦ τὰ μόρια, καὶ αὐτομάτως ἀποπεσεῖν. ὕςερον ῇ ὑγιάνας καὶ ἐπανελθὼν ἄνδ τύτων τῶν μελῶν, καὶ εἰς φρόνημα θεῖκὸν ἐλθὼν, καὶ εἰς μνήμην τῆς ὐρανίυ πολιτέιας, καὶ ἐξομολογησάμθμ@ πάντα τὰ συμβεβηκότα αὐτῷ τοῖς ἁγίοις πατράσιν, ἐνεργῆσαι μὴ φθάσας ἐκοιμήθη μετὰ ὀλίγας ἡμέρας.

te involuntaria. Acceſſit enim ad theatra, & equeſtria certamina, & verſabatur in cauponis. Is autem quum gulae eſſet deditus, & ebrietati, incidit in coenum femineae cupiditatis: & quum peccare conſtituiſſet, cum quadam Mima adſidue colloquutus, ulcus ſum aperuit. Quum haec ſic fierent, divino quodam conſilio enatus eſt ei anthrax in glande: & tempore ſemeſtri uſque adeo aegrotavit, ut eius virilia membra computruerint, & ſua ſponte ceciderint. Quum poſtea autem convaluiſſet, reverſus eſt ad hoc ut ea ſentiret quae Dei ſunt: & venit in ſolitudinem, haec omnia confitens patribus: & quum non perveniſſet ad operationem, paucis poſt diebus obdormiit. Caſſian. coll. 2. cap. 5.

Περὶ Πτολεμαίυ.

ΚΕΦ. λδ'.

Ἄλλ@ τις πάλιν Πτολεμαῖ@ ὀνόματι 1 δυσδιήγητον μᾶλλον δὲ ἀνεκδιήγητον ἀρετῆς βίον ζήσας, τοκατάρχὰς ᾤκησεν ἐπέκεινα τῆς Σκήτεως εἰς τὴν καλυμένην Κλίμακα. τόπ@ δέ ἐςιν ὕτω καλόμθμ@, εἰς ὃν ὐδεὶς ἠ δυνήθη οἰκῆσαί ποτε τῶν μοναχῶν, τὸ ἀπὸ δεκαοκτὼ σημείων εἶναι τὸ φρέαρ τῦ ὕδατ@. βαςάσας ὖν ἐκεῖν@ κεράμια κιλικίσια 2 πλέονα ἐκεῖσε ἀπήνεγκεν. καὶ τῷ Δεκεμβρίῳ καὶ Ἰανυαρίῳ μηνὶ συναγαγὼν τ̃ δρόσον ἐκ τῶν πετρῶν. (δροσίζει γὰρ ἐν ἐκείνοις τοῖς μέρεσι τότε πολλὰ) καὶ τὰ κεράμια πληρώσας τῆς δρόσυ διήρκησεν ἑαυτῷ ἐπὶ δεκαπέντε ἔτη οἰκήσας ἐκεῖ. πλέονα χρόνον μηδενὶ συντυγχάνων. ὃς ἀποξενωθεὶς διδασκαλίαν πνδυματικῆς, καὶ συντυχίας ἀνδρῶν ὁσίων, καὶ ὠφελείας ἁγίων πατέρων, ϗ συνεχῦς κοινωνίας τῶν μυςηρίων τῦ Χριςοῦ, ἐπὶ τοσῦτον ἐμάνη, ἐκτραπεὶς τῆς εὐθείας ὁδοῦ, ὡς τὸ παρά τισι τῶν ἀσεβῶν λεγόμθμον αὐτοματισμὸν καὶ τοῦτον τὸν ἄθλιον ὁμολογεῖν, τῦ τῆς πλάνης δαίμον@ αὐτὸν ςρατηγῦντ@ λοιπόν. ὗτ@ γὰρ ὁ δυσμθμὴς τὸ καινὸν τῦτο ὑπέθετο λέγειν, μηδεμίαν ὐσίαν ἔχειν τὰ πράγματα, ἀλλ' ἁπλῶς εἶναι τὰ πάντα ἐκ τῦ τὸν κόσμον αὐτομάτως φέρεσθαι. ὑπέβαλεν ὖν αὐτῷ ὁ πολέμι@ τῆς πάντων ζωῆς, ἐνσκήψας ὅλ@ εἰς τὴν τύτυ ψυχὴν, λέγων. τούτων οὕτως ἐχόντων τί μάτην ὕτως σαυτὸν καταδαμάζεις; ἵνα εἰς τί σοι ὀνήσῃ, Πτολεμαῖε, μὴ ὔσης ἀντιμισθίας; ποῖ@ δέ σοι μισθὸς ἂν ἐξήρκησεν τύτων πόνων εἰ καὶ τίς ἦν ἀποδιδύς σοι. ποῖα δὲ καὶ κρίσις ἐςὶν ἣν ἀπειλῦσιν αἱ γραφαὶ ἀπρονοήτων ὑπαρχόντων ἁπάντων; τύτοις τοῖς σατανικοῖς λόγοις κατακλασθεὶς ὁ πανάθλι@ Πτολεμαῖ@ λέγεται φέρεσθ μετέωρος ἐξεςηκὼς τ̃ κατὰ φύσιν φρενῶν μέχρι τ̃ δεῦρο ἀλώμθμ@ ἐν Αἰγύπτῳ. ἔκδοτον ἑαυτὸν δεδωκὼς γαςριμαργίᾳ, καὶ οἰνοφλυγίᾳ, μηδενὶ μηδὲν ὁμιλῶν, ἀλλὰ ἐνὸς ἀνακάπτων τὴν ἀγορὰν, ἐλεεινὸν θέαμα ϗ πλῆρες δακρύων προκείμθμ@ Χριςιανῶν ὀφθαλμοῖς, παίγνιον ῇ ϗ χλεύη τοῖς ἀγνοῦσι τὸν ἡμέτερον βίον. ϗ αὐτη ῇ ἀνίατας

De Ptolemaeo qui excidit.

CAP. XXXIV.

Alius quidam rurſus nomine Ptolemaeus: quum narratu difficilem, vel potius quae narrari non poteſt, vitam tranſegiſſet: habitavit initio ultra Scetim in ea, quae dicitur κλίμαξ, id eſt, ſcala. Eſt autem locus, qui ſic dicitur, in quo nemo poteſt habitare, propterea quod puteus aquarum diſtet decem & octo miliaribus. Quum is ergo multa vaſa fictilia portaſſet, & Decembri & Ianuario menſe rorem collegiſſet: (eſt enim permultum roris in illis partibus) & ſpongia ex lapidibus expreſſiſſet, perſtitit illic habitans annos quindecim. Qui abalienatus a doctrina & congreſſione virorum ſanctorum, & utilitate, & continua ſacramentorum communione, a recta via uſque adeo receſſit, ut quod nonnulli dicunt impii caſu omnia fieri, is quoque infelix id fateretur, daemone erroris deinceps in eum obtinente imperium. Hic enim inimicus vano huic homini ſuggeſſit, ut diceret res nullam habere eſſentiam: ſed omnino eſſe omnia ex eo quod mundus ferretur ſua ſponte. In huius ergo animam haec immiſit omnium vitae hoſtis, dicendo. Quum res ita ſe habeant, quid fruſtra teipſum foris domas? Quidnam te adiuvabit Ptolemaee, ſi non ſit remuneratio? Quaenam autem tibi ſufficeret merces tot & tantorum laborum, etiamſi eſſet qui redderet? Quodnam autem eſt iudicium quod minantur ſcripturae, ſi nulla ſit providentia? His Satanicis circumſeptus cogitationibus miſerrimus Ptolemaeus, dicitur eſſe emotae mentis, & hucuſque errare in AEgypto, & ſeipſum dediſſe gulae, & ebrietati, cum nemine converſans, ſed mutus forum obiens, miſerabile, & lacrimabile ſpectaculum Chriſtianorum oculis, ludibrium autem iis qui vitam noſtram neſciunt. Haec autem calami-

---

1 Ἄλλος τις πάλιν Πτολεμαῖος ὀνόμαλι) Huius meminit etiam infra in vita Paphnutii.

2 κεράμια κιλικίσια) Sic ſupra dixit, ἀμφορέα κιλικίσιον, in Macario AEgyptio.

tas immedicabilis miserum invasit Ptolemaeum, ex rationis experte quadam adrogantia; quod e seductore daemone illusus, existimaret se scientia pollere super omnes sanctos Patres: Per quam inflatus, suiipsius hostis, praeceps datus est in profundum interitus: quum nullum umquam convenisset ex Sanctis Patribus qui sapienter gubernaverant, nec eorum fuerit fundatus spiritali doctrina, sed inventus absque gubernatore, in extremum mortis profundum cecidit, & sicut arbor viridibus foliis comata, & fructibus ornata, quae uno temporis momento omnibus simul est nudata, redProverb. 11. dita est arida. Nam ut scriptum est: Quibus non est gubernatio, ii cadunt ut folia.

τῷ συ... μαῖον ἐ... τὸν ἐμ... ἔχει ὑπ... φυσιωθε... τῦτον κ... δενὶ συ... κυβερνη... δασκαλ... θεὶς, κ... εἰς ἔσχα... δένδρον... κ τοῖς... θρόον γ... γραμμέ... κυβέρνη...

De Virgine lapsa.

CAP. XXXV.

NOvi rursus quamdam virginem Ierosolymis quae saccum gestavit sexennio, & fuit inclusa: nec aliquid accepit ex iis quae tendunt ad voluptatem, sed summam continentiam exercuit inter feminas. Postea autem a divino deserta auxilio propter summam superbiam lapsa est, & aperta fenestra admisit eum qui ei inserviebat, & cum eo fuit commixta: eo quod non divino proposito, & ex caritate se exercuerat, sed ut humanae scenae serviret, quod quidem est vanae gloriae & pravi instituti. Nam quum eius piae cogitationes occupatae essent in damnandis aliis, incitaretur autem furore a daemone superbiae, eoque valde delectaretur: ab ea recessit sanctus angelus custos temperantiae. Ideo autem scripsimus, o virorum fidelissime, & vitam eorum qui se recte & ex virtute gesserunt, & eorum qui post multos labores per otium, & socordiam a summo & perfectissimo vitae instituto exciderunt, capti a diabolo omne genus laqueis: ut unusquisque ex suae vitae instituto intelligens occulta retia hostis bonorum, fugiat eius laqueos. Quum sint ergo multi, iique magni viri & mulieres, qui ab initio se recte gesserunt in honesto instituto exercitationis, tamdem autem fuerunt eversi radicitus ab omnium hominum adversario: ex multis facta mentione paucorum, plurimos praeteribo silentio: ut qui neque ipsos erigam, neque mihi prosim, dum iis multum immoror, & eximios Christi athletas negligo, non narrans virtutes divinae eorum exercitationis.

ΙΔομεν δὲ κατὰ τὴν Θηβαΐδα, ὄρος ὑψηλὸν, τῷ ποταμῷ ἐπικείμενον, φοβερὸν ἄγαν καὶ κρημνῶδες, καὶ μοναχοὺς ἐκεῖ βιοῦντας ἐν τοῖς σπηλαίοις· πατὴρ δὲ ἦν τις αὐτῶν ὀνόματι Πιτυρίων, εἷς τῶν μαθητῶν Ἀντωνίου γενόμενος· καὶ τρίτος τὸν τόπον ἐκεῖνον διαδεξάμενος, ὃς πολλάκις καὶ ἄλλας δυνάμεις ἐπιτελῶν, τὴν τῶν πνευμάτων ἐλασίαν ἐνεργῶς ἐποιεῖτο. διαδεξάμενος γὰρ Ἀντώνιον καὶ τὸν τούτου μαθητὴν Ἀμμωνᾶν, εἰκότως καὶ τὴν κληρονομίαν τῶν χαρισμάτων ὑπεδέξατο, ὃς πολλοὺς μὲν καὶ ἄλλους πρὸς ἡμᾶς ἐποιήσατο λόγους. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς τῶν πνευμάτων διακρίσεως ἰσχυρῶς διελέξατο δαίμονας εἶναι τινὰς τοὺς τοῖς πάθεσιν ἀκολουθοῦντας, καὶ τὰ πάθη ἡμῶν πολλάκις ἐπὶ τὸ κακὸν διατρέποντας. ὅστις οὖν, ὦ τέκνα, φησὶ πρὸς ἡμᾶς, βούλεται τοὺς δαίμονας ἀπελαύνειν, πρότερον τὰ πάθη

θη δυλώσῃ. ὗ γὰρ ἂν πάθυς τίς περιγένηται, τύτυ κ) τὸν δαίμονα ἀπελαύνει· κ) δεῖ κατὰ μικρὸν ὑμᾶς δυλῶσαι τὰ πάθη, ἵνα τύτων τοὺς δαίμονας ἀπελάσητε ἕπεται δαίμων τῇ γαςριμαργίᾳ. ἐὰν ὖν τῆς γαςριμαργίας κρατήσητε, ἀπελαύνετε ταύτης τ̃ δαίμονα. ἤσθιεν ᵹ ὁ ἀνὴρ τῆς ἑβδομάδ⊙ δεύτερον, ἔν τε τῇ Κυριακῇ, καὶ τῇ πέμπτῃ, ζωμὸν ἀλεύρυ, μηδενὸς ἑτέρυ μεταλαμβάνειν δυνάμεν⊙, διὰ τὸ τὴν ἕξιν αὐτῦ ὕτω τετυπωκέναι.

nes animi. Qualem enim quis ſuperavit adfectionem, eius quoque expellit daemonem. Oportet autem vos paullatim vincere adfectiones, ut earum expellatis daemones. Sequitur gulam daemon. Si quis ergo gulam ſuperavit, expellit eius daemonem. Is autem comedebat bis in hebdomada, Dominica, & quinta feria, parvam pultem ex farina; nec poterat aliquid aliud ſumere, propterea quod ſuum habitum ita formaſſet.

Περὶ Α'ββᾶ Εὐλογίυ πρεσβυτέρυ.

ΚΕΦ. οϛ'.

Ι''Δομεν δὲ καὶ ἄλλον πρεσβύτερον, Εὐλόγιον ὀνόματι, ὃς ἐν τῷ προσφέρειν τῷ Θεῷ τὰ δῶρα, τοσαύτην χάριν ἐλάμβανεν γνώσεως, ὡς ἑκάςυ τῶν προσερχομένων μοναχῶν τὰς γνώμας εἰδέναι. ὗτ⊙ ἰδὼν πολλάκις μέλλοντας μοναχύς τινας προσιέναι τῷ θυσιαςηρίῳ, ἐπιϛχὼν αὐτὺς, ἔλεγε· πῶς κατατολμᾶτε τοῖς ἁγίοις προσελθεῖν μυςηρίοις, πονηρὰς τὰς διανοίας ἔχοντες; καὶ σὺ μὲν ἐλογίσω ταύτῃ τ̃ ἀπρεπῆ τῆς πορνείας ἐνθύμησιν· ὁ ᵹ ἕτερος, φησὶν, ἐλογίσατο ἐν τῇ ἑαυτῦ διανοίᾳ οὐδὲν διαφέρειν κἂν ἁμαρτωλὸν κἂν δίκαιον προσελθεῖν τῇ τῦ Θεοῦ χάριτι. ὁ ᵹ ἄλλ⊙ διεκρίθη πρὸς τὸ δῶρον· ἄρα ἁγιάσει με προσελθόντα· ὑποχωρήσατε ὖν μικρὸν τῶν ἁγίων μυςηρίων, κ) μετανοήσατε ἐκ ψυχῆς, ἵνα ἄφεσις ὑμῖν γένηται τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ ἄξιοι γένησθε τῆς τῦ Χριςῦ κοινωνίας. ἐὰν δὲ μὴ πρῶτον τὰς ἐνθυμήσεις καθάρητε, ὐ μὴ δυνήσεσθε προσελθεῖν τῇ χάριτι τῦ Χριςῦ.

Vita Eulogii Presbyteri.

CAP. LXXVI.

VIdimus autem alium quoque presbyterum, nomine Eulogium, qui in offerendis Deo donis, tantam accepit gratiam cognitionis, ut uniuſcuiuſque ex iis, qui accedebant monachis, mentem cognoſceret. Is quum ſaepe vidiſſet aliquos monachos ad aram acceſſuros, eos retinuit, dicens: Quomodo audetis ad ſancta accedere ſacramenta, quum habeatis malas cogitationes? Et tu quidem hac nocte animo verſaſti turpem fornicationis cogitationem. Alius autem in animo ſuo reputavit, dicens nihil referre an peccator, an iuſtus accedat ad Dei gratiam. Alius autem de dono dubitavit, dicens: Numquid me accedentem ſanctificabit? Parum ergo ſecedite a ſanctis ſacramentis, & ex animo agite poenitentiam, ut ſit vobis remiſſio peccatorum, & ſitis digni Chriſti communione. Niſi enim primum mundaveritis cogitationes, non poteritis ad Chriſti gratiam accedere.

Caſſiod. l. 8. cap. 1. Niceph. lib. 11. cap. 35

Περὶ Α'ββᾶ Σεραπίων⊙ τῦ πρεσβυτέρυ.

ΚΕΦ. οζ'.

Ι''Δομεν δὲ ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ Α'ρσενοίτου πρεσβύτερόν τινα, ὀνόματι Σεραπίωνα, πατέρα πολλῶν μοναςηρίων, καὶ ἡγύμενον πολλῆς ἀδελφότητ⊙, ὡς μιᾶς μυριάδ⊙ ὄντων τ̃ ἀριθμόν· πολλήν τε διὰ τῆς ἀδελφότητ⊙ ἐκτελῦντα οἰκονομίαν, πάντων ὁμῦ ἐν καιρῷ θερισμῦ συγκομιζόντων τὺς ἑαυτῶν καρπὺς πρὸς αὐτὸν, ὓς ἐπὶ μισθῦ θέρυς ἐκομίζοντο. ἕκαςος ἐνιαυσίαις σίτου ἀρτάβας δεκαδύο, ὡς τεσσαράκοντα τοὺς παρ' ἡμῖν μοδίους λεγομένους· καὶ ταῦτα εἰς διακονίαν πτωχῶν δι' ἑαυτοῦ χορηγῦντα, ὡς μηδένα πένεσθαι λοιπὸν ἐν τῇ περιχώρῳ. ἀλλὰ καὶ τοῖς εἰς Α'λεξάνδρειαν πτωχοῖς διαπέμπεσθαι. ὐ μὴν ὐδὲ οἱ προῤῥηθέντες πατέρες, κατὰ πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον ἠμέλησάν ποτε ταύτης τ̃ διοικήσεως, ἀλλ' ἐκ τῶν καμάτων τῆς ἀδελφότητ⊙ μεςὰ πλοῖα σίτυ, καὶ ἀμφιάσεως εἰς Α'λεξάνδρειαν τοῖς πτωχοῖς ἀποςέλλυσι, διὰ τὸ σπανίους εἶναι παρ' αὐτοῖς τὺς χρείαν ἔχοντας.

Vita Serapionis Presbyteri.

CAP. LXXVII.

VIdimus vero etiam in partibus Arſenoitae presbyterum quemdam, nomine Serapionem, patrem multorum monaſteriorum, & qui praeeſt multae fraternitati, ut qui ſint decies mille numero; magnamque per fratres exſequitur diſpenſationem, quum omnes ſimul tempore meſſis omnes ſuos fructus ad ipſum adferant, quos pro meſſis mercede acceperunt, unuſquiſque frumenti annuas duodecim artabas, qui ſunt veluti quadraginta, qui apud nos dicuntur modii, & ea ad miniſterium pauperum per ſe diſpenſat, adeo ut deinceps in ea, quae eſt circumcirca regione nullus ſit pauper, ſed etiam mittat ad eos, qui ſunt Alexandriae pauperes; ſed neque praedicti patres per totam AEgyptum umquam neglexerunt hanc adminiſtrationem, ſed ex laboribus fraternitatis, navigia plena frumento, & veſtimentis, pauperibus miſerunt Alexandriam; propterea quod rari eſſent apud ipſos, qui egerent.

Caſſiod. l. 8. cap. 1. Caſſian. lib. 10. ecl. cap. 21.

Περὶ Ποσειδωνίυ.

ΚΕΦ. οή.

ΤΑ κατὰ Ποσειδώνιον τ̃ Θηβαῖον ἄνδρα δοκιμώτατον, κ) καρτερικώτατον, πολλὰ μὲν κ) ἀδιήγητα, πῶς τε ἦν πρᾶος, κ) ὅπως ἀσκητικώτατος, κ) πέσιω

Vita Abbatis Poſidonii.

CAP. LXXVIII.

POſidonii Thebani multa quidem ſunt, eaque narratu difficilia; quemadmodum autem erat mitis, & in ſe exercendo acerrimus, & quan-

quanta fuerit in eo innocentia, nescio an ullum talem convenerim. Vixi enim cum eo anno uno in Bethleem, quando sedit ultra Poemenium, & multas vidi eius virtutes. Atque inter cetera ipse mihi quodam die narravit: Quum habitarem, inquit, in loco Porphyrite, anno uno, toto anno nullum hominem conveni, non audivi sermocinationem, non panem gustavi, nisi si quando paucis uterer dactylis, & sicubi herbas invenirem agrestes. Quo quidem tempore quum mei panes aliquando defecissent, egressus sum e spelunca, ut devenirem in orbem terrae habitabilem; & quum toto die ambulassem, vix aberam a spelunca duo miliaria. Quum ergo circumspexissem, video equitem militis habitum praeseferentem, habentem in capite galeam tiariferam, & quum coniectassem eum esse militem, profectus sum usque ad speluncam; & inveni canistrum uvarum, & ficuum nuper decertarum. Quem quum accepissem, laetus veni ad speluncam, habens duobus mensibus cibos illos ad meam refectionem. Hoc autem miraculum fecit beatus Posidonius in Bethleem. Quaedam mulier gravida habebat spiritum immundum, & in ipso tempore, quo erat paritura, laborabat in partu, ipsam conterente spiritu. Quum ergo a daemone vexaretur mulier, advenit eius maritus, & rogavit sanctum illum, ut adesset, & nobis ingressis ad orandum, quum stetisset, & precatus esset, post secundam genuflexionem eiecit spiritum. Surgens autem dixit nobis, orate: modo enim expellitur immundus spiritus. Oportet autem esse aliquod signum, ut de eo fiamus certiores. Egrediens autem daemon, diruit a fundamento totum aulae parietem. Mulier autem sexennio non fuerat loquuta. Postquam autem egressus est daemon, & peperit, & loquuta est.

πόσην τινὰ ἐν ἑαυτῷ εἶχεν τὴν ἀκακίαν, οὐκ οἶδα εἰ συντετύχηκά τινι πώποτε. συνέζησα γὰρ ἐγὼ τούτῳ ἐπὶ ἔτος ἓν ἐν Βεθλεὲμ, ὁπηνίκα ἐκαθέζετο ἀπέκεινα τοῦ Ποιμενίου 1. καὶ πολλὰς τούτου κατίδον ἀρετὰς, ἐν οἷς μοι ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν αὐτὸς διηγεῖτο. ὅτιπερ εἰς τὸν Πορφυρίτην τόπον οἰκήσας ἔτος ἓν, ἀνθρώπῳ οὐ συντετύχηκα ἐν ὅλῳ τῷ ἔτει, οὐχ ὁμιλίας ἀκήκοα, οὐκ ἄρτου ἡψάμην, ἀλλ' ἢ βραχέσι φοινικίοις διεγινόμην, καὶ εἴπου βοτάνας ηὗρον ἀγρίας· ἐν οἷς ποτε ἐκλειπόντων μου τῶν βρωμάτων, ἐξῆλθον τοῦ σπηλαίου ἐλθεῖν εἰς τὴν οἰκουμένην. καὶ περιπατήσας διὰ πάσης τῆς ἡμέρας, μόλις ἀπέσχον τοῦ σπηλαίου μιλία δύο. περιβλεψάμενος δὲ ὁρῶ ἱππέα στρατιώτου ἔχοντα σχῆμα, τιαροφόρον κράνος ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχοντα. καὶ προσδοκήσας αὐτὸν εἶναι στρατιώτην, ὥρμησα πάλιν ἕως τοῦ σπηλαίου. καὶ εἰσελθὼν, εὗρον κάρταλλον σταφυλῶν. καὶ σύκων νεοτμήτων· ἃ λαβὼν, καὶ περιχαρὴς γενόμενος, εἰσελθὼν ἐν τῷ σπηλαίῳ ἐνῴκησα ἐπὶ μῆνας δύο, ἔχων τὰ βρώματα ἐκεῖνα παραμύθημα. τοῦτο δὲ πεποίηκεν θαῦμα ἐν Βεθλεὲμ ὁ θαυμάσιος Ποσειδώνιος. γυνή τις ἐγκύμων εἶχεν πνεῦμα ἀκάθαρτον. καὶ ἐν αὐτῷ τῷ μέλλειν τίκτειν αὐτὴν ἐδυστόκει, τοῦ πνεύματος αὐτὴν συντρίβοντος. δαιμονιζομένης οὖν τῆς γυναικὸς, ὁ ἀνὴρ ταύτης ἐπέστη, καὶ παρεκάλει τὸν ἅγιον Ποσειδώνιον τοῦ παραγενέσθαι. εἰσελθόντων οὖν ἡμῶν ἅμα εὔξασθαι, στὰς καὶ προσευξάμενος μετὰ δευτέραν γονυκλισίαν ἐξέβαλεν τὸ πνεῦμα. τότε ἀναστὰς λέγει ἡμῖν, εὔξασθε παρακαλῶ ἄρτι. ὡς γὰρ ἐλαύνεται τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα, σημεῖον ἡμῖν ἔχει τί ὑπάρξαι, ἵνα πληροφορηθῶμεν ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει. καὶ εὐθὺς ἐξερχόμενος ὁ δαίμων ἀπὸ θεμελίων ὅλον τὸν τοῖχον τῆς αὐλῆς ἔβαλεν κάτω. ἦν δὲ τοῦτο τὸ γύναιον ἑξαετίαν μὴ λαλῆσαν. μετὰ δὲ τὸ ἐξελθεῖν τὸν δαίμονα, ἔτεκεν τὸ γύναιον, καὶ ἐλάλησε.

De Hieronymo. (a)

CAP. LXXIX.

HVius sancti novi hanc quoque prophetiam: Hieronymus enim quidam presbyter habitabat in illis locis, qui in sermone Romano magna erat virtute ornatus, & praeclaro ingenio; sed tanta fuit eius invidia, ut ab ea obrueretur virtus doctrinae. Quum ergo multis diebus cum eo versatus esset sanctus Posidonius (b), dicit mi-
LXXX. hi in aurem: Ingenua quidem Paula, quae eius curam gerit, praemorietur liberata ab eius invidia. Vt autem arbitror, propter hunc virum

σα αὐτοῦ, προτελευτήσει, ἀπαλλαγεῖσα αὐτοῦ τῆς

ΤΟύτου τοῦ ἀνδρὸς, λέγω δὴ Ποσειδωνίου τοῦ ἀοιδίμου, καὶ προφητείαν ἔγνων ἐγώ. Ἱερώνυμος γάρ τις πρεσβύτερος 2 ᾤκει εἰς τοὺς τόπους ἐκείνους, ἀρετῇ λόγων Ῥωμαϊκῶν πολλῇ κεκοσμημένος, καὶ ἱκανῇ εὐφυΐᾳ. τοσαύτην δὲ ἔσχεν βασκανίαν, ὡς ὑπὸ ταύτης καλύπτεσθαι τῶν λόγων τὴν ἀρετήν. συγχρονίσας οὖν τούτῳ ὁ ἅγιος Ποσειδώνιος ἡμέρας πλείους, λέγει μοι πρὸς τὸ οὖς· ὅτι ἡ μὲν ἐλευθέρα Παῦλα 3, ἡ φροντίζουσα αὐτοῦ, προτελευτήσει, ἀπαλλαγεῖσα αὐτοῦ τῆς βασκανίας, ὡς οἶμαι. χάριν δὲ τούτου τοῦ ἀνδρὸς οὐ μὴ

1 ἐπέκεινα τοῦ Ποιμενίου) Intelligit monasterium Abbatis Poemenis, cuius meminit Ioannes Moscus Lim. cap. CLXVII.

2 Ἱερώνυμος γάρ τις πρεσβύτερος) Loquitur de B. Hieronymo.

3 ἡ μὲν ἐλευθέρα Παῦλα) Haec est illa, cuius Epitaphium scribit B. Hieronymus in Epistola ad Eustochium.

(a) Hieronymo, cui tantum tribuit Cassianus ad extremum libri de Incarnatione, ut eum Catholicorum magistrum nominet; cuius scripta per universum mundum, quasi divinae lampades rutilant; cui etiam tantum concessit D. Augustinus ut dicat: Nemo scivit, quod Hieronymus ignoravit.

(b) Vel Possidonius iste vaticinans adversus S. Hieronymum; fuit impostor, vel Palladius odio in S. Hieronymum (quod est propensius) aperte mentitur, & rabie in eumdem furit: sed haud crede lector impudenti Origenistae, & Pelagiano Palladio, dum maledicentiae frena effundit in sanctissimum virum Angelis venerandum.
Propter Rufinum amicum videtur Palladius fuisse iniquior.

ὐ μὴ ἅγιος ἀνὴρ εἰς τὺς τόπυς οἰκήσαι, ἀλλὰ φθάσαι αὐτῦ ὁ φθόνος ϗ μέχρι τῦ ἰδίυ ἀδελφῦ. ἐν οἷς καὶ συνέβη τὸ πρᾶγμα· καὶ γὰρ ϗ Ο'ξυπερέντιον 1 τὸν μακάριον ἤλασεν ὗτος ἔνθεν τὸν Ι'ταλὸν, ϗ Πέτρον ἄλλον τινὰ Αἰγύπτιον, ϗ Συμεῶνα, θαυμασίυς ἄνδρας, οὓς τέως ἐγὼ ἐπεσημηνάμλυ. ὗτός μοι διηγεῖτο ἐγκρατικώτατος τῆς ἀρετῆς ἀσκητὴς Ποσιδώνιος, ὡς ἄρτυ πεῖραν μὴ ἔχων ἀπὸ τεσσαρακοςῦ ἔτυς· μήτε μὲν μνησικακήσας τινὰ ἕως ἡμέρας ἡμισείας. ταῦτα τὰ ἆθλα ϗ τὰ σημεῖα τῦ γθυναίυ τῦ Χριςῦ ἀθλητοῦ Ποσειδωνίυ, ἃ προμηθεία τ πασῶν τῶν δυνάμεων μείζονος εἰργάσατο ταῦτα. ϗ ἐν τύτοις τὸ ἀοίδιμον τῦ μακαρίυ πέρας τῦ βίυ.

non habitavit vir ſanctus in his locis, ſed eius pervadet invidia vel uſque ad proprium fratrem; resque ita accidit. Etenim beatum Oxyperen- LXXXI.
tium Italum is hinc expulit; & Petrum alium LXXXII.
quemdam AEgyptium; & Symeonem, viros LXXXIII.
admirabiles, quos ego adnotavi. Narravit mihi hic Poſſidonius continentiſſimus, & virtutis obſervantiſſimus, quod quadraginta abhinc annis panem non guſtaſſet, neque acceptae iniuriae ſit recordatus uſque ad diei dimidium. Haec ſunt certamina, & ſigna praeclari Chriſti athletae Poſidonii, quae fecit providentia eius, quae eſt omnium virtutum maxima; & in his eſt inſignis finis vitae huius beati.

Περὶ Σεραπίωνος.

ΚΕΦ. πδ'.

ΣΕραπίων τις ὀνόματι 2 γέγονεν, τῷ γένῃ Αἰγύπτιος, ἐπίκλητος Σινδόνιος. παρεκτὸς γὰρ σινδονίυ ὐδέ ποτε ὐδὲ ἄλλο περιεβάλετο· ὃς πολλὴν ἐξήσκησεν ἀκτημοσύνλυ. διὸ ϗ ἀπαθὴς ἐπελέγετο. εὐγράμματος δὲ ὢν ἀπεςήθιζεν πάσας τὰς θείας γραφάς. ὃς ἀπὸ πολλῆς ἀκτημοσύνης ϗ μελέτης θείων λογίων τῦ πνεύματος ὐδὲ ἠρεμῆσαι ἴσχυσεν ἐν κελλίῳ, ἵν' ἐν ὕλῃ μὴ περισπᾶται. ἀλλ' ἀποςολικὸν ἡδέως μετήει βίον, περιερχόμενος τ οἰκυμένλυ, τ ἄκρας ἀκτημοσύνης κατώρθωσεν ἀρετήν. ὡς παντελῆ ἀπάθειαν τῦτον κεκλῆσθαι. ταύτης γὰρ ἐγεγόνει, ϗ τ ἕξεως. διαφοραὶ γάρ εἰσιν ἕξεων, ὐκ ὐσιῶν. διηγῦντο δὲ οἱ πατέρες, ὅτι λαβών τινα συμπαίκτlυ ἀσκητὴν, πέπρακεν ἑαυτὸν ἔν τινι πόλει μίμοις, Ε'λλησιν ὖσιν, εἴκοσι νομισμάτων. ϗ σφραγισάμενος τὰ νομίσματα, ἐφύλαττεν παρ' ἑαυτῷ. ἐπὶ τοσῦτον δὲ παρέμεινεν, μέχρις ὖ ϗ Χριςιανὺς αὐτὺς ποιήσῃ, ϗ τῦ θεάτρυ αὐτὺς ἀποςήσῃ, παρεκτὸς ἄρτυ, ϗ ὕδατος μηδενὸς ἄλλυ λαμβάνων, μηδὲ ἡσυχάζων τῷ ςόματι ἀπὸ μελέτης θείων γραφῶν. ὗτως δὲ τύτοις ὁ μακάριος παραμείνας τῷ μακρῷ χρόνῳ, πρῶτον κατένυξεν τὸν μῖμον, εἶτα τ μιμάδα, εἶτα τὸν σύμπαντα οἶκον αὐτῶν. ἐλέγετο δὲ ἐν ὅσῳ ἠγνόυν αὐτὸν ἀμφοτέρων νίπτειν τὺς πόδας. ἑκάτεροι ὖν βαπτισθέντες ἀπέςησαν καὶ τῦ θεατρίζειν λοιπὸν, καὶ ἐπὶ τὸν σεμνὸν ϗ θεοφιλῆ ἐλάσαντες βίον σφόδρα ᾐδῦντο τὸν ἄνδρα, ϗ λέγυσιν αὐτῷ, δεῦρο ἀδελφὲ ἐλευθερώσομέν σε λοιπὸν, ἐπειδὴ ἀπὸ αἰσχρᾶς ἡμᾶς δυλείας αὐτὸς ἐλευθέρωσας. τότε λέγει αὐτοῖς ὁ μέγας Σεραπίων· ἐπειδὴ ἐνήργεσεν ὁ Θεός μυ, καὶ ὑμεῖς συνηργήσατε, καὶ ἐσώθη δι' ἐμῦ ἡ ψυχὴ ὑμῶν· λοιπὸν εἴπω ὑμῖν ἅπαν τὸ μυςήριον τοῦ δράματος. ἐγὼ κατοικτειρήσας τὴν ψυχὴν ὑμῶν ἐν πολλῇ πλάνῃ διάγουσαν, ἐλεύθερος ὢν ἀσκητὴς, τῷ γένει Αἰγύπτιος, χάριν τοῦ σωθῆναι ὑμᾶς, πέπρακα ἐμαυτὸν, ἵνα ὑμεῖς ἐλευθερωθῆτε ἀπὸ μεγάλων ἁμαρτιῶν. ἐπειδὴ δὲ τοῦτο πεποίηκεν ὁ Θεὸς διὰ τῆς ἐμῆς ταπεινώσεως, χαίρω. λάβετε οὖν ὑμῶν τὸ χρυσίον, ἵνα καὶ

Vita Serapionis Sindonitae.

CAP. LXXXIV.

FVit alius quidam Serapion Sindonites (nam praeter ſindonem nihil umquam induebat) qui exercuit magnam poſſeſſionum, & facultatum vacuitatem; quam ob cauſam & impaſſibilis vocabatur. Quum eſſet autem peritiſſimus litterarum, memoriter dicebat omnes Scripturas. Et neque ob poſſeſſionum egeſtatem, & ſcripturarum meditationem potuit in cella quieſcere, ne traheretur a terrena materia; ſed apoſtolicam vitam ſectabatur; orbem terrae obiens, exactiſſimam paupertatis virtutem praeſeferebat; ſic ut perfectam impaſſibilitatem iſte ſit adſequutus. Natus enim erat hac natura; ſunt enim naturarum non ſubſtantiarum differentiae. Narrabant itaque patres, quod quum quemdam accepiſſet exercitatorem, qui cum eo luderet, ſe in quadam urbe gentilibus vendidit hiſtrionibus viginti ſolidis, & quum recondidiſſet ſolidos ſub ſigillo, eos apud ſe ſervabat. Tamdiu autem permanſit, & ſerviit mimis, qui eum emerant, donec eos fecit Chriſtianos, & eos avulſit a theatro, praeter panem, & aquam nihil ſumens, neque prae meditatione Scripturarum ore ſilens; longo autem tempore primus compunctus eſt mimus, deinde mima, deinde univerſa eorum familia. Dictum eſt autem, quod quo tempore eum ignorabant, lavabat pedes amborum. Ambo ergo baptizati, a theatro receſſerunt; & quum ad vitam honeſtam, & piam proceſſiſſent, virum valde reverebantur. Ei itaque dicunt: Adeſdum, frater, nos te liberabimus, quandoquidem ipſe nos liberaſti a turpi ſervitute. Dicit ergo eis: Quandoquidem Deus meus eſt operatus, & vos cooperati eſtis, & ſalva facta eſt veſtra anima, reſtat ut vobis dicam myſterium actus. Ego veſtrae animae miſertus, quae in multo errore verſabatur, quum eſſem liber exercitator, genere AEgyptius, ea de cauſa meipſum vendidi, ut vos ſervarem. Quoniam autem hoc fecit Deus, & per meam humilitatem ſalva evaſit anima veſtra,

Caſſian coll. 1. cap 11. & coll. 5.

1 καὶ Ο'ξυπερέντιον) Scrib. καὶ Ε'ξυπεράντιον. Hic enim eſt ille ipſe, ad quem exſtat Epiſtola B. Hieronymi.

2 Σεραπίων τις ὀνόματι) Videndi de eo Sozomenus lib. VI. cap. XXVII. Rufinus de Vitis Patrum cap. XVIII. & Nicephorus lib. XI. cap. XXXIV. Meminit quoque Caſſianus Collat. II. cap. X. & V. cap. I.

stra, accipite aurum vestrum, ut etiam aliis opem feram. Illi autem quum multum rogassent, & adfirmassent, dicendo, te tamquam patrem, & dominum habebimus, solum mane nobiscum, non potuerunt ei persuadere. Tunc dicunt ei: Da tu aurum pauperibus; nam id nobis fuit caussa salutis. Ait illis: Date vos illud, quia vestrum est; ego enim alienas pecunias non do pauperibus. Tum illi cohortantur eum, dicentes: Sed saltem post annum nos invise; & sic ab iis abiit. Is frequentibus peregrinationibus pervenit in Graeciam; & quum tribus diebus moratus esset Athenis, non fuit qui ei panem praeberet. Nam neque aes ferebat, neque peram, non pellem ovillam, non virgam, nihil horum, sed sola sindone amictus erat. Quum autem venisset quartus dies, valde esuriit; nihil enim illo tempore gustaverat. Res est enim gravis fames involuntaria, quae adiutricem habet incredulitatem; & stans super tumulum civitatis, in quo congregabantur, qui erant in dignitate constituti in civitate, coepit vehementer, & cum planctu lamentari, & clamare: Viri Athenienses, ferte opem. Ad quem accurrentes omnes, qui pallium gestabant, & qui byrrum, dicunt ei: Quid habes, undenam es, & quid pateris? Is vero dicit ipsis: Genere quidem sum AEgyptius, monachus professione; ex quo autem absum a vera mea patria, incidi in tres foeneratores. Et duo quidem a me recesserunt ex soluto eis debito; quum non haberent, de quo me accerserent. Vnus autem a me non discedit. Illi ergo studiose quaerentes de foeneratoribus, ut eis satisfacerent, ipsum rogabant: Vbi sunt? Quis est, qui tibi exhibet molestiam? Ostende nobis eum, ut tibi feramus auxilium. Tunc eis dicit: Molestiam mihi exhibuit avaritia, & gula, & fornicatio. Et a duobus quidem sum liberatus, avaritia scilicet, & fornicatione; neque enim aurum habeo, neque aliquid aliud possideo, non fruor deliciis, quae sunt alumnae huius morbi; quocirca nihil mihi exhibent amplius molestiae. A gula autem non possum recedere; iam enim quatuor diebus nihil comedi, & mihi pergit venter molestiam exhibere, quaerens consuetum debitum, sine quo non possum vivere. Tunc quidam philosophi subspicati eum composita quaedam, & ficta narrare, dant ei solidum. Quem acceptum posuit in officina panaria, & accepto pane recessit, statim profectus a civitate, & in eam non reversus amplius. Tunc cognoverunt philosophi eum vere fuisse virtute praeditum; & quum pistori dedissent pretium panis, acceperunt solidum.

Famei gravis.

De quodam Manichaeo.

CAP. LXXXV.

QVum autem venisset in loca Lacedaemonis proxima, audivit, quemdam ex primis civitatis esse Manichaeum simul cum tota domo, alio-

καὶ ἄλλοις ἀπελθὼν βοηθήσω. οἱ δὲ παρεκάλουν αὐτὸν δεόμενοι, καὶ διαβεβαιούμενοι, ὅτι ὡς πατέρα σε ἕξομεν τοῦ λοιποῦ, καὶ δεσπότην τῶν ἡμετέρων ψυχῶν. μόνον μεῖνον μεθ' ἡμῶν. οὐκ ἰσχύσαντες δὲ αὐτὸν πεῖσαι, λέγουσιν αὐτῷ· δός σὺ τὸ χρυσίον πτωχοῖς, ἐπεὶ ἀῤῥαβὼν ἡμῖν ἐγένετο σωτηρίας· λέγει αὐτοῖς· δότε τοῦτο ὑμεῖς, ὑμέτερον γάρ ἐστιν, ἐγὼ γὰρ ἀλλότρια χρήματα οὐ χαρίζομαι πένησιν. ἐπὶ τούτοις παρεκάλουν αὐτὸν, λέγοντες, κἂν διὰ ἐνιαυτοῦ ἡμᾶς ὅρα. οὗτος ὁ ὅσιος δοῦλος Χριστοῦ ταῖς συνεχέσιν ἀποδημίαις κατήντησέν ποτε, καὶ εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ διατρίψας τρεῖς ἡμέρας ἐν Ἀθήναις, οὐκ ἠξιώθη παρά τινος ἄρτου, οὐδὲ κέρμα ἐβάσταζεν· οὐδὲ γὰρ εἶχεν ὁ ἄβιος οὗτος οὐ πήραν, οὐ μηλωτὴν, οὐ ῥάβδον, οὐδ' ὅλως τί τῶν τοιούτων, ἢ μόνον τὸ σινδόνιον, ὃ περιεβέβλητο. τετάρτης οὖν ἐπιλαμβανομένης τούτῳ ἡμέρας, σφόδρα ἐπείνασεν, μηδενὸς ἐν ταύταις γευσάμενος. δεινὴ γάρ ἐστιν ἀκούσιος νηστεία, σύμμαχον ἔχουσα τὴν ἀπιστίαν. καὶ στὰς ἐπί τινος γεωλόφου τῆς πόλεως, ἔνθα οἱ ἐν τέλει τῶν ἐκεῖ ἦσαν συναθροιζόμενοι, ἤρξατο κράζειν καὶ ἀποδύρεσθαι λίαν μετὰ κρότου χειρῶν, λέγων, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, βοηθεῖτε. συνδραμόντες δὲ πάντες ὑφ' ἓν τριβωνοφόροι τε καὶ βυῤῥοφόροι 1, λέγουσιν αὐτῷ, τί ἔχεις ἄνθρωπε; ἢ, πόθεν εἶ, ἢ τί πάσχεις; λέγει αὐτοῖς· ἐγὼ μέν εἰμι τῷ γένει Αἰγύπτιος, μοναχὸς δὲ τῇ πολιτείᾳ. ἀφ' οὗ δὲ τῆς σαρκικῆς μου πατρίδος ἀπέστην, τρισὶ δανεισταῖς περιέπεσα· καὶ οἱ μὲν δύο ὁμοῦ ἀπηλλάγησαν, πληρωθέντος τοῦ χρέους, οὐκ ἔχοντες ὃ ἐγκαλέσωσί με. ὁ δὲ τρίτος μου οὐκ ἀπαλλάττεται, καὶ οὐκ ἔχω ὅθεν τοῦτον πληροφορήσαιμι. φιλοπραγμονοῦντες δὲ ἐκεῖνοι τοὺς δανειστὰς, ἵνα αὐτοὺς πληροφορήσωσιν, ἠρώτων αὐτὸν, λέγοντες· ποῦ εἰσι καὶ τίνες οἱ διοχλοῦντές σε; δεῖξον ἡμῖν αὐτοὺς, ἵνα σοι βοηθήσωμεν. τότε λέγει αὐτοῖς· ὤχλησέν μοι ἐκ νεότητος φιλαργυρία, καὶ πορνεία, καὶ γαστριμαργία· τῶν οὖν δύο ἀπηλλάγην, φιλαργυρίας καὶ πορνείας. οὔτε γὰρ χρυσὸν ἔχω· οὔτε ἄλλό τι κέκτημαι· οὐ τρυφῆς ἀπολαύω, τῆς τροφίμου ταύτης τῆς νόσου. διὸ οὐκέτι με ὀχλοῦσιν. γαστριμαργίας δὲ ἀπαλλαγῆναι οὐ δυνάμαι. τετάρτην γὰρ ἡμέραν ἔχω σήμερον μὴ φαγὼν, καὶ παραμένει μοι ὡς αὐστηρὸς δανειστὴς ἡ γαστὴρ, ἄγχουσα, καὶ ἀπαιτοῦσα τὸ συνήθες χρέος, ὅπερ ἐὰν μὴ ἀποδῷ, ζῆσαι οὐ συγχωρεῖ μοι. τότε τινὲς τῶν φιλοσόφων ἐνόμισαν σκηνὴν εἶναι τὸ πρᾶγμα, ὅμως διδόασιν αὐτῷ νόμισμα ἕν. ὁ δὲ τοῦτο δεξάμενος ἔθηκεν ἐν ἀρτοπωλείῳ, καὶ λαβὼν ἕνα ἄρτον ἀνεχώρησεν παραχρῆμα ὁδεύσας τῆς πόλεως, καὶ μηκέτι εἰς αὐτὴν ὑποστρέψας. τότε ἔγνωσαν οἱ φιλόσοφοι ὅτι ἀληθῶς ἐνάρετον βίον κέκτηται ὁ ἄνθρωπος οὗτος. καὶ δεδωκότες ἐκεῖνοι τοῦ ἄρτου τὸ τίμημα, ἔλαβον τὸ νόμισμα.

Περὶ Μανιχαίου τινός.

ΚΕΦ. πέ.

ἘΛθὼν οὖν ὁ μακάριος ἐκεῖθεν εἰς τοὺς περὶ Λακεδαίμονα τόπους, ἤκουσέν τινα τῶν πρώτων τῆς πόλεως Μανιχαῖον εἶναι τῷ δόγματι, ἅμα

1 τριβωνοφόροι τε καὶ κιῤῥοφόροι) Scrib. τ. τ. καὶ σκιῤῥοφόροι.

ἅμα παντὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, εὐάρεστον ἄνδρα τὰ ἄλλα. οὗτος ὁ ἄριστος τῶν μοναχῶν τούτῳ πάλιν πέπρακεν ἑαυτὸν κατὰ τὸ πρῶτον δρᾶμα, καὶ ἐντὸς δύο ἐτῶν ἀποστήσας αὐτὸν τῆς αἱρέσεως, καὶ τὴν τούτου ἐλευθέραν ἅμα πάσῃ τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ, προσήγαγεν τούτους τῇ ἐκκλησίᾳ. οἵτινες τοῦτον ἠγάπησαν οὐκέτι ὡς οἰκέτην, ἀλλ' ὑπὲρ γνήσιον ἀδελφὸν καὶ πατέρα, ἔχοντες αὐτὸν ἐν μεγάλῃ τιμῇ, καὶ δοξάζοντες μετ' αὐτοῦ τὸν Θεόν. μετ' ὀλίγον πάλιν χρόνον παρακαλέσας πολλὰ τούτους, καὶ ἀναχωρήσας ὁ πνευματικὸς ἀδάμας Σεραπίων, ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς πλοῖον, ἀπεμπολήσας καὶ τούτοις ὁμοίως τοῖς δεσπόταις τὸ τίμημα, μηδ' ὅλως τί ἐπικομιζόμενος, ὡς ὀφείλων ἐπὶ τὴν Ῥώμην πλεῦσαι. οἱ οὖν ναυτικοὶ τοῦτον ἰδόντες ὑπενόουν αὐτὸν ἔχειν δαπάνας, καὶ ἐν τῷ πλοίῳ εἰσενηνοχέναι, ἢ καὶ ἐν χρυσῷ κεκτῆσθαι πολλὰ ἀναλώματα τοῦτον. διὸ καὶ περιέργως αὐτὸν ὑπεδέξαντο, ἄλλος ἄλλον νομίσας εἰληφέναι αὐτοῦ τὰ σκεύη. ἐν τῷ οὖν ἀποπλεῦσαι αὐτοὺς, καὶ γενέσθαι ὡς ἀπὸ σταδίων πεντακοσίων τῆς Ἀλεξανδρείας, λοιπὸν ἤρξαντο οἱ ἐπιβάται περὶ δυσμὰς ἡλίου ἐσθίειν ἕκαστος, τῶν ναυτικῶν προφαγόντων. ἰδόντες δὲ αὐτὸν ὅτι οὐκ ἤσθιεν τὴν πρώτην ἡμέραν, προσεδόκησαν ἀηδίαν τινὰ ἐκ τοῦ πλόος αὐτῷ προσγεγενῆσθαι· ὁμοίως καὶ τὴν δευτέραν· καὶ πάλιν τὴν τρίτην, εἶτα καὶ τὴν τετάρτην. τῇ οὖν πέμπτῃ ἡμέρᾳ πάντων ἐσθιόντων βλέπουσι πάλιν τοῦτον καθεζόμενον ἡσυχῇ· καὶ λέγουσιν αὐτῷ· διά τι οὐκ ἐσθίεις ἄνθρωπε; λέγει αὐτοῖς, ὅτι οὐκ ἔχω. ἀκούσαντες δὲ τοῦτο οἱ ναυτικοί; περιεργάζοντο ἀλλήλους, τίς αὐτοῦ ἄρα ἔλαβεν ἐν τῷ πλοίῳ τὰ ἀναλώματα. ὡς δὲ εὗρον ὅτι οὐδείς (οὐδὲ γὰρ εἶχέν τι) ἤρξαντο αὐτοῦ διαμάχεσθαι λέγοντες, σὺ πῶς εἰσῆλθες ἐνθάδε ἄνευ ἀναλωμάτων; τοσοῦτον δὲ πλεῖν πόθεν ἔχεις οἰκονομηθῆναι; καὶ ἄλλως· ἡμῖν τὸ ναῦλον πόθεν ἔχεις πληρῶσαι; ὁ δὲ μακρόθυμος λέγει αὐτοῖς. ἐγὼ πρᾶγμα οὐκ ἔχω. ἀπενέγκατέ με, καὶ ῥίψατε ὅπου με εὕρετε. οἱ δὲ ναυτικοὶ τούτῳ λέγουσι· χολᾷς τί ποτε, οὔτε εἰ ἑκατὸν ἐδίδως χρύσινα, τοῦτο ἐποιοῦμεν ἡδέως, τοσαύτης ἡμῖν διὰ τοῦ Θεοῦ οὔσης εὐπλοίας. ἐχώμεθα οὖν τοῦ σκοποῦ, τὰ προκείμενα ἡμῖν ἐξανύοντες. οὕτως οὖν ἦν ἐν τῷ πλοίῳ ἀμέριμνος, καὶ οἱ ναυτικοὶ εὑρέθησαν ἕως Ῥώμης τρέφοντες. εἰσελθὼν οὖν ὁ ἀθλητὴς τοῦ Χριστοῦ ἐν Ῥώμῃ περιεργάζετο ἐν αὐτῇ, τίς ἄρα ἐστὶν ἄριστος τῶν ἀσκητῶν μέγας ἢ καὶ ἀσκήτρια ἐν τῇ πόλει.

alioqui virum bonum. Hic optimus monachus huic rursus seipsum vendidit sicut in primo actu. Et quum intra duos annos ipsum abduxisset ab haeresi, & eius uxorem, abduxit in ecclesiam. Tunc eum amantes, non amplius habebant tamquam servum, sed plusquam germanum fratrem, & patrem, & magno honore adficiebant, & cum eo Deum laudabant. Paullo post ubi eos pluribus cohortatus esset, illis relictis, spiritualis hic adamas Serapion, quum heris istis pretium suum persolvisset, seipsum coniecit in navem tamquam Romam navigaturum. Nautae autem coniicientes eum, vel intulisse sumtus, vel in auro habere quod expenderet, nihil aliud percontati eum exceperunt, alius alium existimans accepisse eius utensilia. Quum autem ipsi enavigassent, & abessent quingentis stadiis ab Alexandria, coeperunt vectores vesci circa occasum solis, quum nautae prius comedissent. Viderunt autem eum primo die non comedere, & putaverunt causam esse navigationem. Similiter & secundo, & tertio, & quarto die. Quinto autem die vident ipsum sedentem quietum, dum omnes comederent, & dicunt ei: Homo cur non comedis? Is vero dicit eis; Quoniam non habeo quod edam. Quum ergo inter se quaesivissent, quis eius accepisset utensilia, vel impensas, vidissent autem neminem accepisse, neque enim habebat aliquid, coeperunt cum eo contendere. Quomodo sic ingressus es absque impensis? Quomodo dabis nobis naulum? Quonam autem aleris? Is vero eis dicit: Ego nihil habeo; auferte me, & abiicite ubi invenistis. Illi vero: Cur irasceris? ne si centum quidem aureos nobis dares, lubenter hoc faceremus, quum sit nobis ventus adeo secundus. Scopum ergo urgeamus, peragentes quae sunt nobis proposita. Sic fuit in navi, & eum aluerunt Romam usque. Quum autem Romam venisset, curiose indagavit, quis esset in civitate magnus exercitator, aut exercitatrix.

Serapion ieiunat.

Περὶ Δομνίνου.

ΚΕΦ. πς'.

ΕΝ οἷς Δομνίνῳ τινὶ γενναίῳ ἐν τῇ ἀσκήσει ἀνδρὶ, μαθητῇ Ὠριγένους περιέτυχε, μεγάλῃ ἀσκήσει πεπονημένῳ· περὶ οὗ φήμη διέτρεχε πολλὰ θαύματα πεποιηκέναι. οὗ ἡ κλίνη καὶ μετὰ τὸν θάνατον τούτου ἐλέγετο νόσους ἰᾶσθαι. περιτυχὼν ἐν αὐτῷ, καὶ οἰκοδομηθεὶς παρ' αὐτοῦ (ἀνὴρ γὰρ ἦν τετορνευμένος ἔν τε ἤθει καὶ γνώσει, καὶ λόγῳ, καὶ βίῳ) ἐρωτῶν τε μαθεῖν παρ' αὐτοῦ τίς ἄρα εἴη ἐκεῖ ἄλλος ἀσκητὴς ἢ ἀσκήτρια, ἔγνω παρ' αὐτοῦ περὶ ἡσυχαζούσης τινὸς παρθένου, ὡς εἴη αὐτὴ εἰκοστὸν πέμπτον ἄγουσα ἔτος ἐγκατακεκλεισμένη ἐν κέλλῃ μηδέποτε μηδενὶ συντυγχάνουσα.

Vita Abbatis Donnini.

CAP. LXXXVI.

INter quos incidit in quemdam Domnionem, fortissimum, atque abstinentissimum, Origenis discipulum, quem rumor erat multa miracula edidisse, & cuius lectus curavit aegrotos post mortem. Quum ergo in eum incidisset, & ex eo utilitatem accepisset (erat enim vir & moribus ornatus, & eruditione, & sermone, & vita) & ab eo didicisset quisnam esset illic alius exercitator, aut exercitatrix, cognovit esse quamdam virginem silentium agentem, & quiescentem, quae iam vigintiquinque annis in cella erat inclusa, & cum nemine unquam colloquebatur.

CAP. LXXXVII.

QVum autem eius domum didiciſſet, venit, & dicit vetulae, quae ei inſerviebat; dic virgini me neceſſe habere eam convenire. Anus vero reſponſum reddidit, illam ex multis annis neminem conveniſſe. Tum ait illi: Dic ei, ut conveniam illam; Deus enim me miſit. At illa ne ſic quidem adquievit. Quum autem duos, vel tres dies intermiſiſſet, eam convenit poſtea, & ei dixit: Quid ſedes? Ea vero dicit ipſi: Non ſedeo, ſed ambulo. Is vero dicit: Quo ambulas? Illa vero dicit: Ad Deum. Is autem dicit: Vivis ne, an es mortua? Illa vero ei dicit: Credo in Deum me eſſe mortuam mundo; qui enim carne vivit, non poteſt ad Deum ambulare. Is autem dicit ei: Vt me ergo certiorem reddas, te eſſe mortuam mundo, fac quod facio. Ea illi dicit: Impera mihi, quae poſſunt fieri, & faciam. Is autem dicit ei: Nihil eſt, quod non poſſit mortuus, abſque eo quod non poteſt eſſe impius. Tunc dicit ei: Deſcende, & progredere. Ea vero reſpondit: Iam agitur viceſimus quintus annus, ex quo non ſum progreſſa, & cur progrediar? Ei autem dicit: Vah, nonne, tu dixiſti; mortua ſum huic mundo? Vnde & manifeſtum eſt, & mundum tibi mortuum eſſe. Si hoc quidem verum eſt, & mortuus nihil ſentit; idem eſt tibi progredi, & non progredi. Ergo progredere; illa vero progreſſa eſt, & poſtquam progreſſa fuit uſque ad quamdam eccleſiam, ei dicit in eccleſia; ſi vis ergo me certiorem reddere, quod vere ſis mortua, & non amplius vivis placens hominibus; fac quod facio, & ſciam te eſſe mortuam. Ei itaque dicit: Exſuens ſicut ego omnia veſtimenta, ea impone humeris, & tranſi mediam civitatem, me in hoc habitu praeeunte. Illa vero ei dicit: Hac re minime honeſta multos offendam; & poterunt dicere me eſſe emotae mentis, & daemoniacam? Is autem dicit ei: Et quid tibi eſt curae, ſi dixerint te eſſe emotae mentis, & daemoniacam? tu enim es eis mortua. Mortuo vero non eſt cura, ſi quis ei vel detraxerit, vel eum irriſerit; nihil enim poteſt ſentire. Tunc illa ei dicit: Dic ſi quid aliud velis, neque enim ad hunc uſque modum me veniſſe glorior. Tunc ei dicit Serapion impaſſibilis: Ecce ergo, ne amplius te iactes, & tibi placeas, tamquam omnibus magis pia, & mundo mortua; ego enim ſum te magis mortuus, & re ipſa oſtendo me eſſe mortuum mundo; nam citra ullam animi per-

Περὶ τῆς ἐν Ῥώμῃ παρθένου.

ΚΕΦ. πζ′.

ΜΑθὼν οὖν αὐτῆς ὁ ἀοίδιμος οὗτος τὸν οἶκον, ἀπῆλθεν ἐκεῖ, καὶ λέγει τῇ ὑπηρετουμένῃ αὐτῇ γραΐδι· εἰπὸν τῇ παρθένῳ, ὅτι μονάζων τίς ἀναγκαίως σοι θέλει συντυχεῖν. δεδώκει δὲ αὐτῷ ἀπόκρισιν ἡ γραῦς 1, ὅτι ἐκ πολλῶν ἐτῶν οὐδενὶ συντετύχηκεν. λέγει αὐτῇ, εἰπὼν αὐτῇ, ὅτι ἵνα σοι συντύχω. ὁ Θεὸς γάρ με ἀπέστειλεν πρός σε. ἡ δὲ οὐδὲ οὕτως ἠνέσχετο. παραμείνας δὲ τρεῖς ἡμέρας τῇ εὐτονίᾳ, ὕστερον αὐτῇ συνέτυχεν, καὶ ἰδὼν αὐτήν· λέγει τί καθέζῃ ἐνταῦθα; ἀποκρίνεται αὐτῷ ἐκείνη λέγουσα· οὐ καθέζομαι, ἀλλὰ ὁδεύω. λέγει αὐτῇ ἐκεῖνος, ποῦ ὁδεύεις; λέγει αὐτῷ ἡ παρθένος· πρὸς τὸν Θεόν μου. λέγει αὐτῇ ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ. ζῇς, ἢ ἀπέθανες; λέγει αὐτῷ ἐκείνη· πιστεύω εἰς τὸν Θεόν μου ὅτι ἀπέθανον τῷ κόσμῳ. ζῶν γὰρ τῇ σαρκὶ οὐ μὴ ὁδεύσῃ πρὸς τὸν Θεόν. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ μακάριος Σεραπίων, λέγει αὐτῇ. οὐκ οὖν, ἵνα με πληροφορήσῃς ὅτι ἀπέθανες τῷ κόσμῳ, ποίησον ὃ ἐγὼ ποιῶ· λέγει αὐτῷ ἐκείνη· δυνατά μοι μόνον ἐπίταξον; καὶ ποιῶ. ἀπεκρίνατο αὐτῇ ἐκεῖνος, νεκρῷ δυνατά ἐστι πάντα τῷ κατά σε, παρεκτὸς τοῦ ἀσεβῆσαι. εἶτα λέγει αὐτῇ. κάτελθε καὶ πρόελθε. ἀπεκρίνατο αὐτῷ ἐκείνη· εἰκοστὸν πέμπτον ἔτος ἔχω μηδέποτε προελθοῦσα, καὶ ἵνα τί σήμερον προέλθω; λέγει αὐτῇ ἐκεῖνος· οὐαί, οὐκ εἶπες ὅτι ἐγὼ τῷ κόσμῳ τούτῳ ἀπέθανον; δῆλον πάντως ὅτι καί σοι ὁ κόσμος οὐκ ἐστίν. εἰ οὖν τοῦτο ἐστίν· νεκρὸς οὐδενὸς ἐπαισθάνεται· ταυτόν σοι οὖν ἐστιν καὶ προελθεῖν, καὶ μὴ προελθεῖν. ἀκούσασα δὲ ταῦτα ἡ παρθένος, προῆλθεν· μετὰ δὲ τὸ προελθεῖν αὐτὴν ἔξω, καὶ ἐλθεῖν ἕως ἐκκλησίας τινὸς, ἐλθὼν ὁ μακάριος εὗρεν αὐτὴν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ λέγει αὐτῇ. εἰ ὄντως θέλεις τελείως πληροφορῆσαί με ὅτι ἀπέθανες, καὶ οὐκέτι ζῇς ἀνθρώποις ἀρέσκουσα, ποίησον ὃ ἐγὼ δύναμαι ποιῆσαι; καὶ τότε πληροφορήσεις με ὅτι ἀληθῶς τῷ κόσμῳ τούτῳ ἀπέθανες. καὶ ἡ παρθένος λοιπὸν, τί θέλεις ποιήσω; λέγει αὐτῇ ἐκεῖνος· ἐκδυσαμένη πάντα τὰ ἱμάτιά σου, ὡς ἐγὼ, ἐπὶ τῶν ὤμων σου θὲς, καὶ περίελθε μέσην τὴν πόλιν, ἐμοῦ δυναμένου ἀναισχύντως προλαμβάνειν σε τῷ σχήματι τούτῳ. λέγει αὐτῷ ἐκείνη. ἀλλ᾽ ἐγὼ ἂν τούτῳ ποιήσω σκανδαλίζω πολλοὺς ἐπὶ τῷ ἀσχήμῳ τοῦ πράγματος. καὶ ἔχουσι λέγειν τινὲς, ὅτι ἐξέστη καὶ δαιμονιῶσά ἐστιν. ἀποκρίνεται ὁ μακάριος Σεραπίων, καὶ λέγει αὐτῇ. καί σοι τί μέλλει 2 ἐὰν τοῦτο εἴπωσιν; σὺ γὰρ αὐτοῖς, ὡς λέγεις, ἀπέθανες. νεκρῷ δὲ οὐδέποτε μέλλει εἴ τις τοῦτον λοιδορεῖ ἢ καταγελᾷ. ἀναίσθητος γὰρ τοῖς πᾶσιν ἐστίν. τότε λέγει αὐτῷ ἡ παρθένος ἐκείνη. δέομαί σου, εἴ τι ἄλλο θέλεις ἐν τῇ ἀσκήσει κέλευσον, καὶ ποιῶ. εἰς τοῦτο γὰρ τὸ μέτρον οὐκ ἦλθον ἀκμήν. εὔχομαι δὲ ἐλθεῖν. τότε λέγει αὐτῇ ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ Σεραπίων ὁ ἀπροσπαθής. βλέπε οὖν ἀδελφὴ, μηκέτι μεγαλοφρόνει ἐπὶ σεαυτῇ ὡς πάντων οὖσα ἁγιωτέρα, καὶ καυχωμένη ὡς τῷ κόσμῳ τούτῳ ἀποθανοῦσα. ἔμαθες γὰρ ὅτι ζῇς, καὶ ἀκμὴν ἀνθρώποις ἀρέσκεις. ἐγὼ γάρ σου δύναμαι νεκρότερος εἶναι, ἔργῳ δυνάμενος δεῖξαι ὅτι τῷ κόσμῳ ἀπέθανον, ἀπροσπαθῶς ἔχων τὰ πρὸς αὐτόν. ἀνεπαισχύντως γὰρ δύναμαι καὶ ἀσκανδαλίστως τοῦτο ποιῆσαι ὅπερ ἐπέταξά σοι. ἀπὸ τούτων τῶν λόγων παιδεύσας αὐτὴν ἐν ταπεινοφροσύνῃ, τότε κατέλιπεν ταύτην τελείαν, καὶ κλάσας αὐτῆς τὸ φύσημα τοῦ τύφου, οὕτως αὐτῆς ὁ μακάριος

---

1 δεδώκει δὲ αὐτῷ ἀπόκρισιν ἡνόνις) Scrib. δ. δ. ἀπόκρισιν ἡ νονίς. Vide Gloſſarium noſtrum in hac voce.

2 καί σοι τί μέλλει) Scrib. καί σοι τί μέλει. Et mox iterum: νεκρῷ δὲ οὐδέποτε μέλει.

. κάρι☉ ἀνεχώρησεν. οὗτ☉ ὁ βί☉ Σεραπίων☉ τῦ ἀπαθῦς, ϗ ἀκροτάτυ ἀκτήμον☉. πολλὰ ϑ καὶ μεγάλα καὶ ἄλλα ἃ πεποίηκεν θαυμάσια πράγματα ὁ ἐνάρετ☉ τῦ Χρισῦ σοφιςὴς τὰ συντείνοντα εἰς ἀπάθειαν, ὧ τινα ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα γεγράφαμῳ, τὸ καθαρὸν τῦ βίυ τύτου δηλόσαντες. οὗτ☉ ὁ ἀθάνατ☉ τελδτᾷ ἄγων τ ἡλικίας ἔτ☉ ἑξηκοςὸν ἐν αὐτῇ τῇ ἐρήμῳ ταφεὶς 1.

turbationem, & pudorem hoc facio. Tunc quum eam ad humilitatem instituisset, & eius fregisset adrogantiam, recessit. Sunt autem multa quoque alia magna, & illustria facta istius Christi doctoris, virtute praediti, quae pertinent ad impatibilitatem; quae ex multis pauca selecta perscripsimus, ut ex iis puritas eius vitae patefieret. Is decessit agens annum aetatis sexagesimum, & in locis desertis sepultus est.

De Evagrio celebri Diacono. (a)

CAP. LXXXVIII.

ΤΑ κατὰ Εὐάγριον τὸν ἀοίδιμον διάκονον τῦ Χριςῦ, ἄνδρα βεβιωκότα κατὰ τὺς ἀποςόλυς, ὐ δίκαιον ἡσυχάσαι, ἀλλὰ ταῦτα γραφῇ παραδῦναι ἐν οἰκοδομὴν τῶν ἐντυγχανόντων, καὶ δόξαν τῆς ἀγαθότητ☉ τῦ Σωτῆρ☉ ἡμῶν, δίκαιον ἡγησάμῳ☉, ἄνωθεν ἐκτίθεμαι· πῶς τε ἦλθεν ἐπὶ τὸν μονήρη σκοπὸν, ϗ ὅπως ἀξίως τῦ ἐπαγγέλματ☉ αὐτὸν ἐξασκήσας τελδτᾷ ἐτῶν πεντήκοντα τεσσάρων, ἐν τῇ ἐρήμῳ, κατὰ τὸ γεγραμμένον· τελειωθεὶς ἐν ὀλίγῳ ἐπλήρωσε χρόνυς μακρύς. ἀρεςὴ γὰρ ὄντως γέγονεν ἡ ψυχὴ αὐτῦ τῷ Κυρίῳ. οὗτος τῷ μὴ γένει γέγονε Ποντικὸς, πόλεως Ἰβήρων, υἱὸς πρεσβυτέρυ. ἀναγνώςης προαχθεὶς παρὰ τοῦ ἁγίου Βασιλείυ τοῦ ἐπισκόπου τῆς ἐκκλησίας Καισαρείας τ πρὸς τὸ Ἄργει. μετὰ δὲ τ κοίμησιν τῦ ἁγίυ ἐπισκόπυ Βασιλείυ προσέχων αὐτοῦ τῇ ἐπιτηδειότητι ὁ σοφώτατ☉, ϗ ἀπαθέςατ☉, ϗ πάσῃ παιδείᾳ λάμπων ὁ ἅγι☉ Γρηγόρι☉ ὁ Νυσσαεὺς ἐπίσκοπ☉ ἀδελφὸς τῦ ἐν τιμῇ τῶν ἀποςόλων Βασιλείυ τῦ ἐπισκόπυ, προχειρίζεται τῦτον διάκονον. ἐκεῖθεν ἐλθὼν ὁ ἅγι☉ Γρηγόρι☉ ὁ ἐπίσκοπ☉, ἐν τῇ μεγάλῃ συνόδῳ τῇ κατὰ Κωνςαντινύπολιν, καταλιμπάνει αὐτὸν Νεκταρίῳ τῷ μακαρίῳ ἐπισκόπῳ, διαλεκτικώτατον ὄντα κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων. ἤνθει ὖν ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει, λόγοις νεανιδὅμῳ☉ κατὰ πάσης αἱρέσεως. συνέβη ὖν τῦτον ὑπερβολῇ τρόπων χρηςότητ☉ τιμώμῳον παρὰ πάσης τ πόλεως περιπαγῆναι εἰδώλῳ γυναικικῆς ἐπιθυμίας, ὡς αὐτὸς ἡμῖν διηγεῖτο ὕςερον ἐλδθερωθεὶς τὸ φρονῦν. ἀντεράσθη δὲ τύτυ πάλιν τὸ γύναιον. ἦν δὲ ἓν τῦτο τῶν μεγιςάνων. ὁ δὲ Εὐάγριος ϗ τὸν Θεὸν φοβύμῳ☉, ϗ τὸ ἑαυτῦ συνειδὸς αἰδύμῳ☉, ϗ πρὸ ὀφθαλμῶν τὸ ὄνειδ☉ τ ἀσχημοσύνης θέμῳ☉, ϗ τὸ χαιρέκακον τ αἱρέσεων, ηὔξατο τὸν Θεὸν ἱκετεύσας ἐμποδισθῆναι παρ' αὐτῦ, τῦ προκειμένυ σκόπυ, τ γυναικὸς ἐπικειμένης αὐτῷ συμπράτιαν τῇ ἐπιθυμίᾳ, ϗ λυττώσης τῷ πάθει. θέλων τε αὐτῆς ὑποχωρῆσαι ὐκ ἴσχυεν, δεσμοῖς τῆς θεραπείας αὐτῆς κατεχόμῳ☉. μετ' οὐ πολὺ δὲ τῆς προσδυχῆς αὐτοῦ προκοφάσης πρὸ τῆς τοῦ πράγματος πείρας, ἐπέςη αὐτῷ ἀγγελικὴ ὀπτασία ἐν σχήματι ςρατιώτυ τῦ ἐπάρχυ· ϗ ἁρπάζει αὐτὸν, ϗ ἄγει ὡς ἐν δικαςηρίῳ, ϗ βάλλει αὐτὸν εἰς τ

DE Evagrio claro Christi diacono, qui vixit instar apostolorum, non est aequum tacere, sed ea litteris mandare ad aedificationem eorum, qui sunt lecturi, & ad bonitatis Servatoris nostri gloriam, aequum arbitratus, ab alto expono, & quemadmodum venerit ad institutum monasticum, & quomodo quum se digne exercuisset, moritur quinquaginta quatuor annos natus, in solitudine. Qui, ut scriptum est: In brevi consummatus, implevit longa tempora. Fuit enim re vera eius anima grata Domino. Is genere quidem fuit Ponticus, civitatis Iberorum, filius Presbyteri, lector promotus a sancto Basilio Episcopo Ecclesiae Caesareae ad Argeum. Post decessum autem sancti Basilii Episcopi, attendens eius aptitudinem, sapientissimus, & a perturbationibus animi alienus, & omni doctrina clarus Gregorius Episcopus Nyssenus, frater Episcopi, cui datur honor inter apostolos, eum ordinat diaconum. Illinc quum venisset sanctus Gregorius Episcopus in magnam synodum Constantinopolitanam, relinquit eum beato Nectario Episcopo, quum esset omnium disserendi artis peritissimus. Floruit ergo in magna civitate, in disputationibus, iuveniliter exsultans adversus omnem haeresim. Accidit autem ut is, qui propter morum insignem bonitatem honorabatur a tota civitate, configeretur a simulacro muliebris concupiscentiae, ut ipse nobis narravit postea quum esset mens eius libera. Eum autem vicissim amavit muliercula; erat autem ea una ex primis. Evagrius autem, & Deum timens, & suam veritus conscientiam, & habens ante oculos dedecus turpitudinis, & quam haereses de alienis malis concipiunt laetitiam, Deum supplex rogavit, ut ab ipso impediretur scopus, quem sibi proposuerat mulier, quae eum urgebat cupiditate, & eius insano tenebatur desiderio. Quumque vellet ab ea recedere, non poterat, ut qui eius obsequii blandis detineretur vinculis. Haud multo post autem eam, quae praecessit orationem, antequam rem esset expertus, adstitit ei visio angelica praeseferens speciem militum praefecti, quae eum rapit, & ducit tamquam in iudicium, & coniicit eum in

Socr. lib. 4. hist. cap. 18. Sozom. l. 6. cap. 30. Niceph. lib. 11. cap. 42.

1 ἐν αὐτῇ τῇ ἐρήμῳ ταφεὶς) Scrib. ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ. Nam haec Romae acciderunt, ut patet ex antecedentibus.

(a) Dignum patella operculum Palladius Origenista celebrat suum praeceptorem Evagrium haereticum, pariter Origenistam, ab Ecclesia saepius condemnatum. Sed qualis fuerit Evagrius habes in nota nostra ad librum Evagrii tomo v. bibliothecae Patrum, ut hinc cernas, haeretico de haeretico, & eiusdem haeresis mysteria prodenti, quaenam sit deferenda fides.

in eam, quae dicitur custodiam, collari ferreo eius collo iniecto, & catena ferrea adligatis manibus, iis videlicet, qui ad ipsum venerant, ei causam minime dicentibus. Ipse autem, qui pungebatur conscientia, existimabat, se ea subire eius gratia, arbitrans maritum mulieris de hac re iudicem convenisse. Animi itaque admodum anxius constitit Evagrius, dum de alia causa ageretur, & de aliis propter tale crimen haberetur quaestio. Post magnum ergo illum metum, & summum animi angorem, angelus, qui ab initio praebuerat visionem, ita transformatur, ut videretur adesse germanus, & sincerus amicus Evagrii, valde obstupefactus, & tristitia adfectus ob tantam vinculorum infamiam; & dicens ei vincto inter catenas quadraginta reorum; cur cum tanta ignominia detineris cum reis, domine diacone? Ille ei dicit: Re vera quidem nescio; subspicor autem N. qui est ex praefectis, me detulisse, motum zelotypia citra ullam rationem; & vereor ne magistratus fuerit ab eo corruptus pecunia, & ne maximo adficiar supplicio. Dicit ei is, qui amici figuram susceperat: Si audias amicum, tibi consulo; non tibi expedit degere in hac civitate; dicit ei Evagrius: Si Deus me liberaverit ab hac calamitate, & me videris Constantinopolis, scias me iure subire hoc supplicium, & esse dignum alio maiore. Dicit ei amicus: Si ita habet, fero ad te sanctum evangelium, iura mihi in eo, quod recedes ab hac civitate, & tuae animae curam geres; & te liberabo ab hac necessitate. Evagrius autem: Rogo te, inquit, iurabo, ut volueris; me solummodo libera ab hac nube tenebrosa. Interim autem ei adfert sanctum evangelium, & exigit iusiurandum. Evagrius autem ei iurat per evangelium; verbis sic conceptis; Non manebo hic praeter unum diem, idque ut meas vestes in navem immittam. Quum autem processisset iusiurandum, ad se rediit ab ecstasi, quae ei noctu evenerat. Quumque surrexisset, cogitavit; etsi mihi fuit datum iusiurandum in ecstasi, iuravi tamen. Omnibus ergo, quae habebat in navem coniectis, venit Ierosolyma, & illic excipitur a beata Melania Romana. Rursus quum diabolus eius cor tamquam Pharaonis indurasset, utpote adolescentis, & aetate luxuriantis, eum rursus incessit dubitatio, & animi fuit ancipitis, quum tamen nemini quidquam dixisset. Quo factum est, ut & vestes rursus mutaret, & in differendo ei veternum adferret vana gloria. Sed Deus, qui impedit omnium nostrum interitum, ei rursus attulit calamitatem, rursus in febrem coniiciens; & deinde in longum morbum tempore semestri eius carnem macerans, quae ei adferebat impedimentum ad virtutem, medicis dubitantibus, & non invenientibus modum curationis. Dicit ergo ei beata Melania: Non placet mihi, fili, morbus tuus diuturnus; dic ergo mihi, quae habes in animo? non est enim verus hic tuus morbus. Confessus est ergo ei rem, quae sibi evenerat Constantinopoli. Dicit ei beata: Promitte mihi, teste Domino, te vitae monasticae scopum esse sequuturum; & ego licet peccatrix, orabo Deum,

ut

εἰς τὴν λεγομένην κουστωδίαν κλοιοὺς σιδηροῦς κατ' αὐχένα βαλὼν, καὶ ἁλύσει σιδηρᾷ καταδησάντων τὰς χεῖρας, τῶν ἐπ' αὐτὸν δῆθεν ἐλθόντων, τὴν αἰτίαν αὐτῷ οὐ λεγόντων· αὐτὸς δὲ τῇ συνειδήσει κεντούμενος ἐνόμιζε ταῦτα χάριν τῆς προφάσεως ἐκείνης ὑφίστασθαι, προσδοκήσας τὸν τῆς γυναικὸς ἄνδρα ἐντετυχηκέναι περὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης τῷ δικαστῇ. ἐν δὲ τῷ ἑστάναι αὐτὸν λίαν ἀγωνιῶντα, ἄλλης δίκης δῆθεν πραττομένης, καὶ βασανιζομένων ἑτέρων ἐπὶ τοιούτῳ ἐγκλήματι, ἔμενεν ὁ Εὐάγριος σφόδρα ἀγωνιῶν. μετὰ δὲ τὸν πολὺν φόβον ἐκεῖνον καὶ τὴν ἄμετρον ἀγωνίαν μετασχηματίζεται ὁ ἄγγελος ὁ τὸν πολὺν αὐτῷ φόβον ἐν τῇ ὀπτασίᾳ παρασχὼν, εἰς παρουσίαν γνησίου φίλου πρὸς ἐπίσκεψιν ἥκοντος πρὸς αὐτόν. ὃς καὶ σφόδρα δῆθεν ἐκπλαγεὶς, καὶ γενόμενος κατηφὴς τῇ τοσαύτῃ ἀτιμίᾳ τῶν δεσμῶν τοῦ γνησίου φίλου, λέγει αὐτῷ δεδεμένῳ μεταξὺ σειρᾶς τεσσαράκοντα καταδίκων, τί οὕτως ἀτίμως μετὰ τῶν καταδίκων κατέχῃ κύριε διάκονε; λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος. μετὰ μὲν ἀλήθειαν οὐκ ἐπίσταμαι. ὑπόνοια δέ με ἔχει ὅτι ὁ δεῖνα ὁ ἀπὸ ἐπάρχων ἐνέτυχε κατ' ἐμοῦ ἀλόγῳ ζηλοτυπίᾳ πληγεὶς, καὶ δέδοικα μήποτε ὁ ἄρχων χρήμασιν ὑπ' αὐτοῦ διαφθαρῇ, καὶ τιμωρίᾳ με περιβάλῃ μεγίστῃ. λέγει αὐτῷ ὁ φίλος τὸ σχήματι· εἰ ἀκούεις τοῦ φίλου σου; συμβουλεύσω σοι· οὐ συμφέρει σοι ἐν τῇ πόλει ταύτῃ διάγειν. λέγει αὐτῷ ὁ Εὐάγριος· ἐὰν ὁ Θεός με ταύτης τῆς συμφορᾶς ἀπαλλάξῃ, καὶ ἴδῃς με ἐν Κωνσταντινουπόλει, γνῶθι ὅτι εὐλόγως ὑφίσταμαι ταύτην τὴν τιμωρίαν, καὶ ἑτέρας μείζονος ἄξιος ὤν. λέγει αὐτῷ ὁ φίλος· εἰ οὕτως ἔχει, φέρω τὸ εὐαγγέλιον· καὶ ὄμοσόν μοι ἐν αὐτῷ ὅτι ἀναχωρεῖς τῆς πόλεως ταύτης, καὶ φροντίζῃς σου τῆς ψυχῆς, καὶ ἀπαλλάσσω σε ἐγὼ ταύτης τῆς ἀνάγκης. ὁ δὲ Εὐάγριος, δέομαί σου, ὄμνυμί σοι ὡς θέλεις, μόνον με ἀπάλλαξον τούτου τοῦ σκοτεινοῦ νέφους· καὶ ἐν τούτοις κομίζει αὐτῷ τὸ εὐαγγέλιον, καὶ ἀπαιτεῖ τὸν ὅρκον. ὁ δὲ Εὐάγριος ὄμνυσιν αὐτῷ κατὰ τοῦ εὐαγγελίου ὅτι παρεκτὸς μιᾶς ἡμέρας οὐ μὴ μείνω ἐνθάδε, καὶ ταύτης, ἵνα φθάσω ἐμβαλεῖν μου τὰ ἱμάτια ἐν τῷ πλοίῳ. τοῦ ὅρκου οὖν προχωρήσαντος, ἐναγώνιος ὢν ἐπανῆλθεν ἀπὸ τῆς ἐκστάσεως τῆς γενομένης αὐτῷ ἐν τῇ νυκτί. καὶ ἀναστὰς ἐλογίσατο ὅτι εἰ καὶ ἐκστάσει γέγονεν ὁ ὅρκος, ἀλλ' ὅμως ὤμοσα. βαλὼν οὖν πάντα ἃ εἶχεν, εἰς πλοῖον ἔρχεται εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἐκεῖ δεξιοῦται παρὰ τῆς μακαρίας Μελάνης τῆς Ῥωμαίας. πάλιν τοῦ διαβόλου σκληρύναντος αὐτοῦ τὴν καρδίαν, καθάπερ τοῦ Φαραὼ, ὡς νέῳ καὶ σφριγῶντι τὴν ἡλικίαν, γέγονε πάλιν ἐνδοιασμὸς, καὶ ἐδυσψύχησε μηδενὶ μηδὲν εἰρηκώς· κἀκεῖσε πάλιν ἐξαλλάσσων τοῖς ἱματίοις, καὶ ἐν τῇ διαλέκτῳ καρούμενος ὑπὸ τῆς κενοδοξίας. ἀλλ' ὁ ἐμποδιστὴς τῆς πάντων ἡμῶν ἀπωλείας Θεὸς, ἐνέβαλεν αὐτὸν καὶ ἐνταῦθα εἰς ἑτέραν περίστασιν, ἐπιβαλὼν αὐτῷ πυρετόν, κἀκεῖθεν εἰς νόσον μακρὰν ἐν ἑξαμηνιαίῳ χρόνῳ ταριχεύσας αὐτοῦ τὸ σαρκίον, δι' οὗ ἐνεποδίζετο εἰς ἀρετήν. τῶν οὖν ἰατρῶν ἀπορούντων, καὶ τρόπον θεραπείας μὴ εὑρισκόντων λέγει, ἡ μακαρία Μελάνιον· οὐκ ἀρέσκει μοι υἱὲ ἡ σὴ μακρονοσία· εἰπὲ οὖν μοι τὰ ἐν τῇ διανοίᾳ σου, οὐκ ἔστι γὰρ ἀληθείᾳ αὕτη ἡ νόσος. ὡμολόγησεν οὖν αὐτῇ τὸ κατὰ Κωνσταντινούπολιν αὐτῷ συμβάν. λέγει αὐτῷ ἡ μακαρῖτις· δός μοι λόγον ἐπὶ Κυρίου ὅτι ἔχῃ τοῦ σκοποῦ τούτου εἰς τὸν μονήρη βίον, καὶ, εἰ καὶ ἁμαρτωλός εἰμι, προσεύξομαι πρὸς τὸν Κύριον

ἵνα

ἵνα σοι δοθῇ καιρὸς κομιάτου, καὶ προθεσμία ζωῆς. ὁ δὲ συνέθετο. εὐξαμένης δὲ αὐτῆς, ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν ὑγίανεν. καὶ ἀναστὰς, παρ' αὐτῆς ἐκείνης μετημφιάσθη, καὶ ἐξέρχεται ἐκδημήσας εἰς τὸ ὄρος τῆς Νιτρίας τὸ ἐν Αἰγύπτῳ, ἐν ᾧ οἰκήσας δεύτερον ἔτος, τῷ τρίτῳ εἰσβάλλει εἰς τὴν ἔρημον. ζήσας οὖν δεκατέσσαρα ἔτη ἐν τοῖς λεγομένοις κελλίοις, ἤσθιε μὲν ἄρτου λίτραν τὴν ἡμέραν· ἐν τριμηνιαίῳ δὲ χρόνῳ ξέστην ἐλαίου· ἀνὴρ ἀπὸ ἁβροδιαίτου καὶ τρυφηλοῦ βίου, καὶ ὑγροτάτου ἡγμένος. ἐποίει δὲ εὐχὰς ἑκατόν· γράφων τοῦ ἔτους τὴν τιμὴν μόνον ὧν ἤσθιεν. εὐφυῶς γὰρ ἔγραφεν τὸν ὀξύρυγχον χαρακτῆρα. ἐντὸς οὖν πεντεκαίδεκα ἐτῶν καθαρεύσας τὸν νοῦν, κατηξιώθη χαρίσματος γνώσεως, καὶ σοφίας καὶ διακρίσεως πνευμάτων. συντάττει οὖν οὗτος τρία βιβλία· ἱερὰ, μοναχὸν, ἀντιῤῥητικὸν, οὕτω καλούμενα· τὰς πρὸς τοὺς δαίμονας ὑποθέμενος τέχνας. τούτῳ ὤχλησέ ποτε εἰς βάρος ὁ τῆς πορνείας δαίμων, ὡς αὐτὸς ἡμῖν διηγεῖτο, καὶ διὰ πάσης νυκτὸς γυμνὸς ἔστη ἐν τῷ φρέατι, χειμῶνος ὄντος, ὡς παγῆναι αὐτοῦ τὰς σάρκας. ἄλλοτε πάλιν ὤχλησεν αὐτῷ πνεῦμα βλασφημίας, καὶ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέραις ὑπὸ στέγην οὐκ εἰσῆλθεν, ὡς καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ καθάπερ τῶν ἀγρίων ζώων, κρότωνας ἐκβράσαι. τούτῳ τρεῖς ἐπέστησαν ἐν ἡμέρᾳ δαίμονες, ἐν σχήματι κληρικῶν, περὶ πίστεως συζητοῦντες αὐτῷ· καὶ ὁ μὲν ἔλεγεν ἑαυτὸν Ἀρειανὸν, ὁ δὲ Εὐνομιανὸν, ὁ δὲ Ἀπολλιναριστήν. καὶ τούτων περιεγένετο διὰ βραχέων τῇ πνευματικῇ σοφίᾳ. πάλιν μιᾶς τῶν ἡμερῶν τῆς κλειδὸς ἀπολομένης τῆς ἐκκλησίας, σφραγίσας τὸ πρόσωπον τοῦ κλωστρίου, καὶ τῇ χειρὶ ὤσας, ἤνοιξεν, ἐπικαλεσάμενος τὸν Χριστόν. τοσαῦτα ἐμαστιγώθη οὗτος ὑπὸ δαιμόνων καὶ τοσοῦτον ἔλαβε πεῖραν δαιμόνων ποικίλων ὡς μὴ ῥᾳδίως τούτους ἀριθμηθῆναι. ἑνὶ δὲ τῶν ἑαυτοῦ μαθητῶν τὰ μετὰ δέκα ὀκτὼ ἔτη συμβησόμενα τούτῳ προεῖπε πάντα, κατ' εἶδος προφητεύσας αὐτῷ. ἔλεγεν δὲ ὁ μακάριος οὗτος. ὅτι ἀφ' οὗ κατέλαβον τὴν ἔρημον, οὐ θριδακίου ἡψάμην, οὐ λεπτολαχάνου, οὐ χλωροῦ τινος, οὐκ ὀπώρας, οὐ σταφυλῆς, οὐ λουτροῦ, οὐ κρεῶν, οὐκ ἄρτου, οὐκ οἴνου, οὐδ' ὅλως τινὸς τῶν διὰ πυρὸς διερχομένων, πλὴν ῥητῶν λαχάνων ὠμῶν, καὶ ἐμμέτρου ὕδατος. εἰς ὕστερον δὲ τῷ ἑκκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς πολιτείας, τῆς ἄνευ πυρὸς ἐψήματος, λοιπὸν χρείαν ἐχούσης αὐτοῦ τῆς σαρκὸς διὰ τὴν ἀσθένειαν, καὶ τὴν τοῦ στομάχου ἀνωμαλίαν, τοῦ μεταλαμβάνειν διὰ πυρὸς, ἄρτου μὲν ἥψατο, οὐκέτι δὲ λαχάνων μετελάμβανεν ἐψημένων· ἀλλ' ἢ πτισάνης ἢ ὀσπρίων ἐπὶ δύο ἔτη. ἐν τούτοις τελευτᾷ τὸ σῶμα ὁ μακάριος, τὴν ψυχὴν ζωοποιήσας τῷ ἁγίῳ πνεύματι· κοινωνήσας τῇ ἑορτῇ τῶν ἐπιφανίων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. ἀφηγεῖτο οὖν ἡμῖν ὁ γενναῖος τοῦ Χριστοῦ ἀθλητὴς περὶ τὸν θάνατον, ὅτι τρίτον ἔτος ἔχω ἀφ' οὗ οὐκέτι ὠχλήθην ὑπὸ ἐπιθυμίας σαρκικῆς. εἰ μετὰ τοσοῦτον ἀρετῆς βίον, καὶ ἀσκήσεως πόνον ἄμετρον, καὶ κόπον ἀκαμπέστατον, καὶ προσευχὴν νήφουσαν ἀδιάλειπτον, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ὁ μισόκαλος καὶ διεφθαρμένος δαίμων τούτῳ τῷ ὁσίῳ ἐπέθετο, τί τοίνυν πάσχειν τοὺς ῥαθυμοτέρους οἰόμεθα ὑπὸ τοῦ μυσαροῦ δαίμονος, ἢ ὑπὸ τῆς

ut detur tibi tempus commeatus, & vitae terminus. Is autem est adsensus. Quum ea autem orasset, intra paucos dies convaluit; quumque is surrexisset, ab illa ipsa est amictu monastico indutus; & peregre proficiscitur in montem Nitriae, qui est in AEgypto. In quo quum habitasset biennio, tertio ingreditur solitudinem. Quum itaque vixisset quatuordecim annis in iis, quae dicuntur cellis, comedebat quidem panis libram in die; trimestri autem tempore olei sextarium; vir, qui in molli, delicata, & lauta vita fuerat educatus. Faciebat autem centum orationes; scribens annuatim pretium solum eorum, quae comedebat: eleganter enim scribebat celerem characterem. Quum ergo intra quindecim annorum spatium mentem expiasset, dignus est habitus dono cognitionis, & sapientiae, & discretionis spirituum. Is composuit tres sacros libros monachorum, qui dicuntur Ἀντιῤῥητικὰ, hoc est, Contradictoria, suppeditans artes, quibus sit utendum adversus daemones. Ei aliquando gravem exhibuit molestiam daemon fornicationis, ut ipse nobis narravit, & tota nocte stetit in puteo quum esset hyems, adeo ut eius carnes concrescerent. Aliquando autem rursus ei molestiam exhibuit spiritus blasphemiae; & quadraginta diebus non est tectum ingressus, ut ipse nobis narravit, adeo ut corpus eius, non secus, ac corpus ferarum animantium scateret muscis. Ei tres adparuerunt daemones in habitu clericorum, de fide cum eo inquirentes. Et unus quidem dicebat, se esse Arrianum, alter vero Eunomianum, tertius autem Apollinaristam; & eos paucis superavit spiritu sapientiae. Rursus quum quodam die periisset clavis ecclesiae, serra cruce signata, manu trudens eam aperuit, Christo invocato. Is a daemonibus adeo fuit flagellatus, & variorum daemonum tantam fecit experientiam, ut ii non possint facile enumerari. Vni ex discipulis suis, quae post decem, & octo annos erant eventura ei, dixit, omnia ei praedicens in specie. Dicebat autem hic beatus: Ex quo veni in solitudinem, non tetigi lactucam, non minutum olus, non aliquid viride, non fructum, non uvam, non lavacrum, non carnem, non panem, non vinum, neque omnino aliquid ex iis, quae per ignem transeunt, praeter quaedam olera cruda, & modicum aquae. Postea autem sextodecimo anno instituti vitae suae actae absque decoctione ignis, quum caro, propter imbecillitatem corporis, & stomachi, opus haberet, ut aliquid sumeret, quod per ignem transiisset, panem quidem tetigit, nequaquam autem sumsit cocta olera, sed vel ptisanam, vel legumina, duos annos. In his corpus consumebat hic beatus, vivificans animam sancto spiritu, in epiphaniis in ecclesia communicans. Nobis autem narrabat hic generosus Christi athleta circa tempus mortis; iam sunt tres anni, ex quo non sum amplius vexatus a cupiditate carnis. Si autem post vitam ita ex virtute actam, & immensum laborem exercitationis, eumque, vel maxime inflexibilem, & sobriam perpetuo orationem, hunc immortalem adeo invasit bonis infestus, & exitiosus daemon; quid ab exsecrabili daemone pati

Niceph. lib. 11 cap. 42 Cassiod. l. 8. cap. 1.

pati putamus eos, qui sunt socordiores, propter suam negligentiam? Huic sancto significata est aliquando mors patris sui, & dicit ei, qui renuntiavit: desine blasphemare; meus enim pater est immortalis; Deum autem dicebat. Hucusque est autem exactissimum, & perfectissimum vitae institutum insignis Evagrii.

ſtae; & quum pro eo oraſſet uſque ad horam nonam ab hora tertia, ſanum reddidit adoleſcentem matri, & eodem die & paralyſim expulit, & daemonem. Erat autem talis eius paralyſis, ut ſpuens puer tergum ſuum conſpueret, ita erat inverſus. Aliud rurſus fuit eius ſignum; quaedam anus, quae oves paſcebat in locis Lazario vicinis, & ovem amiſerat, acceſſit ad eum flens; quam ſequutus dicit ei; Oſtende mihi locum ubi amiſeris, Ea vero ducit eum ad loca, quae ſunt circa Lazarium, Stans ergo oravit, Qui ſuffurati autem erant adoleſcentes, ipſam prius occiderant. Dum ergo ipſe oraret, nemine confitente, carne occultata in vinea, alicunde veniens corvus ſtetit ſupra furtum, & fruſtum ex illo rapuit, & rurſus evolavit. Quum beatus autem animadvertiſſet, vidit mactatam victimam. Et ſic iuvenes ad pedes eius accedentes confeſſi ſunt ſe occidiſſe; & iuſtum pretium fuit ab eis exactum, atque ita caſtigati ſunt, ut ne quid tale amplius auderent.

στου, καὶ ἐπευξάμενος αὐτῷ ἀπὸ τρίτης ὥρας μέχρις ἐννάτης, ὑγιῆ ἀπέδωκεν τὸν νεανίσκον τῇ αὐτῇ μητρί· καὶ τὸν δαίμονα ἐξελάσας ἀπ' αὐτοῦ, καὶ τὴν πάρεσιν ἰασάμενος 1. τοιαύτη δὴ ἦν ἡ πάρεσις 2, ὡς πτύοντα τὸν παῖδα ἐπὶ τῶν νῶτον ἑαυτοῦ πτύειν. οὕτως ἦν ἐκστραφείς· καὶ ὁ οὕτως ἐλεεινὸς τῇ εὐχῇ τοῦ δικαίου παραχρῆμα ἰάθη. εἰς τοὺς περὶ τὸ Λαζάριον τόπους νέμουσα πρόβατα γραῦς ἀπώλεσεν ἓν, νεωτέρων τῶν κατὰ τὸν τόπον τοῦτο κλεψάντων, κλαίουσα οὖν ἡ γραῦς προσῆλθεν τούτῳ τῷ ἐνθέῳ ἀνδρί. ὁ δὲ λέγει αὐτῇ· δεῖξόν μοι τὸν τόπον ἔνθα τοῦτο ἀπώλεσας ἀπιούσης οὖν αὐτῆς ἐπὶ τὸ Λαζάριον, ἠκολούθει ὁ μέγας, καὶ γενόμενος κατὰ τὸν τόπον, στὰς προσηύξατο, οἱ οὖν κλέψαντες τοῦτο πρόβατον, ἔσφαξαν, καὶ τὰ κρέα ἐν τῇ ἀμπέλῳ κατέκρυψαν. ἐν τῷ οὖν τὸν ὅσιον ἄνδρα προσεύχεσθαι μηδενὸς τῶν αἰτίων ὁμολογούντων, τῆς χάριτος ἐνεργούσης, κόραξ ποθὲν ἐλθὼν, καὶ ἐπιστὰς τῇ κλοπῇ, λαβὼν κοπάδιον ἀπ' αὐτοῦ πάλιν ἀπέπτη, προσεσχηκὼς οὖν τοῦτο ὁ μακάριος οὗτος, μικρὸν προελθὼν εὗρεν τὸ θῦμα· καὶ τοὺς κλέψαντας τοῦτο, εἶθ' οὕτως προσπεσόντες αὐτῷ οἱ κλέψαντες τοῦτο νεώτεροι, καὶ τὴν αἰτίαν ὁμολογήσαντες, ἀπῃτήθησαν τὸ ἄξιον τίμημα, καὶ οὕτως ἐσωφρονίσθησαν, τοῦ μηκέτι τὰ τοιαῦτα τολμᾷν.

Vita Abbatis Adolii.

CAP. CIV.

RVrſus novi Ieroſolymis quemdam nomine Adolium, genere Tarſenſem, qui quum veniſſet Ieroſolyma, ingreſſus eſt viam minime tritam; non quam multi ingreſſi ſunt, ſed ſelecto ſibi quodam novo vitae inſtituto. Se enim ſuper hominem exercuit; ut etiam ipſi pravi daemones horrentes eius auſteritatem, ne ad eum quidem auderent accedere. Propter ſummam autem exercitationem, & vigiliam, exiſtimatus eſt eſſe ſpectrum. In quadrageſima enim comedebat poſt quinque dies; toto autem alio tempore, uno die interiecto. Hoc autem fuit eius virtutis magnum facinus. A veſpera uſque ad illud tempus, quo congregabatur fraternitas in oratoriis, in oliveto, in colle adſumtionis, unde adſcendit Ieſus, perpetuo ſtabat pſallens, & orans, & ieiunabat; & ſive ningebat, ſive pluebat, ſive grandinabat, manebat immobilis. Impleto autem tempore conſueto, excitatorio malleo pulſabat cellas omnium, eos congregans ad oratoria, & in unaquaque cella una cum eis pſallens unam, aut duas antiphonas, & una cum eis orans; & ſic die adpropinquante ibat in cellulam; & re vera fratribus eum exſuentibus, & veſtes exprimentibus, perinde quaſi lotae fuiſſent, ita diſtillantes, eum aliis induebant. Et quum quie-

Περὶ Ἀδολίου.

ΚΕΦ. ρδ'.

ΕΓνων πάλιν τινὰ εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, ὀνόματι Ἀδόλιον, Ταρσέα τὸ γένος. οὗτος παραγενόμενος ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις λίαν τὴν ἄτριπτον τῆς ἀρετῆς ὥδευσεν ὁδόν· οὐχ ἣν ἡμεῖς οἱ πολλοὶ ὡδεύσαμεν, ἀλλὰ ξένην τινὰ καὶ καινὴν ἑαυτῷ ἀνατεμὼν ὑπὲρ ἄνθρωπον πολιτείαν ἤσκησεν ἐν αὐτῇ· ὡς καὶ αὐτοὺς τοὺς δαίμονας πονηροὺς φρίξαντας αὐτοῦ τὸ αὐστηρὸν τῆς ἀρίστης πολιτείας μὴ τολμᾷν αὐτῷ προσεγγίσαι. δι' ὑπερβολὴν γὰρ ἐγκρατείας καὶ ἀγρυπνίας φάντασμα εἶναι ὑπενοήθη. ἐν μὲν γὰρ πάσῃ τῇ τεσσαρακοστῇ ἤσθιεν διὰ πέντε, καὶ τοῦτο ἐν μέτρῳ. τὸν δὲ ἄλλον χρόνον ἤσθιεν τρίτον. τὸ δὲ μέγα καὶ παράδοξον τοῦτο ἦν αὐτοῦ τῆς ἀρετῆς· οὗτος τρεφόμενος ἀφ' ἑσπέρας μέχρις ὅτε τῇ ἑωθινῇ ὥρᾳ πάλιν ἡ ἀδελφότης ἐν τοῖς εὐκτηρίοις συνήγετο. οὗτος ὁ ἀθλητὴς ἑστὼς ἐν τῷ ἐλαιῶνι εἰς τὸν τῆς ἀναλήψεως βουνὸν, ὅθεν ἀνελήφθη ὁ Ἰησοῦς, ἑστὼς, καὶ ψάλλων, καὶ προσευχόμενος διετέλει. καὶ τοῦτο ἐποίει ἐν παντὶ καιρῷ· εἴτε ἔνιφεν, εἴτε ἔβρεχεν, εἴτε ἐπάχνιζεν, ἀσάλευτος ἔμενεν. καὶ πληρώσας τὸν συνήθη τῶν εὐχῶν κανόνα, τὸ τηνικαῦτα τῷ ἐξυπνιαστικῷ σφυρίῳ τὰς πάντων ἔκρουεν κέλλας, συνάγων αὐτοὺς εἰς τοὺς εὐκτηρίους οἴκους πρὸς ὀρθρινὴν δοξολογίαν καθ' ἑκάστην κέλλαν συμψάλλων αὐτοῖς ἓν ἢ δεύτερον ἀντίφωνον 3, καὶ συνευχόμενος οὕτως ἀπῄει πρὸ ἡμέρας εἰς τὸ κελλίον ὡς γὰρ ἐπὶ τῆς ἀληθείας ἐπίσταμαι αὐτὸς, πολλάκις τῶν ἀδελφῶν αὐτὸν ἀποδυόντων ἐν καιρῷ θέρους καὶ ἀποπιεζόντων τῶν ἱματίων αὐτοῦ τὸν ἱδρῶτα, ὡς ἀπὸ λουτροῦ οὕτως ἀπέσταζον, ἄλλα δὲ περιβαλλόμενοι ἕως οὗ ταῦτα ἐψύχοντο. καὶ μέχρι

---

1 καὶ τὴν πάρεσιν ἰασάμενος) Scrib. καὶ τὴν παράλυσιν l.

2 τοιαύτη δὴ ἦν ἡ πάρεσις) Iterum ſcrib. τ. δ. ἦν ἡ παράλυσις.

3 ἓν ἢ δεύτερον ἀντίφωνον) De antiphonis vide Gloſſarium noſtrum in ea voce.

χρι τρίτης ὥρας διαναπαυσάμενος, ὕτω πάλιν τὰς λοιπὰς ὥρας ἕως ἑσπέρας τῇ ψαλμῳδίᾳ καὶ ταῖς προσευχαῖς προσέχειν. αὕτη τοίνυν ἡ ἀρετὴ τῆς ἄκρας ὑπομονῆς Α᾽δολίου τῆς πέτρας τῆς στερεᾶς, ὃς ἐγένετο τὸ γένος Ταρσεύς. ἐντελειωθεὶς δὲ μέχρι τέλους τοῖς ἄθλοις τῆς καρτερίας τὸν αἰώνιον ὕπνον κοιμᾶται ἐν τοῖς Ι᾽εροσολύμοις, καὶ θάπτεται.

visset usque ad horam tertiam, psalmodia excitatus, erat ei intentus usque ad vesperam. Haec est ergo virtus Adolii Tarsensis, qui fuit consummatus Ierosolymis, & ibi aeternum somnum dormiit.

Περὶ Α᾽βρααμίου.

ΚΕΦ. ρε.

Α᾽Βράαμιός τις γέγονεν μοναχὸς 1 ἀκριβὴς τῷ γένει Αἰγύπτιος, τραχύτατον καὶ ἀγριώτατον βίον ζήσας ἐν τῇ ἐρήμῳ. ὗτος ἐπλήγη τὴν φρένα ὑπὸ ἄκρας οἰήσεως· καὶ ἐλθὼν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, διεμάχετο τοῖς πρεσβυτέροις, λέγων, ὅτι καὶ ἐγὼ πρεσβύτερος ἐχειροτονήθην ταύτῃ τῇ νυκτὶ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὀφέλετε δέξασθαί με ὡς πρεσβύτερον ἱερατεύειν μέλλοντα. τοῦτον οἱ ἅγιοι πατέρες διαχωρίσαντες τῆς ἐρήμου, καὶ ἐπὶ τὸν παχύτερον, καὶ ἀδιαφορώτερον ἀγαγόντες βίον, ἀπεθεράπευσαν τῆς ὑπερηφανίας, καὶ εἰς γνῶσιν αὐτὸν ἀγαγόντες τῆς οἰκείας ἀσθενείας, ἔδειξαν τοῦτον παιχθέντα ὑπὸ τοῦ δαίμονος τῆς ὑπερηφανίας, καὶ ταῖς ἁγίαις αὐτῶν εὐχαῖς εἰς τὴν ἀρχαίαν βίου ἀρετὴν ἀποκατέστησαν.

De Abraamio.

CAP. CV.

FVit quidam Abramius genere AEgyptius, qui vitam asperrimam, & maxime agrestem egit in solitudine. Is animo sauciatus ab intempestiva persuasione, veniens in Ecclesiam, contendit cum presbyteris, dicens: Noctu a Christo ordinatus sum presbyter: Suscipite me ut sacerdotem. Patres quum abduxissent eum a solitudine, & ad vitam deduxissent crassiorem, & magis indifferentem, curarunt eum a superbia, deducentes eum ad cognitionem suae imbecillitatis, illusum a daemonibus, & sanctis precibus suis in pristinam vitae sanctitatem restituerunt. Cassian. coll. 15 cap. 4 & 5.

Περὶ Ε᾽λπιδίου.

ΚΕΦ. ρϛ.

Ι῎Δον δὲ καὶ ἕτερον ἄνδρα ἀξιομνημόνευτον ἐν τοῖς κατὰ Ι᾽εριχὼ σπηλαίοις, τῶν κατ᾽ ἀρχὰς τῶν Α᾽μορραίων γεγονότων, ἅπερ λελαξεύκασαν φυγόντες ἡνίκα ὑπὸ Ι᾽ησοῦ τοῦ Ναυῆ ἐξεπορθοῦντο, πρὸς τὸ ἐγκρυβῆναι ἐν αὐτοῖς εἰς τὸ ὄρος τοῦ Λουκᾶ. Ε᾽λπίδιον τοὔνομα. Καππαδόκην τῷ γένει 2, εἰς ὕστερον πρεσβυτερίου ἠξιωμένον τοῦ μοναστηρίου ἐκεῖσε, γενόμενον ὑπὸ τοῦ χωρεπισκόπου Τιμοθέου 3 τῆς Καππαδοκίας, ἀνδρὸς ἱκανωτάτου. οὗτος ἐλθὼν παρῴκησεν ἐν ἑνὶ τῶν σπηλαίων, ὃς τοσαύτην ἐγκράτειαν ἀσκήσεως ἐνεδείξατο, ὡς καλύψαι τοὺς πάντας. ζήσας γὰρ εἴκοσι καὶ πέντε ἔτη, τὰ σάββατα καὶ τὰς κυριακὰς μετελάμβανε μόνον. τὰς δὲ νύκτας πάσας ἑστὼς ἔψαλλε. καθάπερ βασιλεὺς τῶν μελισσῶν, ἐν μέσῳ τῆς ἀδελφότητος οἰκήσας, τὸ ὄρος ἐκεῖνο ἐπόλισε· καὶ ἦν ἰδεῖν ἐκεῖ λοιπὸν παρ᾽ ἑκάστῳ διαφόρους τῆς ἀσκήσεως πολιτείας. τοῦτόν ποτε τὸν Ε᾽λπίδιον τὸν ὄντως τῇ ἐλπίδι χαίροντα, καὶ διὰ τὸν Χριστὸν τῇ θλίψει ὑπομένοντα, ψάλλοντα ἐν νυκτὶ, συμψαλλόντων ἡμῶν αὐτῷ, σκορπίος ἔπληξεν· ὃς πατήσας αὐτὸν, οὐδὲ μετέστη τῆς τοῦ σχήματος στάσεως, τοσοῦτον τῇ ὑπομονῇ ἀλογήσας τῆς κατὰ τὸν σκορπίον ὀδύνης. μιᾷ δὲ πάλιν τῶν ἡμερῶν ἀδελφοῦ τινὸς κόμμα κατέχοντος κλήματος, τοῦτο λαβὼν ὁ μακάριος ἐν τῷ καθῆσθαι παρὰ τὴν ὄχθαν τοῦ ὄρους, ἔχωσεν ὡς φυτεύων, καίπερ ἐν οὐ καιρῷ ὄντος. τοσοῦτον δὲ ηὐξήθη καὶ γέγονεν ἄμπελος, ὥστε σκεπάζειν πᾶσαν τὴν ἐκκλησίαν.

Vita Abbatis Elpidii.

CAP. CVI.

IN Amorrhaeorum speluncis, quae sunt in Hiericho, quas olim construxerant fugientes Iesum Nave, qui tunc populabatur alienigenas, in monte Luca fuit quidam Elpidius, Cappadox genere, postea autem dignatus presbyteratu monasterii, quod illic est. factus a Timotheo Chorepiscopo Cappadociae, viro sufficientissimo. Is habitavit in quadam spelunca, & tantam in exercitatione ostendit continentiam, ut omnes obscuraret. Vixit enim vigintiquinque annos, vescens solum sabbatis, & dominicis. Stans autem totas noctes cantabat. Is tamquam rex apum, in medio fraternitatis cohabitans, illum montem aedificavit; licebatque illic videre apud unumquemque diversos modos exercitationis vitae. Hinc aliquando Elpidium, & vere Elpidium, qui re vera spe gaudebat, & propter Christum substinebat adflictionem, noctu psallentem, nobis una cum eo psallentibus, pupugit scorpius. Quem quum calcasset stans, non mutavit habitum corporis; tanta tolerantia nullam duxit rationem doloris, quem inussit scorpius. Porro autem quum quodam die quidam frater teneret frustum sarmenti, id accepit sanctus dum sederet in margine montis, & infodit tamquam plantans, etsi non esset tempus. Vsque adeo autem crevit, & tam ampla vitis evasit, ut tegeret totam Ecclesiam.

1 Α᾽βράμιος τις γέγονε μοναχὸς) Meminit abbatis Abramii Ioannes Moscus Limon. cap. xcvii. & Nicephorus lib. xi. cap. xli.

2 Ε᾽λπίδιός τις, Καππαδόκης τῷ γένει) Huius meminit Basilius Magnus Epist. viii. Πεντηκοστὴν γὰρ ταύτην ἡμέραν ἦγον ἐν τῇ ἀῤῥωστίᾳ, καθ᾽ ἣν ἐπέστη ἡμῖν ὁ ἀγαπητὸς καὶ σπουδαιότατος ἀδελφὸς ἡμῶν καὶ συνδιάκονος Ε᾽λπίδιος.

3 τοῦ χωρεπισκόπου Τιμοθέου) De Chorepiscopis vide Glossarium nostrum.

Vita Abbatis AEnesii.

CAP. CVII.

CVm hoc sancto Dei athleta una etiam fuit consummatus inclitus Dei servus AEnesius, vir magnae existimationis, & qui fuit insignis in exercitatione.

ΤΟύτῳ τῷ ἁγίῳ ἀθλητῇ τοῦ Χριστοῦ συνετελειώθη καὶ ὁ ἀοίδιμος δοῦλος τοῦ Θεοῦ Αἰνέσιος, ἀνήρ τις ἀξιόλογος, καὶ τῇ ἀσκήσει διαπρέψας.

Vita Abbatis Eustathii.

CAP. CVIII.

Sozom. l. 3, cap. 13.

ET eius frater Eustathius ei honore aequalis, promtoque, & alacri animo, exercens vitae certamina. Eo autem processit beatus Elpidius impatibilitatis, corpus macerans, ut tota eius ossium structura perspicue pateret. Fertur autem hoc quoque in eius virtutis narrationibus a studiosis eius discipulis, quod totis viginti quinque annis non fuit conversus ad occidentem, etsi speluncae ostium esset positum in montis cacumine. Neque post horam sextam solem, qui imminebat capiti, vidit unquam inclinantem ad occidentem; neque stellas, qui in occasu oriuntur, vidit viginti annis. Hic magnus athleta patientiae, ex quo ingressus est speluncam, non descendit de monte donec fuit sepultus. Haec sunt caelestia facinora coronati, & invicti athletae Elpidii, qui nunc cum suis similibus degit in paradiso.

ΚΑὶ Εὐστάθιος ἀδελφὸς τούτου ὁμότιμος, καὶ τοὺς ἄθλους τῆς κατὰ Χριστὸν πολιτείας ἐξανύσας προθύμως. ἐπὶ τοσοῦτον δὲ ὁ μακάριος Ἐλπίδιος ἤλασεν ἀπαθείας, ταριχεύσας τὸ σῶμα, ὡς ὅλων διαφαίνεσθαι αὐτοῦ τῶν ὀστέων τὸ πῆγμα. φέρεται δὲ καὶ τοῦτο ἐν τοῖς τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ διηγήμασιν παρὰ τῶν σπουδαίων αὐτοῦ μαθητῶν, ὅτι ἐν ὅλοις εἴκοσι πέντε ἔτεσιν οὐδέ ποτε ἐπὶ δύσιν ἐστράφη. καίτοι γε τοῦ σπηλαίου τῆς θύρας εἰς τὸ ὕψος τοῦ ὄρους ἐπικειμένης, οὐδὲ μετὰ ἐξαωρίαν τὸν ἥλιον ὑπὲρ κεφαλῆς τούτου γινόμενον ἴδεν ποτὲ κατὰ δύσιν κλίναντα, οὐδὲ τοὺς κατὰ δυσμὰς ἀνατέλλοντας ἀστέρας ποτὲ ἐθεάσατο ἐν τοῖς εἰκοσιπέντε ἔτεσιν. οὗτος ὁ μέγας ἀθλητὴς τῆς ὑπομονῆς ἀφ' οὗ εἰσῆλθεν εἰς τὸ σπήλαιον, οὐ κατῆλθεν ἐκ τοῦ ὄρους μέχρις ὅτου ἐτάφη. ταῦτα τὰ οὐράνια ἐγχειρήματα τοῦ στεφανίτου καὶ ἀηττήτου παλαιστοῦ Ἐλπιδίου τοῦ νῦν ἐν παραδείσῳ διαιτωμένου μετὰ τῶν αὐτοῦ ὁμοίων.

Vita Abbatis Sisinnii.

CAP. CIX.

Περὶ Σισιννίου.

ΚΕΦ. ρθʹ.

HVius discipulus Sisinnius nomine, qui prodiit quidem ex servili fortuna, fide autem liber, genere Cappadox. Oportet enim genera quoque significare ad gloriam Christi, qui nos reddit claros genere, nosque deducit ad beatam, & veram nobilitatem, nempe regnum caelorum. Hic quum fuisset longo tempore apud beatum Elpidium, ardens amator virtutum exercitationis, ut qui sex, vel septem annis didicisset viri virtutes, & fortitudinem laborum in exercitatione, is postea seipsum inclusit monumento. In eo autem constitutus tres annos, perseveravit in orationibus, non noctu, non interdiu sedens, non accumbens, non foras egrediens. Is adsequutus est gratiam adversus daemones. Nunc autem reversus in patriam, dignus est habitus presbyteratu, ab eo collecta fraternitate virorum, & mulierum, dato testimonio impatibilitatis per honestam vitae institutionem, & mascula expulsa sua cupiditate, & feminarum mollitie constricta continentia, adeo ut impleatur quod scriptum est; In Christo Iesu non est masculus, & femina; non est servus, nec liber. Est autem etiam insigniter hospitalis, etsi careat possessionibus, in vituperium divitum, qui minime impertiuntur.

ΤΟύτου τοῦ ἀθανάτου Ἐλπιδίου μαθητὴς γέγονεν Σισίννιος ὀνόματι, ἐξ οἰκετικῆς μὲν ὁρμώμενος τύχης, ἐλεύθερος δὲ κατὰ τὴν πίστιν, τῷ γένει Καππαδόκης. δεῖ γὰρ καὶ τὰ γένη σημαίνειν πρὸς δόξαν τοῦ ἐξευγενίζοντος ἡμᾶς Χριστοῦ, καὶ εἰς τὴν μακαρίαν καὶ ἀληθινὴν ἀπάγοντος ἡμᾶς εὐγένειαν εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν. χρονίσας τοίνυν παρὰ τῷ μακαρίῳ Ἐλπιδίῳ ὁ διάπυρος ἐραστὴς τῶν τῆς ἀσκήσεως ἀρετῶν Σισίννιος ἕκτον ἢ καὶ ἕβδομον ἔτος, καὶ ἐκμεμαθηκὼς τοῦ ἀνδρὸς τὰς ἀρετὰς, καὶ τὸ καρτερὸν τῶν τῆς ἀσκήσεως πόνων, εἰς ὕστερον οὗτος μνήματι ἑαυτὸν ἐγκαθεῖρξεν. ἐπὶ τρία ἔτη σταθεὶς ἐν τῷ μνήματι, ἐν προσευχαῖς διετέλει, μὴ νύκτωρ, μὴ μεθ' ἡμέραν, μὴ καθίσας, μὴ ἀναπεσὼν, μὴ βαδίσας ἔξω. οὗτος κατηξιώθη χαρίσματος κατὰ δαιμόνων. νυνὶ δὲ ἐπανελθὼν ἐπὶ τὴν πατρίδα ἠξιώθη πρεσβυτερίου, συναγαγὼν ἀδελφότητα ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, τῇ μαρτυρίᾳ τῆς ἀπαθείας, διὰ τῆς σεμνῆς πολιτείας, καὶ τὸ ἑαυτοῦ ἄῤῥεν τῆς ἐπιθυμίας ἐλάσας, καὶ τὸ τῶν γυναικῶν θῆλυ τῇ ἐγκρατείᾳ φιμώσας, ὡς πληρωθῆναι τὸ γεγραμμένον· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ οὐκ ἔστιν ἄρσεν καὶ θῆλυ. ἔστιν δὲ καὶ φιλόξενος καθ' ὑπερβολὴν, καίπερ ὢν ἀκτήμων, εἰς ἔλεγχον τῶν ἀμεταδότων πλουσίων.

Περὶ Γαδδανᾶ.

ΚΕΦ. ρί.

Ἔγνων ἐγὼ γέροντά τινα Παλαιστῖνον Γαδδανᾶ ὀνόματι. ὃς τὸν ἄστεγον ἔζησε βίον τὸν πάντα τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνον εἰς τοὺς περὶ τὸν Ἰορδάνην τόπους. τούτῳ ποτὲ τῷ μακαρίῳ ἐρημίτῃ Ἰουδαῖοι κατὰ ζῆλον ἐπιθέμενοι ἐν τοῖς περὶ τὴν νεκρὰν θάλασσαν τόποις, ξίφος γυμνώσαντες κατ' αὐτοῦ ἐπῆλθον αὐτῷ. συνέβη δὲ θαῦμα τοιοῦτον γενέσθαι· ἐν τῷ τὸ ξίφος ἐπᾶραι, καὶ βουληθῆναι πᾶσαι κατὰ τοῦ Γαδδανᾶ τὸν ὄλεθρον, ἀπεξηράνθη ἡ χεὶρ τοῦ τὸ ξίφος κατέχοντος· καὶ τοῦτο ἀπ' αὐτοῦ ἀναισθήτως κατέπεσεν. αὕτη ἡ παρὰ Θεοῦ βοήθεια σύμμαχος γέγονεν τοῦ ἁγίου Γαδδανᾶ, καὶ αὕτη ἡ ἀρετὴ τοῦ μακαρίου ἀνδρὸς ἕως ἔξω τοῦ βίου.

Περὶ Ἠλία.

ΚΕΦ. ριά.

Ἠλίας πάλιν ὀνόματι μονάζων εὐδοκιμώτατος ἐν τοῖς αὐτοῖς τόποις ἐν σπηλαίῳ κατῴκει, σεμνοτάτου καὶ ἐνθέσμου βίου ὑπάρχων, τῇ ἐγκρατείᾳ καὶ τῇ εὐχῇ προσανέχεν, φιλοφρόνως πάντας ξενοδοχῶν τοὺς παραγινομένους. μιᾶς οὖν τῶν ἡμερῶν ἀδελφῶν αὐτῷ ἐπεληλυθότων πλειόνων (ἦν γὰρ πάροδος δι' αὐτοῦ) ἐλείφθη ἄρτων. καὶ διομνύμενος ἔπεισεν ἡμᾶς, ὅτι παρ' ὀλίγον ἐλιποθύμησα ἐπὶ τῇ σπάνει τῶν τροφῶν. εἰσελθὼν οὖν ἐν τῷ κελλίῳ πάνυ περίλυπος τὸ πῶς εἰς τοὺς παραγενομένους πρὸς με τὸ τῆς ἀγάπης μέτρον ἀποπληρώσω, εὗρον τρεῖς ἄρτους μεγάλους νεαροὺς κειμένους, οὓς λαβὼν χαίρων παρέθηκα. καὶ φαγόντων εἰς κόρον εἴκοσι ἀνδρῶν, ἐπερίσσευσεν ὁ εἷς ἄρτος. ἄρας οὖν τοῦτον ἐγὼ ἐχρησάμην ἐπὶ ἡμέρας εἴκοσι πέντε. αὕτη ἡ χάρις μετὰ τοῦ φιλοξένου γέγονεν Ἠλία, οὗ αἱ ἀμοιβαὶ τῶν πόνων παρὰ τῷ φιλανθρώπῳ δεσπότῃ εὐτρεπιζόμεναι ὑπάρχουσι.

Περὶ Σαββατίου.

ΚΕΦ. ριβ'.

Σαββάτιος ὀνόματι κοσμικὸς, τῷ γένει Ἱεριχούντιος, γυναῖκα ἔχων, διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον τοσοῦτον ἐγένετο φιλομονάζων, ὡς κυκλεύειν τοῦτον ἀνὰ τὰς κέλλας, καὶ τὴν ἔρημον πᾶσαν ἐν ταῖς νυξίν. καὶ καθ' ἑκάστην μονὴν λάθρα ἔξω τιθέναι φοινίκων μόδιον ἕνα, καὶ λαχάνων τὸ αὔταρχες, διὰ τὸ μὴ ἐσθίειν ἄρτον τοὺς ἀσκητὰς κατὰ τὸν Ἰορδάνην. τούτῳ δὲ τῷ δεξιωτῇ τῶν μοναχῶν, καὶ εὐτραπέζῳ τῶν ἐγκρατῶν, μιᾷ τῶν ἡμερῶν ἀποκομίσαντι τοῖς ἁγίοις τὰ τῆς ἀσκήσεως ἐπιτήδεια, ζήλῳ τοῦ πονηροῦ τούτῳ λέων ὑπήντησεν, τοῦ ἐχθροῦ τῶν μοναχῶν τὸν ἀνήμερον θῆρα κατὰ τοῦ διακόνου αὐτῶν ἐξεγείραντος, στερῆσαι σπουδάζοντος κἀκείνους τὴν ἀνάπαυσιν, καὶ τοῦτον τῆς προθέσεως. καὶ καταλαβὼν αὐτὸν ὁ θὴρ ἀπὸ σημείου ἑνὸς τῶν μοναχῶν, τῇ ἰδίᾳ δρακὶ ὦσεν αὐτὸν, καὶ κατέστρεψεν. ἀλλ' ὁ ἐπὶ τοῦ Δανιὴλ διδάξας νηστεύειν τοὺς λέον-

Vita Abbatis Gaddana.

CAP. CX.

Novi ego senem quemdam Palaestinum genere, Gaddanam nomine, qui toto vitae suae tempore vixit absque tecto, vixit autem circa Iordanem. Hunc beatum eremitam, quum Iudaei moti aemulatione, in locis, quae sunt circa mare mortuum, adorti, stricto gladio invasissent, accidit, ut tale fieret miraculum: Dum ensem extolleret, & vellet Gaddanae adferre interitum, exsiccata est manus eius, qui ensem tenebat; idque illi ita cecidit, ut non sentiret. Hoc auxilium a Deo latum est sancto Gaddana, & haec virtus beati viri usque ad finem vitae. *Sozom. l. 6. cap. 34.*

Vita Abbatis Eliae.

CAP. CXI.

Rursus quidam Elias monachus probatissimus, in iisdem locis habitabat in spelunca, & quum esset vitae honestissimae, & in primis religiosae, vacabat continentiae, & orationi, omnes advenientes benigne excipiens. Quodam ergo die quum complures fratres ad eum accessissent (erat enim illac eis transeundum) ei panes defecerunt, iuransque nobis adfirmabat, dicens: Propemodum sum exanimatus ob cibi penuriam. Ingressus ergo cellam moerore animi confectus, quod nescirem quemadmodum in eos, qui advenerant, implerem pro viribus mensuram caritatis, inveni tres recentes panes illic positos, quos laetus accepi, & adposui. Quum autem viginti viri comedissent ad satietatem, superfuit unus panis. Eum autem quum sustulissem, usus sum eo viginti quinque diebus. Haec Domini gratia facta est cum hospitali Elia, cuius laborum remunerationes paratae sunt apud benignum Dominum.

De Sabbatio.

CAP. CXII.

Quidam saecularis, Sabbatius nomine, Hierichuntinus genere, quum haberet uxorem, propter Dei timorem adeo amavit monachos, ut ipse obiret cellas, & omnem solitudinem noctibus, & in unoquoque monasterio foris poneret unum modium dactylorum, & olerum, quod satis esset, propterea quod pane non vescantur, qui in Iordane sunt exercitatores. Huic continentium monachorum mensae structori, quum is quodam die tulisset sanctis, quae exercitationi erant necessaria, maligni aemulatione leo occurrit, inimico monachorum excitante immanem feram adversus ministrum monachorum, studente, & illos privare refectione, & hunc suo proposito. Et quum fera eum comprehendisset a lapide unius ex monachis, suis unguibus eum protrusit, & evertit. Sed qui docuit in Daniele leones ieiunare, prohibuit ne eum, qui ser-

servabat praecepta, devoraret leo, etsi valde esuriret. Quo factum est, ut accepto senis asino recederet. Qui enim ei vitam donaverat, ferae quoque famem sedavit.

De Philoromo Presbytero.

CAP. CXIII.

Religiosissimum Presbyterum, Deique amantissimum, Philoromum in Galatia convenimus, & cum eo longo tempore versati sumus, qui fuit vir exercitatissimus. Is ortus quidem est ex matre serva, patre vero libero. Tantam autem virtutum nobilitatem ostendit in vitae Christianae institutione, ut etiam ipsi, qui sunt in genere insuperabiles, eius vitam angelis aequalem revererentur, & efficacem virtutem exercitationis. Is mundo renuntiavit in diebus Iuliani exsecrandi Imperatoris, & libere cum hoc impio est loquutus generosus Christi athleta Philoromus; quem iussit radi, & a pueris validissime verberari. Is vero rem fortiter, & toleranter tulit, & ei egit gratias, ut ipse nobis narravit. Hunc praeclarum virum in principio adortum est bellum fornicationis, & gulae, ut dicebat, quod tyrannidem exercens exagitat multitudinem. At is veluti immensum incendium multa aqua extinxit, summa cura continentiae, ferrum gestando, & se concludendo, & abstinendo a cibis, & pane triticeo, & ut semel dicam, ab omnibus coctis, & in his se fortiter gerendo, ac tolerando annis octodecim. Qui quum id vicerit, potuit hymnum victoriae
Psal. 29. canere, sic dicens: Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, non laetificasti inimicos meos supra me. Hic a spiritibus nequitiae varie oppugnatus, perseveravit quadraginta annos in monasterio. Is autem narrabat, dicens: Triginta, & duos annos nullum fructum tetigi. Quum autem, inquit, timiditas me summa oppugnasset, adeo ut vel interdiu pertimescerem, me inclusi sex annos in monimento, & ea ratione evasi superior, ex impatibilitate bellum gerens cum spiritu, qui mihi hanc imponebat servitutem. Huius viri insignis magnam curam gerebat beatus Basilius Episcopus, qui delectabatur eius austeritate, constantia, & in opere diligentia; qui adhuc in hodiernum diem a calamo, & charta non recessit, quum sit natus annum octogesimum. Dixit hic beatus: Ex quo sum initiatus, & regeneratus ex spiritu, & aqua, usque in hodiernum diem, alienum panem gratis non comedi, sed eum, qui ex propriis laboribus paratur; & coram Deo loquens, nobis persuadebat se ducentos quinquaginta numos ex opere manuum suarum dedisse iis, qui erant manci, ac mutili, neque ulli unquam fecisse iniuriam. Is pedestri itinere venit Romam usque, ad orandum in martyrio sanctorum Petri, & Pauli. Pervenit autem etiam usque ad Alexan-

λέοντας, καὶ τοῦτον τῆς τοῦ φιλεντόλου θοίνης 1 ἐκώλυσεν σφοδρῶς πεινῶντα τὸν λέοντα. ἐξ ὧν τὸν ὄνον τοῦ γέροντος λαβὼν ἀνεχώρησεν. ὁ γὰρ τούτῳ τὴν ζωὴν χαρισάμενος, καὶ τοῦ θηρὸς τὴν πεῖναν παρεμυθήσατο.

Περὶ Φιλορώμου.

ΚΕΦ. ριγ΄.

Περιετύχομεν ἐν Γαλατίᾳ καὶ συνεχρονίσαμεν μακρῷ χρόνῳ τῷ θεοφιλεστάτῳ πρεσβυτέρῳ Φιλορώμῳ 2, ἀνδρὶ ἀσκητικωτάτῳ, καὶ καρτερικωτάτῳ· ὃς ὥρμητο μὲν ἐξ οἰκέτιδος μητρὸς, ἐλευθέρου δὲ πατρός. τοσαύτην δὲ εὐγένειαν ἐνάρετον εἰς τὴν κατὰ τὸν Χριστὸν ἐνεδείξατο πολιτείαν, ὡς καὶ αὐτοὺς τοὺς ἀνικήτους ἐν γένει αἰδεῖσθαι αὐτοῦ τὴν ἰσάγγελον ζωὴν, καὶ τὴν τῆς ἀσκήσεως ἔνεργον ἀρετήν. οὗτος ἀπετάξατο ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰουλιανοῦ τοῦ δυσωνύμου βασιλέως, καὶ μετὰ παῤῥησίας διελέχθη τούτῳ τῷ δυσσεβεῖ ὁ γενναῖος τοῦ Χριστοῦ ἀθλητὴς ὁ Φιλόρωμος· ὃν ξυρηθῆναι ἐκέλευσεν, καὶ ὑπὸ παιδαρίων ἐντονώτατα κοσσισθῆναι. ὃς ἐγκαρτερήσας τῷ πράγματι, καὶ χάριτας αὐτῷ ὡμολόγησεν, ὡς αὐτὸς ἡμῖν διηγήσατο. τούτῳ ἐπέθετο τῷ γενναίῳ ἐν προοιμίοις ὁ τῆς πορνείας πόλεμος καὶ τῆς γαστριμαργίας, ὡς ἔλεγεν· ὃς τυραννῆσαν τὸ πάθος ἐξήλασεν· καθάπερ πυρκαϊὰν ἄμετρον ὕδατι λαβρῷ κατασβήσας ἄκρας ἐγκρατείας ὅρῳ, σιδηροφορίᾳ τε, καὶ ἐγκλεισμῷ, καὶ ἀποχῇ βρωμάτων καὶ σιτίνου ἄρτου, καὶ ἁπαξαπλῶς πάντων τῶν ἑψομένων διὰ πυρὸς, διακαρτερήσας ἐν τούτοις ἐπὶ δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτεσιν. ὅστις ταῦτα ὑπερνικήσας τὰ ἄτακτα πάθη, ᾖσεν τὸν ἐπινίκιον ὕμνον τῷ Χριστῷ· ὑψώσω σε Κύριε ὅτι ὑπέλαβές με, καὶ οὐκ εὔφρανας τοὺς ἐχθρούς μου ἐπ' ἐμέ. οὗτος ὑπὸ τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας διαφόρως πολεμηθεὶς ἐνεκαρτέρησεν ἐν ἑνὶ μοναστηρίῳ τεσσαράκοντα ἔτη· ἀφηγεῖτο δὲ οὗτος, ὅτι ἐπὶ τριάκοντα καὶ δύο ἔτη οὐδεμιᾶς ὀπώρας ἥψατο. δειλίας δὲ ποτέ με, φησι, πολεμησάσης εἰς ἄκρον, ὡς καὶ τὴν ἡμέραν αὐτὴν ἔκφοβον γίνεσθαι, πρὸς τὸ ταύτης περιγενέσθαι, μνήματι ἑαυτὸν καθεῖρξεν ἐπὶ ἔτη ἕξ. καὶ ταύτης περιεγένετο τὸν ἐξ ἐπαφῆς πόλεμον πολεμήσας μετὰ τοῦ πνεύματος τοῦ τὴν δουλίαν τούτῳ ἐπάγοντος. τούτου τοῦ ἀοιδίμου πάνυ ἐκήδετο ὁ μακάριος Βασίλειος ἐπίσκοπος, ἡδόμενος αὐτοῦ τῇ αὐστηρίᾳ, καὶ τῇ στεῤῥότητι, καὶ προσεχείᾳ τοῦ ἔργου· ὃς εἰσέτι καὶ νῦν τοῦ καλάμου καὶ τῆς τετράδος τοῦ γράφειν οὐκ ἀνεχώρησεν, ὀγδοηκοστόν που ἄγων ἔτος τῆς ἡλικίας. οὗτος ἔφησεν ὁ μακάριος, ὅτι ἀφ' οὗ ἐμυσταγωγήθη καὶ ἀνεγεννήθη ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, μέχρι τῆς σήμερον ἡμέρας, ἄρτον ἀλλότριον δωρεὰν οὐκ ἔβρωκεν παρά τινι, ἀλλ' ἐκ τῶν ἰδίων πόνων· καὶ ἐπὶ Θεοῦ ἡμᾶς ἔπεισεν, ὅτι διακόσια πεντήκοντα νομίσματα ἐκ τοῦ ἔργου τῶν χειρῶν αὐτοῦ λελωβημένοις δέδωκεν, ἀδικήσας οὐδένα οὐδέποτε. ὃς πεζῇ τῇ πορείᾳ καὶ μέχρις αὐτῆς Ῥώμης ἀπῆλθεν, εὐξόμενος εἰς τὸ ἁγιώτατον μαρτύριον τῶν μακάρων καὶ ἱερῶν ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ Πέτρου καὶ Παύλου. ἔφθασε δὲ καὶ μέχρις Ἀλεξανδρείας,

1 τῆς τοῦ φιλεντόλου θυνῆς) Scrib. τ. τ. φ. θοίνης.

2 θεοφιλεστάτῳ πρεσβυτέρῳ Φιλορώμῳ) Meminit Philoromi martyris Nicephorus lib. VII. cap. IX.

δρείας, εὐξάμενος εἰς τὸ μαρτύριον τοῦ τιμίου ἀθλητοῦ Μάρκου. κατηξιώθη δὲ, ἔφη, χάριν εὐχῆς καὶ δεύτερον ἐν Ἱεροσολύμοις εἰς τιμὴν τῶν ἁγίων τόπων ἰδίοις ἀπελθὼν ποσὶν, καὶ ἀναλώμασιν ἑαυτῷ ἐπαρκέσας 1. ἔλεγεν δὲ ἡμῖν οὗτος αὐτὸς χάριν τοῦ ἡμᾶς ὠφεληθῆναι, ὅτι οὐ μέμνημαί ποτε ἀποστὰς κατὰ νοῦν τοῦ Θεοῦ μου. ταῦτα ἆθλα τοῦ μακαρίου Φιλορώμου, καὶ ἐν τούτοις ἡ ἀήττητος νίκη. καὶ αὐτῷ ἀποδέδοται τῶν μακαρίων πόνων τὸ πέρας, ὁ ἀμαράντινος τῆς δόξης στέφανος.

driam, quum voviſſet, in martyrium venerandi athletae Marci. Dignus autem, inquit, ſum habitus, qui voti gratia, bis propriis pedibus venirem Ieroſolyma ad honoranda loca ſancta, & ipſe mihi ſuppeditavi impenſas Dicebat autem nobis, ut utilitatem ex eo caperemus: Non memini me unquam animo a Deo meo receſſiſſe. Huius beati Philoromi talia ſunt certamina, & in his eſt invicta victoria, & beatorum laborum ei redditur finis, corona gloriae immarceſcibilis. Niceph. lib. 7. cap. 9.

Περὶ Σεβηριανοῦ.

ΚΕΦ. ριγʹ.

ΕΝ Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατίας ἐν αὐτῇ τῇ πόλει περιέτυχον Σεβηριανῷ τινι λαμπροτάτῳ ἀπὸ κομήτων ἅμα τῇ τούτου ἐλευθέρᾳ Βοσπορίᾳ, ὧν καὶ μικρὰν πεῖραν ἔσχον· οἵ τινες ἐπὶ τοσοῦτον ἐλπίδων χρηστῶν ἐπληρώθησαν, ὡς καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν παραλογίσασθαι, ἔργῳ τὰ μέλλοντα βλέποντες. τὰς γὰρ προσόδους τῶν χωρίων ἀναλίσκουσιν εἰς τοὺς δεομένους, ἔχοντες τέσσαρας υἱοὺς καὶ δύο θυγατέρας, οἷς οὐδὲ κλῆμα ἐδίδοσαν, παρεκτὸς τῶν γαμηθεισῶν. λέγοντες τοῖς λοιποῖς τῶν τέκνων, ὅτι μετὰ μὲν ἡμετέραν ἀποβίωσιν πάντα ἐστὶν ὑμέτερα· ὡς δὲ περιέσμεν, τοὺς καρποὺς τῶν κτημάτων ἡμεῖς κομισόμεθα διανέμοντες ἐκκλησίαις, καὶ μοναστηρίοις, καὶ ξενοδοχείοις, καὶ πᾶσι τοῖς δεομένοις· ὧν αἱ εὐχαὶ καὶ ὑμῖν καὶ ἡμῖν ὦ τέκνα τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀντὶ τῆς προσκαίρου ταύτης καὶ ἐπιπόνου παρέξουσι. καὶ τοῦτο δὲ αὐτοῖς ἐνάρετον ὑπῆρξεν· λιμοῦ γενομένου μεγάλου, καὶ κατὰ σπλάγχνων χωροῦντος πάντων ἀνθρώπων, τότε ἐκεῖνοι τὰς αἱρέσεις τὰς ἐκεῖσε εἰς ὀρθοδοξίαν μετήνεγκαν. ἐν πολλοῖς γὰρ χωρίοις τοὺς σιτοβολῶνας ἑαυτῶν ἀνοίξαντες παρέθηκαν εἰς διατροφὴν τοῖς πενῶσιν. ὡς ἐκ τῆς τούτων ἀφάτου φιλανθρωπίας εἰς μίαν συμφωνίαν τῆς ὀρθῆς πίστεως συνελθεῖν τὰς αἱρέσεις, δοξάζοντας τὸν Θεὸν ἐπὶ τῇ τούτων ἁπλῇ πίστει καὶ ἀμέτρῳ εὐποιίᾳ. ἡ δὲ ἄλλη ἄσκησις τούτων θαυμασία. σχῆμα σεμνότατον καθ᾽ ὑπερβολὴν, λιτότης ἐσθῆτος καὶ εὐτέλεια παρ᾽ αὐτοῖς πολλὴ, καὶ ἀνέκφραστος. ὀλιγοδάπανοι σφόδρα, λιτότητι τροφῆς ἀποχρώμενοι ὅσον τὸ ζῆν ἀπαιτεῖ· ἐξασκοῦντες τὴν εἰς Θεὸν σωφροσύνην ὑπερφυῶς. τὸ πλεῖστον τῶν χρόνων ἐν ἀγροῖς διαιτώμενοι, ἥδιστα μᾶλλον τῇ ἡσυχίᾳ προσομιλοῦντες· φεύγοντες ἀεὶ τὰς πόλεις καὶ τὰς ἐκ τούτων τικτομένας κακίας· μήποτε τῷ συναστιμενισμῷ τῶν ὄχλων σπάσωσί τι τῶν θορύβων τῶν πολιτικῶν, ἐκπίπτοντες τῆς ἐνθέου προθέσεως. διά τοι ταῦτα πάντα τὰ κατορθώματα τῆς ἐναρέτου πολιτείας τούτων τῶν μακαρίων ἐντεῦθεν ἤδη βλέπουσι τοῖς νοητοῖς ὀφθαλμοῖς τὰ ἡτοιμασμένα αὐτοῖς παρὰ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ τὰ αἰώνια ἀγαθά.

Vita Beati Severiani, & eius uxoris.

CAP. CXIII.

IN Ancyra Galatiae, in ipſo loco contigit mihi adloqui quemdam Severianum una cum eius coniuge Boſporia, nec eorum magnam habui experientiam; ii quidem multa ſpe bona repleti ſunt, & ſuos fruſtrantur filios, re vera in futura intuentes. Suorum enim praediorum reditus conſumunt in egenos, habentes quatuor filios, & duas filias, quibus nullam poſſeſſionem dederunt, praeterquam iis, quae nupſerant. Dicebant autem reliquis ſuis filiis: Poſt noſtrum deceſſum omnia ſunt veſtra; quamdiu autem ſumus ſuperſtites, nos poſſeſſionum noſtrarum fructus colligemus, eos diſtribuentes Eccleſiis, & monaſteriis, & xenodochiis, & omnibus egentibus; quorum preces & vobis, & nobis, filio, pro hac temporaria, & laborioſa vitam aeternam comparabunt. In quibus hoc quoque eſt eorum virtutis egregiae. Quum eſſet magna fames, & quae omnium hominum pervadebat viſcera, quae tunc erant haereſes traduxerunt ad rectam opinionem. Nam quum in multis praediis horrea ſua aperuiſſent, ea praebebant in alimentum pauperum; adeo ut ex hac inexplicabili eorum benignitate in unam rectae fidei conſonantiam convenerint, qui erant haereticae opinionis; Deo gratias agentes ob ſimplicem eorum fidem, & immenſam beneficentiam. Alia autem exercitatio eorum erat admirabilis. Veſtis eorum habitus erat maxime venerandus, & parcus, eratque in eis magna, & quae dici nequit victus tenuitas; erant valde modici ſumtus, alimentorum frugalitate contenti, quantam vita requirebat, pietatem in Deum mirandum in modum exercentes; in agris degentes plurimo tempore; ſemper fugientes civitates, & vitia, quae ex eis oriuntur; ne ex iucunda cum turba converſatione tumultus civiles attraherent, & exciderent a Dei propoſito. Propter haec omnia horum beatorum rectae vitae facinora, hinc iam intelligentibus oculis adſpiciunt aeterna bona, quae parata ſunt a Dei gloria.

Vita

Περὶ

1 ἑαυτὸν ἐπαρκήσας) Scrib. ἐμαυτόν.

Vita Eleemonis Monachi.

CAP. CXIV.

VIdimus in hac civitate monachum, qui ordinem presbyteratus ſuſcipere recuſavit: Venerat autem ad tale propoſitum poſt militiam exigui temporis. Is viceſimum annum agens in exercitatione, hoc habuit vitae inſtitutum, ut permaneret apud civitatis Epiſcopum virum ſanctiſſimum. Eſt autem adeo benignus, & miſericors, ut etiam urbes circumeat, & miſereatur eorum, qui indigent. Is non negligit cuſtodiam; non noſocomium; non ptochium, non divitem, non pauperem, ſed fert opem omnibus; apud divites quidem, ut immites, & immiſericordes, verba faciens de miſericordia; unicuique autem exindigentibus providens quae ſunt neceſſaria; eos, qui pugnant, pacificans, nudis ſuppeditans indumenta, aegrotis medicamenta adferens ad curationem. Quod autem ſolet fieri in omnibus magnis civitatibus, in ea quoque fiunt. In porticu enim Eccleſiae iacet multitudo monachorum, ac mutilatorum quotidianum victum emendicantium, qui partim quidem uxores non duxerunt, partim vero etiam duxerunt. Quodam ergo die accidit, ut unius horum uxor pareret in porticu, & in ipſa hieme. Ea ergo clamante, quum ab illo intolerabili dolore pungeretur, audivit hic beatus ululatum orans in Eccleſia, & relictis ſibi conſuetis precibus, egreſſus reſpexit; & quum neminem inveniſſet, qui illi adeſſet in hac neceſſitate, ipſe functus eſt vice obſtetricis; non abhorrens faſtidium, quod conſequitur mulieres parientes, inſenſibilitatem ei largiente hac profundiſſima eleemoſyna. Atque veſtium quidem, quibus eſt indutus, pretium non eſt unius oboli. Cibus autem contendit cum veſtibus; libello autem non ſubſtinet incumbere, a lectionibus eum abducente clementia. Si quis ex fratribus ei librum donaverit, cum ſtatim vendit, & pretium diſtribuit pauperibus. Iis autem, qui ſciſcitabantur, cur haec vendis? dicebat: Qui poſſum meo perſuadere magiſtro me eius artem accurate didiciſſe, niſi illo ipſo uſus fuero ad artem recte exercendam? Hic immortalis quum in hac actione hucuſque permanſiſſet, perpetuo germinans memoriae nomen reliquit illi, quae eſt circumcirca, regioni. Ipſe fruens aeterno gaudio in regno caelorum, recipiens digna praemia beatis laboribus, & qui eſurientes hic nutriit, & nudis dedit veſtimenta, nunc apud bonorum operum remuneratorem fruitur omne genus deliciis.

Περὶ τοῦ Ἐλεήμονος μοναχοῦ.

ΚΕΦ. ριδʹ.

ΟΜοίως ἐν ταύτῃ τῇ πόλει εὑρήκαμεν μονάζοντα χειροτονίαν μὲν πρεσβυτερίου μὴ καταδεξάμενον δέξασθαι, ἀπὸ στρατείας ἡγμένον ὀλίγου χρόνου. ὃς εἰκοστὸν ἔτος ἄγων ἐν ἀσκήσει ταύτην εἶχε τὴν πολιτείαν· παραμένει μὲν τῷ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως ἀνδρὶ ἁγιωτάτῳ. τοσοῦτον δέ ἐστι φιλάνθρωπος καὶ ἐλεήμων, ὡς καὶ τὰς πόλεις περιιέναι, καὶ ἐλεεῖν τοὺς δεομένους. οὗτος οὐκ ἀμελεῖ οὐ φυλακῆς, οὐ νοσοκομείου, οὐ πτωχείου, οὐ πλουσίου, οὐ πένητος· ἀλλὰ πᾶσιν ἐπικουρεῖ· τοῖς μὲν πλουσίοις λόγους εὐσπλαγχνίας παρέχων καὶ ἐλέους, ὡς ἀσπλάγχνοις καὶ ἀνελεήμοσιν· τῶν ἐνδεῶν φροντίζων ἑκάστου τὰ πρὸς τὰς χρείας. τοὺς μαχομένους εἰρηνεύων, τοῖς γυμνοῖς χορηγῶν ἐνδύματα, τοῖς ἀσθενοῦσι τὰ ἀλεξιτήρια πρὸς θεραπείαν. οἷα δὲ φιλεῖ γίνεσθαι ἐν πάσαις πόλεσι ταῖς μεγάλαις, ἐστὶ καὶ ἐν αὐτῇ. ἐν γὰρ τῇ στοᾷ τῆς ἐκκλησίας πλῆθος τῶν λωβῶν ἐστι κατακείμενον, ἐρανιζόμενον τὴν τροφὴν τὴν ἐφήμερον, τῶν μὲν ἀγάμων, τῶν δὲ γεγαμηκότων. συνέβη οὖν μιᾷ τῶν ἡμερῶν ἐν νυκτὶ τίκτειν ἑνὸς τούτων τὴν γυναῖκα ἐν τῇ στοᾷ, καὶ τοῦτο ἐν χειμῶνι. βοώσης οὖν αὐτῆς, καὶ κεντουμένης ὑπὸ τῆς ἀφορήτου ἐκείνης ὀδύνης, ἐπήκουσεν τῆς ὀλολυγῆς ὁ μακάριος οὗτος προσευχόμενος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ καταλείψας τὰς συνήθεις αὐτοῦ προσευχὰς, ἐξελθὼν ἐπίδε, καὶ μηδένα εὑρὼν τὸν ταύτῃ παραστησόμενον ἐν τῇ ἀνάγκῃ ἐκείνῃ, αὐτὸς ἰατρίνης[1] τόπον ἐπέσχεν, οὐ βδελυξάμενος τὸ μῦσος τὸ παρακολουθοῦν ταῖς τικτούσαις τῶν γυναικῶν, ἀναισθησίαν αὐτῷ χαρισαμένης τῆς βαθυτάτης ταύτης ἐλεημοσύνης τῆς παρ' αὐτοῦ γεγενημένης. τούτου μὲν τοῦ φιλοχρίστου τὸ εἶδος τῶν ἱματίων, ὧν περιβέβληται, οὐκ ἔστιν ἄξιον ὀβολοῦ. τὸ δὲ βρῶμα τῶν ἱματίων ἀμφήριστον. πυκτίῳ ἐγκύψαι οὐ καρτερεῖ, τῆς φιλανθρωπίας αὐτὸν ἀπελαυνούσης τῶν ἀναγνωσμάτων. βιβλίον ἐάν τις αὐτῷ χαρίσηται τῶν ἀδελφῶν, παραχρῆμα τοῦτο πιπράσκει, τοῖς ἐνδεομένοις δὲ τὸ τίμημα διανέμων· ἐπιλέγων τοῦτο τοῖς ἐπισκέπτουσι· διά τι ταῦτα πωλεῖ, ὅτι πόθεν ἔχω μου πεῖσαι τὸν διδάσκαλον, ὅτι τὴν τέχνην αὐτοῦ μεμάθηκα ἀκριβῶς, ἐὰν μὴ αὐτῷ ἐκείνῳ καταχρήσομαι εἰς τὸ τῆς τέχνης κατόρθωμα; ὁ ἀθάνατος οὗτος ἐν ταύτῃ παραμείνας τῇ πράξει ἄχρι τῆς δεῦρο ἀειθαλὲς μνήμης ὄνομα πάσῃ τῇ περιοίκῳ ἐκείνῃ κατέλιπεν, αὐτὸς τὴν αἰώνιον χαρὰν ἐν τῇ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ καρπούμενος· ἀπολαμβάνων τῶν μακαρίων πόνων τὰ ἄξια ἔπαθλα· πεινῶντας θρέψας ἐνθάδε, καὶ γυμνοῖς περιβόλαια χαρισάμενος, νυνὶ παρὰ τῷ μισθαποδότῃ τῶν καλῶν ἔργων παντοδαπῆς τρυφῆς ἀπολαύων.

Vita

1 αὐτὸς ἰατρίνης τόπον ἐπέσχεν) Diſputat de hac voce Euſtathius ad Iliad. λ. ἡ δὲ ἰατρίνη οὐχ Ἑλληνικόν φησι. παρὰ δὲ τοῖς τεχνικοῖς κεῖται. καὶ ὅτι ὁ μὲν Ὧρος οὐχ Ἑλληνικὴν λέξιν τὴν ἰατρίνην εἶναί φησιν. Ἀλέξανδρος δὲ Κοτυαεὺς, πρὸς ἀκρίβειαν λαλῶν, μὴ Ἀττικὴν εἶναι λέγει αὐτήν. Pro obſtetrice ponitur hoc loco, & in Pandectis. Rationem accipimus ex iſtis Vlpiani verbis in L. 1. D. de Extraord. Cognit. *Sed & obſtetricem audiant, quae utique medicinam exhibere videtur.*

Vita Abbatis Bisarionis.

CAP. CXV.

FVit quidam senex, possessionibus carens, & misericors, nomine Bisarion. Is quum venisset in quemdam vicum, vidit mendicum nudum in foro mortuum; unam quidem ferens tunicam convenienter evangelicae traditioni, & parvum superhumerale. Nihil enim possidebat praeter hoc necessarium tegumentum. Habebat autem semper quoque parvum evangelium sub axilla, aut ad sui faciendum periculum num perpetuo voci Domini obediret; aut potius gestans sermonem, quem erat opere exsequutus. Tam admirabili enim vita usus est hic vir, & citra ullum dedecus, ut perinde, ac terrestris angelus caeleste iter legitime peregerit. Hic ergo, quum vidisset reliquias, se protinus exsuens superhumerali, eo induit mortuum. Et rursus quum parum processisset, nudo egenti occurrit; & stetit apud se disceptans, & sic ratiocinans: Quomodo ego quidem, qui mundo renuntiavi, veste induor, frater autem meus algore concrescit? Si ergo ego eum sivero exanimari, ero omnino causa mortis proximo. Quid ergo? exsuens ne scindam, & partem distribuam, an totum dabo ei, qui est factus ad Dei imaginem? Sed quid mihi, & illi erit utilis pars, quae scinditur? Et quum apud se disceptasset, dixit: Damni ne aliquid patiemur, si plus quam sit praeceptum faciamus? Generosus itaque hic athleta, prompto, & alacri animo vocat pauperem in vestibulum, & quum eum dimisisset indutum, stetit nudus, se operiens manibus, genua flectens, & subsidens, solum habens sub axilla verbum, quod facit divites. Eius autem consilio, & providentia transiens quidem Irenarcha (a), adgnovit senem, & dixit proximo suo socio: Respice illuc: Non est hic senex abbas Bisarion? Quum is autem dixisset, maxime; de equo descendens rogavit sanctum, dicens: Quis te exsuit? Ille vero dextera protendens evangelium: Hoc, inquit, me exsuit. Statim autem se sua veste exsuens Irenarcha: Perfectum militem, inquit, & protinus gestans veluti quamdam parvam vestem monachorum, a mundo latens recessit; declinans laudem eius, qui suum vidisset vitae institutum, eum qui est ab occulto honorem celando exspectans. Hic ipse postquam omne praeceptum evangelicum recte esset exsequutus, quum nihil huius mundi amplius haberet in animo, ad divinorum dictorum perfectiorem exsequutionem, quum in transitu vidisset pauperem, cursu in forum contendit, ubi quum paullisper constitisset, vendidit evangelium. Paucis igitur post diebus, qui cum eo erat abbatis discipulus, Dulas nomine, rogavit senem, dicens: Quid parvo libello factum est, o abba? Cui senex placide; verbum pulcrum admodum, & valde scitum es loquutus, se dicens: Ne tristitia adficiaris, o frater: Nam ut illi habeamus fiduciam, propter obedientiam, vendidi ipsum sermonem, qui mihi semper dicebat: Vende quae habes, & da pauperibus. Sunt *Marc. 10.*
autem aliae quoque res plurimae ex virtute gestae huius magni patris; cum quo nos quo- *Luc. 18.*
que digni habeamur habere partem, gratia Christi: Amen.

Supplementum ex Tomo III. Monum. Eccles. Io. Bapt. Cotelerii.

Βίος τοῦ Ἀββᾶ Βησαρίωνος.

ΕΓένετό τις γέρων ἀκτήμων καὶ ἐλεήμων, Ἀββᾶ [a] Βησαρίων ὀνόματι. οὗτος κατελθὼν εἰς κώμην τινὰ, ἴδεν γυμνὸν πτωχὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ τεθνηκότα. αὐτὸς δὲ ἕνα χιτῶνα φορῶν, κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν παράδοσιν, καὶ μικρὸν μαφόριον· οὐδὲν γὰρ ἐκέκτητο πλὴν τούτου τοῦ ἀναγκαίου σκεπάσματος· εἶχεν δὲ καὶ μικρὸν εὐαγγέλιον ὑπὸ τὴν μάλην ἀεὶ, πρὸς ἔλεγχον ἑαυτοῦ τοῦ διαπαντὸς ὑπακούειν τῇ δεσποτικῇ φωνῇ, ἢ μᾶλλον ἔργῳ κατορθωθέντα τὸν λόγον ἐπιφερόμενος. τοιαύτῃ γὰρ ὁ ἀνὴρ ὑπερβολῇ βίου χρησάμενος, ἀνεπαισχύντως ὡς ἐπίγειος ἄγγελος τὴν ἐπουράνιον ἐν νόμῳ [b] διήνυσεν πορείαν. οὗτος οὖν ἑωρακὼς τὸ λείψανον, εὐφυῶς τὸ μαφόριον ἀποφορτησάμενος, ἐναπέθετο τῷ τεθνηκότι· καὶ πάλιν ὀλίγον βαδίσας, δεομένῳ γυμνῷ συνήντησεν· καὶ διακρινόμενος ἔστη καθ' ἑαυτὸν λογιζόμενος οὕτως· πῶς ἐγὼ μὲν, ὁ δῆθεν ἀποταξάμενος τῷ κόσμῳ, ἱμάτιον περίκειμαι, ὁ δὲ ἐμὸς ἀδελφὸς ψύχει καταπήγνυται; εἰ τοίνυν ἐάσω τοῦτον λειποψυχῆσαι, θανάτου πάντως αἴτιος τῷ πλησίον γενήσο-

Vita Abbatis Besarionis.

FVit quidam senex possessionibus carens, & misericors, Abbas Besario nomine. Is quum venisset in quemdam vicum, vidit mendicum nudum in foro, & mortuum; ipse quidem unam ferens tunicam, convenienter evangelicae traditioni, & parvum maphorium, sive superhumerale; nihil enim possidebat praeter hoc necessarium tegumentum; habebat autem semper quoque parvum Evangelium sub axilla, ad sui faciendum periculum, num perpetuo Dominicae voci obediret; aut potius gestans sermonem, quem erat opere exsequutus. Adeo enim eximia vivendi ratione hic vir usus, citra ullum dedecus, ut Angelus terrestris caeleste iter legitime peregit. Hic ergo intuitus cadaver, protinus praeclare superhumerali deposito, illud mortuo iniecit; rursusque postquam parum processisset, nudo egenti occurrit; ac stetit apud se disceptans, & ratiocinans in hunc modum; quo pacto ego quidem, qui mundo utique renunciavi, veste amicior, frater autem meus algore concrescit? Si ergo eum sivero exanimari, dens,

a Deest in al.

Matth. 10.

b Al. νομίμως.

(a) εἰρηνάρχης, tranquillitatis publicae, & securitatis studiosus latrunculator. l. Munerum. ff. de muneri. & hon. tales in principum aulis curiosi. cod. de Curiosis, & stationariis.

ero plane caussa mortis proximo. Quid ergo? exuensne partiar, tunicam scindendo, aut totum dabo ei, qui ad imaginem Dei factus est? Sed quid mihi, & illi utilis erit pars scissa? Tum, disceptatione facta, dixit: Damni ne aliquid patiemur, si plus quam sit praeceptum faciamus? Itaque generosus hic athleta promto, & alacri animo vocat pauperem in vestibulum; quumque eum dimisisset indutum, stetit nudus, se operiens manibus, procumbens, ac subsidens, solum habens sub axilla verbum, quod facit divites. Eius autem consilio, & providentia transiit quidem Irenarcha, adgnovit senem, & dixit proximo suo socio: Respice illuc: Non est hic senex Abbas Besarion? Quum is autem respondisset: Maxime; descendens de equo velociter, interrogavit sanctum: Quis te exuit? Ille vero dextera protendendo evangelium: Hoc, inquit, me exsuit. Statim autem se sua veste exsuens pacis praepositus, perfectum militem induit; qui sedato animo gestans veluti parvam vestem monachorum, a mundo latenter recessit, ut declinaret hominis illius laudem, qui suum vidisset vitae institutum, honorem, qui est ab occulto occultus exspectans. Hic ipse postquam omne praeceptum evangelicum recte peregisset, quum nihil huius mundi amplius haberet in animo, ad divinae sententiae perfectiorem exsequutionem, ubi pauperem in transitu vidit, cursu in forum contendit; illic quum paullisper constitisset, tomum evangelii vendidit. Paucis ergo post diebus, qui cum eo erat discipulus, Abbas Dulas vocatus, rogavit senem, dicendo: Quid parvo libello factum est, o Abba? Cui senex placide praeclarum verbum, & valde scitum est loquutus, ita: Ne tristitia adficiaris, frater; nam ut illic habeamus fiduciam, propter obedientiam vendidi librum ipsum, qui mihi semper dicebat: *Vende quae habes, & da pauperibus*. Sunt autem aliae pariter plurimae res ex virtute gestae huius magni patris; cum quo nos quoque digni habeamur partem consequi, gratia Christi, Amen.

a Al. διακριθείς. b Al. παριόντ. Int. παριόντος τις. c Al. ὁ Ἀϐϐᾶς. d Al. τοῦ. e Al. infer. αὐτοῦ. f Al. δρομαῖ@. g Al. ὁ Ἀϐϐᾶς. h Abest ab al. Matth. 19. 21. i Al. ἔχειν ἀξιωθείημεν.

νήσομαι. τί οὖν; ἀποδυσάμενος μερίσω, τὸν χιτῶνα κόψας, ἢ τὸ πᾶν τῷ κατ' εἰκόνα Θεοῦ δώσω; ἀλλὰ τί χρήσιμον ἐμοί τε κἀκείνῳ τὸ σχιζόμενον μέρ@; κ διακριθεὶς [a] ἔφη μὴ βλάβη τις ἡμῖν, εἰ πλέον ποιήσωμεν τῆς ἐντολῆς; τοιγαροῦν ὁ γενναῖ@ οὗτ@ ἀθλήσας, προθύμως καλεῖ τὸν πτωχὸν εἰς τὸν πυλῶνα, καὶ τοῦτον ἐνδεδυμένον ἀπολύσας, ἔστη γυμνὸς ἑαυτὸν ταῖς χερσὶ περισκέπων, ὀκλάσας καὶ ὑποκαθήμεν@, μόνον ἔχων τὸν πλουσιοποιὸν λόγον ὑπὸ τὴν μάλην. κατ' οἰκονομίαν δὲ τούτου παριόντ@ [b] ὁ ἐπὶ τῆς εἰρήνης, ἐπέγνω τὸν γέροντα, καὶ πρὸς τὸν ἐχόμενον σύμμαχον εἶπε· βλέπε ἐκεῖ, οὐκ ἔστιν ὁ γέρων Ἀϐϐᾶ [c] Βησαρίων; τοῦ δὲ φήσαντ@. ναί· καταβὰς ἐκ τοῦ ζώου ταχέως, ἠρώτησεν τὸν ἅγιον, ὅτι τίς σε ἐξέδυσεν; ὁ δὲ τῇ δεξιᾷ προσενέγκων τὸ εὐαγγέλιον, τοῦτο, φησὶν, ἐξέδυσέν με. παραχρῆμα δὲ τὸ ἑαυτοῦ ἱμάτιον ὁ ἐπὶ τῆς εἰρήνης ἀποδυσάμεν@, τὸν τέλειον στρατιώτην ἐνέδυσεν· κ ἀπαθῶς φορέσας τὴν ὡς μικρὴν ἐσθῆτα τῶν μοναχῶν, τοῦ κόσμου ἀνεχώρησεν ἀφανὴς, τούτου [d] τὴν πολιτείαν [e] ἑωρακότ@, ἐκκλίνων τὸν ἔπαινον, τὴν παρὰ τοῦ κρυπτοῦ τιμὴν ὁ κρυπτόμεν@ ἀναμένων. ὁ αὐτὸς οὗτ@ μετὰ τὸ κατορθωκέναι πᾶσαν εὐαγγελικὴν ἐντολὴν, μηδὲν ἔχων τοῦ κόσμου τούτου ἔτι κατὰ διάνοιαν, πρὸς ἐντελεστέραν τῆς θείας ἀποφάσεως ἐργασίαν, ἐν παρόδῳ πτωχὸν ἑωρακὸς, δρομαίως [f] εἰς τὴν ἀγορὰν ἀπῆλθεν, ἔνθα στὰς ὀλίγον, τόμον εὐαγγελίου διαπέπρακεν. μεθ' ἡμέρας οὖν ὁ σὺν αὐτῷ μαθητὴς, Ἀϐϐᾶ [g] Δοῦλας λεγόμεν@, ἠρώτησεν τὸν γέροντα, λέγων· ὅτι τί γέγονεν τὸ μικρὸν βιβλίον, Ἀββᾶ; πρὸς ὃν ἡσύχως ὁ γέρων σεμνὸν καὶ χαριέστατον ῥῆμα λίαν [h] ἐφθέγξατο, φάσκων οὕτως· μὴ λυποῦ ἀδελφέ· ἵνα γὰρ ἐκεῖ παῤῥησίαν ἔχωμεν, αὐτὸν τὸν λόγον ἐπώλησα διὰ τὴν ὑπακοὴν τὸν ἀεὶ λέγοντά μοι· πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, εἰσὶν δὲ καὶ ἄλλαι πράξεις πάμπολλαι ἐνάρεται τοῦ μεγάλου τούτου πατρός· μεθ' οὗ καὶ ἡμεῖς μέρ@ ἔξειν καταξιωθῶμεν [i] χάριτι τοῦ Χριστοῦ. Ἀμήν.

Vita Beatae Paulae.

CAP. CXVI.

NEcessarium autem existimavi virilium quoque, & honestarum mulierum meminisse in hoc libro, quibus Deus aequalia donavit praemia viris, qui ex virtute vitam egere; & ipsis reddidit coronam eorum, qui ipsi placuerunt, ne molles, teneraeque reddantur, quae sunt socordiores; & praetextum quaerant, & excusationem, tamquam quae sint imbecilliores ad certamina virtutis, & ad honestam vitam agendam. Atque multas quidem vidi pias, ac religiosas, & plurimas virtutis ergo conveni & virgines, & viduas.

Περὶ Παύλης.

ΚΕΦ. ργ'.

Ἀ'Ναγκαῖον δὲ ἡγησάμην καὶ γυναικῶν ἀνδρείων καὶ εὐσχημόνων μνημονεῦσαι ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ, αἷς ὁ Θεὸς τὰ ἴσα τῶν ἐν ἀρετῇ βεβιωκότων ἀνδρῶν ἐχαρίσατο ἆθλα, καὶ αὐταῖς τὸν τῶν εὐαρεστησάντων αὐτῷ στέφανον ἀποδέδωκεν, ὑπὲρ τοῦ μὴ καταμαλακίζεσθαι τὰς ῥαθυμοτέρας, καὶ ἀναχαιτίζειν ὡς ἀσθενεστέρας πρὸς τοὺς ἄθλους τῆς ἀρετῆς καὶ σεμνοῦ βίου κατόρθωσιν. πολλὰς μὲν ἑώρακα τῶν εὐσεβῶν, πλείσταις δὲ ὁσίαις εἰς ἀρετὴν συντετύχηκα παρθένοις τε καὶ χήραις.

Περὶ Μελάνης.

ΚΕΦ. ριζ.

Η' Τρισμακαρία Μελάνη 1 Σπάνη ἦν τὸ γένος, εἶτεν Ῥωμαίη. θυγάτηρ μὲν γέγονεν Μαρκελλίνου τοῦ ἀπὸ ὑπάτων 2, ἀνδρὸς δέ τινος ἀπὸ ἀξιωμάτων γυνή· οὗ καλῶς τὸ ὄνομα οὐ μέμνημαι 3· ταύτης χηρευσάσης εἰκοστὸν δεύτερον ἀγούσης ἔτος, ἥ τις μετὰ τὴν ἐκείνου ἀποβίωσιν ἔρωτος θείου καταξιωθεῖσα τῷ αἰωνίῳ νυμφίῳ συνήφθη εἰς τέλος ἀγαπήσασα τοῦτον· καὶ μηδενὶ μηδὲν εἰρηκυῖα· ἐκωλύετο γὰρ ἐν τοῖς καιροῖς. Οὐάλεντος τοῦ βασιλέως ἀρχὴν ἔχοντος ἐν τῇ βασιλείᾳ, ποιήσασα ἐπίτροπον τοῦ υἱοῦ αὐτῆς ὀνομασθῆναι, τὰ κινητὰ πάντα ἑαυτῆς λαβοῦσα, καὶ εἰς πλοῖον ἐμβαλλομένη μετὰ φανερῶν παίδων καὶ ῥητῶν παιδισκῶν δρομαία κατέπλευσεν ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν. καὶ ταύτην καταλαβοῦσα, ἐκεῖ διαπωλήσασα τὰς ὕλας, καὶ εἰς χρυσὸν καλακερματίσασα, εἰσῆλθεν εἰς τὸ ὄρος τῆς Νιτρίας, τοῖς ἁγίοις πατράσιν περιτυγχάνουσα τοῖς περὶ τὸν μακάριον Παμβῶ, καὶ τὸν τοῦ Χριστοῦ δοῦλον Ἀρσίσιον, καὶ τὸν μέγαν Σεραπίωνα, καὶ τὸν ἅγιον Παφνούτιον, καὶ τὸν ἀοίδιμον Ἰσίδωρον τὸν ὁμολογητὴν, ἐπίσκοπον δὲ Ἑρμουπόλεως, καὶ τὸν δοκιμώτατον Διόσκορον· καὶ χρονίσασα παρ' αὐτοῖς ὡς ἥμισυ ἔτους, κυκλεύουσα ἀνὰ τὴν ἔρημον. καὶ πᾶσι συντυγχάνουσα τοῖς ἁγίοις. μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ Αὐγουσταλίου ἐξορίσαντος τοὺς ἁγίους πατέρας, Ἰσίδωρον, καὶ Πισίμιον, καὶ Ἀδέλφιον 4, καὶ Παφνούτιον, καὶ Παμβῶ, καὶ Ἀμμώνιον τὸν παρώτιον, καὶ ἑτέρους τινὰς, τοὺς πάντας δώδεκα ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους, καὶ λοιποὺς κληρικούς τε καὶ ἀναχωρητὰς, ὡς γίνεσθαι τὸν ἀριθμὸν ἑκατὸν εἴκοσι ἕξ, τοὺς πάντας δεκαδύο ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους εἰς τὴν Παλαιστίνην, περὶ τὴν Διοκαισάρειαν· ἐν οἷς καὶ αὐτὴ συνελθοῦσα ἡ μακαρῖτις ἐκ τῶν ἰδίων ὑπαρχόντων διακονοῦσα αὐτοῖς. κωλυομένων δὲ τῶν ὑπηρετουμένων αὐτοῖς, ὡς διηγοῦντο· (συνέτυχον γὰρ ἐγὼ τῷ ἁγίῳ Πισιμίῳ, καὶ Παφνουτίῳ, καὶ Ἰσιδώρῳ, καὶ Ἀμμωνίῳ·) αὕτη ἡ ἀνδρεία παιδαρίου καρακάλλιον λαμβάνουσα 5 καθ' ἑσπέραν εἰσέφερεν αὐτοῖς τὰ πρὸς τὰς χρείας. ἐγνωκὼς οὖν ὁ ὑπατικὸς τῆς Παλαιστίνης 6, θελήσας ἀπ' αὐτῆς τὸν κόλπον πληρῶσαι, καὶ προσεδόκησεν ταύτην καπνίσαι. καὶ κατασχὼν ἔβαλεν ταύτην εἰς φυλακὴν, ἀγνοῶν τὴν ἐλευθερίαν αὐτῆς συγκλεισθεῖσα δὲ ἡ θεοφιλὴς, δηλοῖ τῷ ὑπατικῷ, λέγουσα· ἐγὼ τοῦ δὲ μὲν γεγένημαι θυγάτηρ, τοῦ δὲ γυνὴ τοῦ ἐπιδόξου γένους, τὰ δὲ νῦν εἰμὶ δούλη Χριστοῦ. καὶ μὴ τῇ εὐτελείᾳ τοῦ σχήματός μου προσέχων καταπτύσῃς. δύναμαι γὰρ, ἐὰν θέλω, ἐμαυτὴν καὶ ὑψῶσαι καὶ ἐκδικῆσαι, καὶ οὐκ ἔχεις με ἐν τούτῳ καπνίσαι, οὐδὲ τῶν ἐμῶν τι λαβεῖν. ὥστε οὖν ἵνα ἀγνοήσας μὴ μέλλῃς ἐγκλή-

Vita Beatae Melaniae Romanae.

CAP. CXVII.

INter quas erat etiam beatissima Melania Romana, quae fuit quidem filia Marcellini Exconsulis, uxor cuiusdam viri, qui erat in magna auctoritate, cuius nominis non recte memini. Haec quum esset vidua agens annum vicesimum secundum, divino amore digna fuit habita, & nemini quidquam dicens; prohibebatur enim iis temporibus. Valente tenente imperium, quum curasset ut filii sui nominaretur tutor; ipsa acceptis suis mobilibus, & in navem iniectis cum aliquot famulis, & ancillis, cursu navigavit Alexandriam; & quum illic res suas vendidisset, & in aurum minutum convertisset, ingressa est in montem Nitriae, sanctos patres conveniens, Pambo, & Christi servum Arsisium, & Serapionem magnum, & Paphnutium Scetiotem, & Isidorum confessorem Episcopum Hermipolis, & Dioscorum, & versata est apud eos circiter annum dimidium, obiens solitudinem, & videns omnes sanctos. Post haec autem quum Augustalis Alexandriae relegasset Isidorum, & Pisimium, & Adelphium, & Paphnutium, & Pambo, & inter eos etiam Ammonium unam habentem auriculam, & duodecim Episcopos, & Presbyteros, & Clericos, & Anachoretas, ut essent omnes numero centum viginti sex, in Palaestinam circa Diocaesaream, ipsa eos est sequuta, eis ex suis propriis pecuniis subministrans. Quum autem prohiberentur ministri, ut narrabant, (conveneram enim sanctum Pisimium, Isidorum, & Paphnutium, & Ammonium:) haec fortis mulier induta servuli caracalla, vespere eis ferebat, quae erant ad usum necessaria. Quum autem id cognovisset Consularis Palaestinae, & vellet sinum suum implere, speravit fore ut eam terreret; eamque retentam coniecit in carcerem, ignorans eius libertatem. Haec autem significat ei dicens: Ego illius quidem fui filia, huius vero uxor, qui in terra fuit genere clarus; nunc autem sum Christi ancilla. Neque meum vilem habitum despexeris, possum enim me si velim extollere, nec potes me terrere, neque ex rebus meis aliquid accipere. Ne ergo forte ignorans in aliquod cri- Niceph. lib. 14. c. 52.

1 ἡ τρισμακαρία Μελάνη) De Melania, eiusque marito Piniano, vide Augustini Epist. CCXXIV. CCXXV. CCXXVII. Meminit quoque Hieronymus in Epistola ad Paulam, de obitu Bresillae; & Nicephorus lib. XIV. cap. LII. Videatur quoque eius Synaxarium in Menologio Graecorum ad diem XXXI. Decembris.

2 Μαρκελλίνου τοῦ ἀπὸ ὑπάτων) Fortassis hic est Marcellinus, quem Fasti consulem statuunt cum Probino, Impp. Constantino, Constantio, & Constante; anno Christi CCCXLI.

3 οὐ καλῶς τὸ ὄνομα ἐπίμνημαι) Scrib. οὗ οὐ καλῶς τ. ὄ. ἐ.

4 καὶ Ἀδέλφιον) De Adelphio vide Ioannem Moscum Limon. cap. CXXVIII. & Nicephorum lib. XIII. cap. XXVI.

5 καρακάλλιον λαμβάνουσα) Quid sit καρακάλλιον, vide Glossarium nostrum.

6 ὁ ὑπατικὸς τῆς Παλαιστίνης) Consulares per Orientem quinque erant; Palaestinae, Phaenices, Syriae, Ciliciae, Cypri. Vide universim de iis, quae in Glossario nostro dicimus, in voce Κονσιλάριος.

men incidas, quaenam ſim tibi declaravi. Oportet enim adverſus ſtolidos, tamquam cane, & accipitre uti animi elatione, & in tempore eorum ſuperbiae in ipſos immittere. Tunc certe iudex quum haec accepiſſet, ſe excuſavit, & eam oravit; & iuſſit eam abſque ullo impedimento cum ſanctis viris verſari.

ex timore tuo carnes meas; a iudiciis enim tuis timui. Et: *Vivo autem iam non ego; vivit vero in me Christus*. Concedatur vero, ut vos quoque hoc dicatis sobriae: *Ego fraterno meo, & fraternus meus mibi*. Aliquando quidem sponsus, aliquando vero frater; ut nihil cogitetur carnale. Si enim audieris sponsam, & sponsum, significat spiritalem unionem cum patre. Vidimus praeterea alios Patres, & Monachos per totam AEgyptum, multorum miraculorum signorumque editores; quorum non meminimus propter multitudinem; sed pauca pro multis narravimus. Quid enim dixerit quispiam de superiori Thebaide, quae est ad Syenen? in qua sunt viri maxime admirabiles, & multitudo Monachorum infinita; quorum non crediderit quis vitae instituta, quod humanam vitam excedant; qui etiam mortuos in hodiernum usque diem suscitant, & super aquas ambulant, sicut Petrus; tum quidquid Servator per sanctos effecit Apostolos, ea nunc quoque perficit. Sed quia maximum nobis imminebat periculum, si ultra Lyco transiremus, propter latronum irruptionem, non ausi sumus invisere illos sanctos Neque enim praedictos patres vidimus sine periculo, ac labore, nec sine difficultate adspeximus sacras has feminas; verum multa prius passi, & propemodum periclitati, vix adsequuti sumus, ut ea spectaremus. Septies enim in mortem incidimus; in octavo autem malum nos non attigit, quia Deus nos omnino servavit. Semel siquidem dum spatio quinque dierum, & noctium ambulamus per solitudinem, fame, & siti prope fuimus exanimati. Alias vero in acutas, & adsperas paludes delapsi, pedibus perforatis, adeo ut dolores essent intolerabiles, propemodum obriguimus, & enecti sumus. Tertio autem coeno ad lumbum usque inhaesimus, & non erat qui eriperet: tum has beati Davidis exclamavimus voces: *Salvum me fac Deus; quoniam intraverunt aquae usque ad animam meam: infixus sum in limo profundi, & non est substantia*. Item: *Eripe me de luto, ut non infigar*. Quartum vero fuit aquae multitudo, quae adfluxerat ex Nili incremento, quum tres dies per aquas incederemus, & in ostiis tantum non submersi sumus. Tunc clamavimus dicentes: *Non me demergat tempestas aquae, neque absorbeat me profundum*. Quinto autem incidimus in latrones ad littus maris, veniendo in Diolcon; qui nos etiam eo usque sunt persequuti, cupidi comprehendere, donec nobis parvus relinqueretur spiritus, quasi decies mille passus insectatis. Sexto vero Nilum navigantes, paene submersi sumus, ac eversi. Septimum fuit, quando in palude Mareotide, ubi charta nascitur, abiecti sumus in parvam insulam desertam, tresque noctes, ac dies sub dio mansimus, magno frigore, & imbribus in nos imminentibus: erat enim tempus Epiphaniorum. At de octavo supervacanea est narratio, utilis tamen. Nam quum per quemdam locum veniremus Nitrias, erat in ea regione magnum concavum aqua plenum, in quo multi remanserant crocodili, postquam aqua recessisset ex agris. Quoniam ergo tres crocodili in margine fossae extensi erant, accessimus visuri belluas, mortuas

ἐφ᾽

Psal. 118. 120.
Gal. 11. 20.
a Int. ὑμᾶς
Cant. 6. 2.
b Parad. MS. ἱστορίας
Ps. 68. 2. 3. 15. 16.
c Ib. πορευόμεναι

rati, quae statim in nos irruerunt. Nobis autem magna voce Dominum nominantibus, Christe adiuva, statim belluae tamquam ab Angelo aversae, seipsas in aquam iaculatae sunt; at nos Nitrias adsiduo cursu contendimus, Iobi vocem meditantes, ubi ait: *Septies de necessitatibus eruet te; in octavo autem non tanget te*
Iob. 5. 19. *malum*. Deo igitur agimus gratias, qui nos ex tot liberavit periculis, nobisque magna ostendit spectacula.

Vita Fratris, qui cum eo versabatur.

QVum ergo pauca dixero de fratre, qui mecum versatur a iuventute usque in hodiernum diem, hic deinceps finem imponam orationi. Eum ego cognovi longo tempore quum comederet, omni gulae adfectione caruisse, & itidem quum ieiunaret, adfectum non fuisse, ut qui, ut arbitror, vicisset adfectionem; longe remotum ab avaritia contentum semper praesentibus; non se ornantem vestibus; contemtum gratias agentem; pro germanis amicis pericula adeuntem. Daemones expertum plus quam millies; adeo ut quodam die cum eo daemon pactus sit, & dixerit: Paciscere mecum te vel semel peccaturum; & quam mihi in hac vita dixeris, vel nobilem, vel divitem eam ad te adducam. Et rursus quum aliquando quatuordecim noctes cum eo depugnasset, ut mihi narravit, & noctu pede traxisset, ipsum est adloquutus, dicens: Noli adorare Christum, & ad te non accedam, is respondens dixit: Propterea eum adorabo, & innumerabilibus amplius partibus glorificabo, & saepius orabo, quoniam eius cultus te male habet. In centum, & sex venit civitates, & in plurimis est etiam aliquo tempore versatus. Mulieris nullam habuit experientiam ne in somnis quidem, nisi si se somniaret a daemone fornicationis oppugnari. Ter eum novi cibis indigentem esculenta accepisse ab angelo. Quodam die quum in extrema solitudine ne micam quidem haberet, invenit in pelle ovina tres panes calidos paxamidios (a); aliquando rursus vinum, & panem. Aliquando rursus venit ad eum vox, dicens: Novi tibi deesse cibos: vade, & accipe ab illo homine frumentum, & oleum. Quum ergo venisset ad illum, ad quem missus fuerat, is ipsi dixit: Tu es ille monachus? tum ille, ita sum is, quem dicis. Subiecit alter: Pater familias iussit quidam te accipere triginta modios frumenti, & duodecim sextarios olei. De eo potero gloriari, ac praedicare qualis esset; quem novi saepe esse lacrimatum propter eos, qui ex necessitate laborabant inopia. Praebebat ergo si quid habebat, carne excepta. Novi etiam eum esse lacrimatum propter eum, qui ceciderat in peccata, & eum, qui ceciderat, adduxisse lacrimis ad poenitentiam. Is mihi aliquando hoc narravit. Deum rogavi, ut neminem compungeret, maxime ex divitibus, & improbis, ut mihi aliquid darent quod esset ad usum necessarium. Mihi autem

ἐφ' ἡμᾶς ὥρμησαν. ἡμῶν δὲ μεγάλῃ τῇ φωνῇ τὸν κύριον ὀνομασάντων, Χριστὲ βοήθει, εὐθὺς οἱ θῆρες ὥσπερ ὑπὸ ἀγγέλου ἀποστραφέντες, ἑαυτοὺς εἰς τὸ ὕδωρ ἠκόντισαν· ἡμεῖς δὲ δρόμῳ συχνῷ ἐπὶ τὰς Νιτρίας ἀπεληλύθαμεν, τὴν τοῦ Ἰὼβ φωνὴν μελετῶντες, ἔνθα φησίν. ἑπτάκις ἐξ ἀναγκῶν ἐξελεῖταί σε, ἐν δὲ τῷ ὀγδόῳ οὐ μὴ ἅψηταί σου κακόν. εὐχαριστοῦμεν οὖν τῷ Θεῷ τῷ ἐκ τοσούτων ἡμᾶς κινδύνων ῥυσαμένῳ, καὶ μεγάλας θεωρίας ἡμῖν ἐπιδείξαντι.

Περὶ τοῦ συνόντος μοι ἀδελφοῦ.

ὈΛίγα τοίνυν τοῦ συνόντος μοι ἀδελφοῦ ἀπὸ νεότητος ἕως τῆς σήμερον εἰρηκὼς ἐνταῦθα λοιπὸν καταπαύσω τὸν λόγον. τοῦτον ἐγὼ ἔγνων ἀκριβῶς ἐκ μακρῶν τῶν χρόνων τὴν ἀρίστην πολιτείαν κατορθώσαντα, καὶ παθῶν κατακρατοῦντα. καὶ οἶδα ἐγὼ τοῦτον ἀκριβῶς, μὴ φαγόντα πάθει, μὴ προσπαθῶς νηστεύσαντα, νικήσαντα ὡς νομίζω πάθος φιλαργυρίας, τὸ πλεῖστον κενοδοξίας ἐκφυγόντα, ἀρκούμενον ἀεὶ τοῖς παροῦσιν, μὴ καλλωπιζόμενον ἐν ἱματίοις, καταφρονούμενον ὑπό τινων ἢ κατευτελιζόμενον εὐχαριστεῖν, ὑπερκινδυνεύοντα γνησίων φίλων, πεῖραν λαβόντα δαιμόνων ἕως χιλιάκις, καὶ ἐπάνω. ὡς καὶ μιᾷ τῶν ἡμερῶν δαίμονα αὐτῷ συντετυχηκέναι, καὶ εἰπεῖν. μόνον σύνθου μοι τοῦ κἂν ἅπαξ ἁμαρτῆσαι, καὶ ἣν ἂν δόξῃ σοι εἰπεῖν εὐγενίδα, καὶ πλουσίαν, ἐγώ σοι ἄξω εὐχερῶς. καὶ πάλιν ἄλλο τε πυκτεύσας ὁ τῆς βλασφημίας δαίμων ἐν νυχθημέροις δεκατέσσαρσιν, ὡς αὐτὸς μοι διηγεῖτο, καὶ ἐν νυκτὶ σύρας τοῦτον ἐκ ποδὸς φωνῇ ἐπάνδρῳ προσομίλει λέγων, μὴ προσκύνει τὸν Χριστόν. καὶ οὐ μή σοι προσεγγίσω τὴν δὲ ἀποκρινάμενον εἰπεῖν αὐτῷ. διὰ τοῦτο δὲ αὐτὸ, ἐπειδή σοι τοῦτο ἀηδίζῃ, ἐγὼ αὐτὸν προσκυνήσω καὶ δοξάσω. καὶ πάλιν, καὶ πολλάκις πολυπλασίως δεηθήσομαι, καὶ ἕως ἔνεστί μοι πνεῦμα τοῦτον ἱκετεύσω, διὰ τό σε ἐναντιοῦσθαι τῇ τοῦ Θεοῦ λατρείᾳ. ἑκατὸν ἓξ πόλεις πατήσας, ἐν δὲ ταῖς πλείσταις καὶ χρονίσας, γυναικὸς πεῖραν οὐκ ἔσχεν ἐλέει τοῦ Χριστοῦ, οὐδὲ τὸ κατ' ὄναρ, πλὴν τοῦ πολέμου τοῦ κατὰ τὴν πορνείαν δαίμονος. τρίτον τοῦτον ἔγνων ἔχοντα χρείαν βρωμάτων, ἐκ χειρὸς ἁγίων ἀγγέλων λαβόντα. ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν εὑρεθεὶς ἐν ἀκροτάτῃ ἐρημίᾳ, καὶ μηδ' ὅλως βρῶμά τι βαστάζων, τρεῖς ἄρτους εὗρεν θερμοὺς ἐν τῇ μηλωτῇ. ἄλλοτε πάλιν παξαμάδας. καὶ εἰς τὸ τρίτον οἶνον μετὰ ἄρτον. ἔγνων πάλιν τοῦτον λειπόμενον ἀναλωμάτων ἀκοῦσαι παρ' ἀγγέλου ὅτι ἀπελθὼν λάβε παρὰ τοῦ δὲ ἔλαιον καὶ σῖτον. ὁ δὲ μηδὲν διακρίνας ἀπῆλθε πρὸς τὸν μηνυθέντα αὐτῷ. ὁ δὲ ἰδὼν αὐτὸν, λέγει αὐτῷ. σὺ εἶ ὁ δεῖνα ὁ μονάζων; ἀποκρίνεται, καὶ λέγει. ναί. ἐγώ εἰμι ὃν λέγεις. ὁ δέ. ὁ οἰκοδεσπότης ἐκέλευσέν σοι δοθῆναι τριάκοντα μοδίους σίτου, καὶ δώδεκα ξέστας ἐλαίου. ὑπὲρ τοῦ τούτου καυχήσομαι, οἷος ἦν οὗτος ὃν ἐγὼ ἔγνων τοῦτον οἶδα ἐγὼ δακρύσαντα ἐπὶ ἀνδρῶν ἐν ἀνάγκῃ ὄντων, καὶ ἀπορουμένων ἐν πενίαις, παρεσχηκότα εἴτε εἶχεν πλὴν τῆς ἑαυτοῦ σαρκός. οἶδα τοῦτον ἐγὼ κλαύσαντα καὶ ἐπὶ ἐκπεσόντος ἐν ἁμαρτίαις. ὃς τοῖς δάκρυσιν εἰς μετάνοιαν ἤγαγεν τὸν ἐκπεσόντα. οὗτος μοί ποτε διωμόσατο, ὅτι τοῦ Θεοῦ ἐδεήθην μηδένα νύξαι μάλιστα τῶν φαύλων πλουσίων ἐπὶ τὸ δοῦναι μοί τι τῶν χρειῶν λειπομένων. ἐμοὶ δὲ τοῦτο ἀρκεῖ τὸ μνήμην πεποιῆσθαι

(a) Hos Paxamidios panes adpellat paximacia Cassianus coll. 2. cap. 19. erant vix unius librae & bis cocti; nam παξιμάδιον, sive παξαμὰς, bis coctum significat.

ποιῆσθαι καταξιωθῆναι παρὰ τῆς θείας χάριτος τούτων ἁπάντων. καὶ δυνηθῆναι ταῦτα γραφῇ παραδεδωκέναι. οὐκέτι γάρ, ὡς οἶμαι, τὸ κινηθῆναί σου τὴν ἀγαθὴν διάνοιαν ἄνευ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας εἰς τὸ ἐπιτάξαι τῇ ἐμῇ οὐθενείᾳ τὴν σύνταξιν τοῦ βιβλίου τούτου ποιῆσαι, καὶ γραφῇ παραδοῦναι τοὺς βίους τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων. σὺ δέ γε πιστότατε δοῦλε τοῦ Χριστοῦ τίμιε Λαῦσε, καὶ πασῶν ἐμοὶ φίλη καὶ γνησιωτάτη κεφαλή, ἡδέως ἐντυγχάνων ταύτῃ τῇ βίβλῳ, ἱκανὴν ὠφέλειαν ἐπὶ τῇ τῶν δικαίων ἀναστάσει παρέξεις σου τῇ ἀθανάτῳ ψυχῇ. τῶν ἀοιδίμων ἀθλητῶν τὰς ἐναρέτους πολιτείας, καὶ τοὺς βίους, καὶ τοὺς πόνους, καὶ τὴν τοσαύτην ὑπομονήν, καὶ καρτερίαν σκληραγωγίας λαμβάνων ἐν νῷ, ἕπου τούτοις προθύμως. χρηστῇ καὶ ἀκηράτῳ τρεφόμενος ἐλπίδι βραχυτέρας ἀεὶ τὰς ἔμπροσθεν τῶν ὄπισθεν ὁρῶν ἡμέρας. καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ προσεύχου σεαυτὸν διατηρῶν ἀνεπίληπτον. καὶ φυλάττων ἀκέραιον οἷον σε οἶδα, καὶ εἶχον ἀπὸ τῆς ὑπατείας Τατιανοῦ μέχρι τῆς σήμερον 1. καὶ οἷόν σε πάλιν εὗρον τοῖς τρόποις χρηστότερον χειροτονηθέντα πραιπόσιτον τοῦ εὐσεβεστάτου κοιτῶνος. ὃν γὰρ ἀξία τοιαύτη μετὰ χρημάτων τοσούτων, καὶ ἐξουσίας τηλικαύτης, τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐποίησεν χεῖρον, οὗτος ἀνάκειται τῷ Χριστῷ, τῷ ἀκούσαντι ὑπὸ τοῦ διαβόλου. ταῦτά σοι πάντα δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι. ἀλλὰ τοῦτον κατῄσχυνεν ὁ Κύριος, εἰπών, ὕπαγε ὀπίσω μου. ὃν δὴ καὶ αὐτὸς μιμούμενος, τὸν ῥέοντα πλοῦτον παρωσάμενος, καὶ τὴν σκιώδη δόξαν τοῦ παρόντος βίου, τὴν οὐράνιον ἐπιποθεῖς ἀκήρατον ζωήν, καὶ ἀΐδιον βασιλείαν, καὶ μένουσαν δόξαν καὶ ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον, καὶ τὰ ἀπόῤῥητα ἀγαθά. ἃ οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη. ὧν ἡμᾶς ὁ Κύριος κληρονόμους ἀναδείξειε σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις πατριάρχαις τε καὶ προφήταις, ἀποστόλοις καὶ μάρτυσι, καὶ ὧν τὴν μνήμην, ἐν τῇ βίβλῳ ταύτῃ πεποιήμεθα· χάριτι αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, μεθ᾽ οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Η ΚΑΤ᾽

hoc sufficit, quod dignus sum habitus, qui horum omnium meminissem, quae scriptis mandavi. Non enim sine Dei numine hoc factum est, ut mens tua moveretur, ut iuberes me hunc librum scribere, scriptis, inquam, tradere vitam horum sanctorum, & beatorum Patrum. Tu autem fidelissime Christi serve, ac venerande Lause, & caput mihi amicissimum, & maxime carum, hunc librum lubenter legens, magnam tuae immortali animae praebebis utilitatem in iustorum resurrectione, inclitorum rectae vitae athletarum instituta, labores, & tantam tolerantiam, vitaeque duriter actae patientiam mente complectens. Quamobrem ea promto, & alacri animo sequere, bona, & incorrupta spe nutritus, semper retro videns dies, qui ante sunt breviores, & ora pro me; teipsum conservans alienum a reprehensione, & custodiens integrum; qualem te novi, & habui, a consulatu Tatiani usque in hodiernum diem; & qualem te rursus novi meliorem moribus, & electum praepositum in conservando maxime pio cubili. Nam quum sis in tanta dignitate, in tot, & tantis pecuniis, & tanta potestate, non fecisti peius, quam Dei postularet metus. Is est Christo dedicatus, qui audiit a diabolo. Haec omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. Sed eum Dominus pudore adfecit, dicens: Vade post me. Quem quidem tu quoque imitans, fluentibus expulsis divitiis, & umbratili gloria vitae praesentis, caelestem desiderasti, & immortalem vitam, regnumque aeternum, & manentem gloriam, & bona arcana, quae neque oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis adscenderunt. Quorum nos Dominus efficiat heredes cum sanctis eius patriarchis, & prophetis, & apostolis, & martyribus, & iis, quorum mentionem fecimus in hoc libro, gratia ipsius Servatoris nostri Iesu Christi. Cum quo Patri gloria cum Sancto Spiritu. In secula seculorum. Amen.

Matth. 4.

AEGY-

1 ἀπὸ τῆς ὑπατείας Τατιανοῦ μέχρι τῆς σήμερον) Fuit Tatianus hic Consul cum Symmacho, ut testantur Fasti Siculi, & Capitolini, anno Vrbis Conditae cIↄ. c XLIII. qui erat Christi CCCXCI. Exstatque Rescriptum non unum in Cod. Theodosii, & Iustiniani, his Coss. datum. Sed corrigendi Fasti Capitolini; in quibus editur: *Ti. Fabius Titianus. Q. Aur. Avianus Symmachus*. Rescrib. *T. Fab. Tatianus* Idem mendum est in Chronico Cassiodori. Apud Diaconum lib. x. legitur Consul Tatianus cum Feliciano. *In villa publica morbo consumtus est, facto testamento tribus filiis, consulatu Feliciani, & Tatiani.* An hic ille ipse? Non arbitror: nam intervallum est annorum LIV Sed scribendum hic, *F. & Titiani*. Ita scribitur quoque in Rescriptis aliquot Imperatorum, in Fastis, & Chronico

A Cassiodori. His autem Coss. mortuus est Constantinus Magnus, testibus Fastis, & Diacono, loco citato. Itaque errare existimo Cassiodorum, qui biennio post factum id tradit, Coss. Constantio, & Constante. Sed, quia occasio est, pergam in Fastis illis Capitolinis alterum locum emendare, corruptum nominis vicinitate. Annis XXII. post Felicianum & Titianum Consules leguntur: *Titius Fabius Titianus, &, Neratius Cerealis.* Nec aliter in Chronico Cassiodori: *Titianus, & Cerealis.*

B Sed utrobique pro *Titianus*, rescribendum *Datianus*. Recte enim Fasti Siculi. Δατιανοῦ καὶ Κερεαλίου. Ammianus lib. XVII. *Datiano, & Cereali Coss. cum universa per Gallias studio cautiore disponerentur*, &c. Et in Codice utroque Rescripta occurrunt, quae diserte cum *Cereali* nominant *Datianum*.

Vita Patrum lib. 2. init.

AEGYPTIORUM MONACHORUM HISTORIA SIVE PARADISUS.

Η ΚΑΤ' ΑΙΓΥΠΤΟΝ ΤΩΝ ΜΟΝΑΧΩΝ ΙΣΤΟΡΙΑ ΗΤΟΙ ΠΑΡΑΔΕΙΣΟΣ.

Ex Tomo III. Monum. Eccles. Io. Bapt. Cotelerii.

1. Tim. 11. 4.



BEnedictus Deus, *qui vult omnes homines salvos fieri, & ad adgnitionem veritatis venire;* qui etiam nos deduxit in AEgyptum, ostenditque nobis magna, & mirabilia, memoratu, ac scriptu digna; qui nobis dedit occasionem salutis, & cognitionem salutem cupientibus consequi, bonae vitae exemplum[a], nec non praeclaram narrationem, quae animam ad pietatem excitare valeat; denique vitae, & conversationis virtutibus ornatae monumentum. Ego vero indignus, qui huiusmodi narrationem adgrediar; quia non decet, ut parvi magna attingant argumenta, quum non possint[b] condigne veritatem edisserere, maximeque rem scriptis consignare, per mediocrem sermonem effatu difficilia effari audendo; id quod valde nimiumque audax est, ac periculosum, nobis, qui viliores sumus, primo ad hanc celsissimam materiam per scripta accedere. Verumtamen quoniam saepe saepius rogatus fui a religiosa fraternitate, quae in monte sancto Oliveti commoratur, ut iis describerem AEgyptiorum Monachorum vivendi rationes, quas conspexi, magnam eorum caritatem, & multam exercitationem pietatis, illorum precibus confidens, hanc relationem suscipere ausus sum; quo & mihi nonnihil lucri accedat ex eo emolumento, dum ipsorum imitatus fuero vitam, atque absolutam[c] a mundo secessionem, itemque quietem, per tolerantiam virtutum, quam ad finem usque retinent. Vere enim intuitus sum Dei thesaurum, multorum utilitatem. Verum in usum communem lucrum produxi, ratus praeclaram mihi fore huiusmodi negotiationem, si commodi fratres participes facerem, ut pro mea precentur salute. Primo itaque hanc conscriptionem instituam, adsistente Servatore nostro Iesu Christo; quandoquidem iuxta ipsius doctrinam, hoc pacto vitam suam AEgyptii Monachi moderantur. Vidi quippe illic multos patres, Angelicam vitam agentes, ac in Servatoris nostri Iesu imitatione incedentes, novos quosdam, aliosque prophetas, ex ista divina, & admirabili vitae conversatione, virtutibus referta, vim, & efficaciam adeptos plane divinam; re vera Dei famulos, qui nihil terrenum saperent, nihil ex istis temporalibus aestimarent. Qui profecto dum sic in terra vivunt, in caelis conversantur. Scilicet eorum nonnulli ne quidem quod sit in terra mundus alius norunt, neque quod malitia in urbibus versetur, ac exerceatur; sed vere *Pax multa diligentibus legem*, dicit Dominus omnipotens. Multi autem ex eorum numero etiam stupent, quum res saeculi audiunt, prorsus obliti terrestrium curarum. Cernere licet eos, in desertis dispersos, tamquam

a *Al.* ἱκανὴν

b *Abest ab al.*

c *Al. infer.* ἕως.



ΕΥλογητὸς ὁ Θεὸς, ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· ὁ καὶ ἡμᾶς καθοδηγήσας ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, καὶ δείξας ἡμῖν μεγάλα καὶ θαυμαστὰ, καὶ μνήμης, καὶ γραφῆς ἄξια· ὁ δοὺς ὑπόθεσιν ἡμῖν σωτηρίας, καὶ γνῶσιν τοῖς ἐθέλουσι σωθῆναι, ὑπόδειγμα ζωῆς ἀγαθῆς, καὶ ὑφήγησιν ἀγαθὴν[a], διεγεῖραι ψυχὴν πρὸς εὐσέβειαν δυναμένην, καὶ ἐναρέτου πολιτείας καλὸν ὑπόμνημα. κἀγὼ μὲν ἀνάξιος ὢν τῆς τοιαύτης ὑφηγήσεως κατάρξασθαι, διὰ τὸ μὴ ἱκανὸν εἶναι, τοὺς μικροὺς, τῶν μεγάλων ἐφάπτεσθαι ὑποθέσεων, μὴ[b] ἐπαξίως δυναμένους τὰ ἀληθῆ ἐξειπεῖν, καὶ μάλιστα γραφῇ παραδοῦναι τὸ πρᾶγμα, καὶ μετρίῳ λόγῳ τὰ δύσφραστα φράζειν κατατολμῶντας. ὅπερ καὶ τολμηρότερον ἄγαν καὶ ἐπικίνδυνον, εὐτελεστέροις οὖσιν ἡμῖν, πρώτως ἐπὶ τὴν ὑψηλοτάτην ταύτην ὑπόθεσιν, διὰ γραμμάτων χωρεῖν. ὅμως παρακληθεὶς συνεχῶς ὑπὸ τῆς εὐλαβοῦς ἀδελφότητος, τῆς ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει τῶν ἐλαιῶν πολιτευομένης, γράψαι αὐτοῖς τὰς τῶν ἐν Αἰγύπτῳ μοναχῶν πολιτείας, ἃς ἐθεασάμην, τὴν πολλὴν ἀγάπην αὐτῶν, καὶ πολλὴν ἄσκησιν· ταῖς αὐτῶν εὐχαῖς καταπιστεύσας, ἐτόλμησα πρὸς τὴν διήγησιν ταύτην τραπῆναι· ἵνα κἀμοί τι κέρδος γένηται τῆς αὐτῆς ὠφελείας μιμησαμένῳ αὐτῶν τὴν πολιτείαν, καὶ τὴν παντελῆ τοῦ κόσμου ἀναχώρησιν καὶ ἡσυχίαν, διὰ τῆς ὑπομονῆς τῶν ἀρετῶν, [c] μέχρι τέλους κατέχουσιν. ἴδον γὰρ ἀληθῶς τὸν τοῦ Θεοῦ θησαυρὸν, τὴν τῶν πολλῶν ὠφέλειαν. ἀλλ' εἰς κοινὸν τὸ κέρδος ἤγαγον, ἡγησάμενος ἔσεσθαί μοι καλὴν ταύτην ἐμπορίαν, τὸ μεταδοῦναι τοῖς ἀδελφοῖς τῆς ὠφελείας, ἵνα εὔξονται ὑπὲρ τῆς ἐμῆς σωτηρίας. πρῶτον μὲν ποιήσομαι τὴν γραφὴν ταύτην, τῇ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ· καὶ ὅτι κατὰ τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν οἱ ἐν Αἰγύπτῳ μοναχοὶ ἄγουσιν αὐτὴν ἑαυτῶν πολιτείαν. ἴδον γὰρ ἐκεῖ πολλοὺς πατέρας, ἀγγελικὸν βίον βιοῦντας, καὶ κατὰ μίμησιν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ ἐρχομένους, καὶ νέους τινὰς καὶ ἄλλους προφήτας, κατὰ τὴν πολιτείαν ἔνθεον αὐτὴν καὶ θαυμαστὴν καὶ ἐνάρετον ἔχοντας ἐνέργειαν θεοειδῆ· ὡς ἀληθῶς Θεοῦ θεράποντας, οὐδὲν γήϊνον φρονοῦντας, οὐδέ τι τῶν προσκαίρων τούτων λογιζομένους. ἀλλ' ὄντως οὗτως ἐπὶ γῆν ζῶντες, ἐν οὐρανοῖς πολιτεύονται. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν οὐδ' ὅτι κόσμος ἐστὶν ἕτερος ἐπὶ γῆς ἐπίστανται, οὐδ' ὅτι κακία ἐν πόλεσιν ἐμπολιτεύεται· ἀλλ' ὄντως εἰρήνη πολλὴ τοῖς ἀγαπῶσι τὸν νόμον, λέγει κύριος παντοκράτωρ. πολλοὶ δὲ ἐξ αὐτῶν καὶ ξενίζονται, τὰ ἐν τῷ κόσμῳ ἀκούοντες, λήθην παντελῶς τῶν γηΐνων φροντίδων ἔχοντες. ἔστι γὰρ αὐτοὺς ἰδεῖν ἐν ταῖς ἐρήμοις σποράδην. οἷά τε υἱοὺς γνησίους, τὸν ἑαυτῶν πα-

πατέρα, τὸν Χριστὸν περιμένοντας· ἢ στρατιάν τινα, τὸν ἑαυτῶν βασιλέα· ἢ οἰκετίαν σεμνὴν, τὸν ἑαυτῶν δεσπότην καὶ ἐλευθερωτὴν ἀναμένοντας. οὐ φροντὶς ὑπάρχει παρ' αὐτοῖς, οὐκ ἐσθῆτος, οὐ βρωμάτων μέριμνα, ἀλλὰ προσδοκία μόνη ἐν ὕμνοις τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας. τοίγαρουν ὅταν τις αὐτῶν ἐν ταῖς ἀναγκαίαις χρείαις ἐλλείπηται, οὐ πόλιν ἐπιζητεῖ, οὐ κώμην, οὐκ ἀδελφὸν, οὐ φίλον, οὐ συγγενῆ, οὐ γονεῖς, οὐ τέκνα, οὐκ οἰκετίαν, ἵνα ἐκεῖθεν τὰς χρείας πορίσεται· ἀλλ' ἡ βούλησις ἤρκεσε μόνη, πρὸς ἱκεσίαν τὰς χεῖρας ἐκτείνασα, καὶ λόγους εὐχαριστίας Θεῷ ἐκ χειλέων προφέρουσα, ταῦτα ἐξ ἀμηχάνων αὐτῷ πάντα παραστῆσαι καὶ τί δεῖ πολλὰ λέγειν περὶ τῆς εἰς τὸν Χριστὸν αὐτῶν πίστεως, δυναμένης καὶ ὄρη μεθιστάναι; πολλοὶ γὰρ αὐτῶν καὶ ποταμῶν ῥεύματα ἔστησαν, καὶ τὸν Νεῖλον ἐπέζευσαν, καὶ θῆρας ἀπέκτειναν, καὶ ἰάσεις, καὶ θαύματα, καὶ δυνάμεις, ὅσας οἱ ἅγιοι ἐποίουν, προφῆται καὶ ἀπόστολοι, ἐπετέλεσαν. καὶ ὡσαύτως δι' αὐτῶν θαυματουργεῖ ὁ σωτήρ. καὶ πᾶσιν εὔδηλόν ἐστι τοῖς ἐκεῖ, ὡς δι' αὐτῶν ἕστηκεν ὁ κόσμος, καὶ δι' αὐτοὺς παρὰ Θεῷ ἕστηκε καὶ τετίμηται ἡ ἀνθρωπίνη ζωή. ἴδον δὲ καὶ ἕτερον πλῆθος ἄπειρον μοναχῶν, καὶ μὴ δυνάμενον ἀριθμῷ ὑποβάλλεσθαι, πᾶσαν ἡλικίαν ἔχον ἐν ταῖς ἐρήμοις, καὶ ἐν ταῖς χώραις, ὅσον οὐ δύναται βασιλεὺς γήϊνος ἑαυτῷ στράτευμα συναθροῖσαι. οὐ γάρ ἐστι κώμη, οὔτε πόλις ἐν Αἰγύπτῳ τε καὶ Θηβαΐδι. ἣ οὐχὶ τοῖς μοναστηρίοις, καθάπερ τείχεσι περιβέβληται· καὶ ταῖς αὐτῶν εὐχαῖς οἱ λαοὶ, ὥσπερ ἐπὶ τῷ Θεῷ ἐπερείδονται. καὶ οἱ μὲν ἐν τοῖς σπηλαίοις, ἐν ἐρήμοις, οἱ δὲ ἐν τοῖς ἀποτάτροις [a], πάντες πανταχοῦ φιλονεικότατον ἀλλήλων, τὴν ἑαυτῶν ἄσκησιν θαυμαστὴν ἐπιδείκνυνται. οἱ μὲν πόῤῥωθεν σπουδάζοντες, μή τις ἕτερος ἐν τοῖς κατορθώμασι αὐτοὺς ὑπερβάλλοι· οἱ δὲ ἐγγύθεν, μὴ τῆς κακίας αὐτοῖς πανταχόθεν ὀφλούσης, ἧττον τῶν ποῤῥωτάτω εὐδοκιμήσουσιν. ὅθεν πολλὴν ὠφέλειαν ἐξ αὐτῶν πορισάμενος, ἐπὶ τὴν ἐξήγησιν ταύτην ἐχώρησα· πρὸς ζῆλον μὲν καὶ ὑπόμνησιν τῶν τελείων, πρὸς οἰκοδομὴν δὲ καὶ ὠφέλειαν τῶν ἀρχομένων ἀσκεῖν.

Παράδεισος.

Πρώτην οὖν Θεοῦ θέλοντος ἀρχὴν ποιήσωμαι [b] ὑφηγήσεως, τὴν τῶν ἁγίων καὶ μεγάλων πατέρων πολιτείαν ἐκδιηγούμενος, ὡς ὅτι καὶ νῦν τὰ αὐτὰ [c] ὁ σωτὴρ δι' αὐτῶν ἐνεργεῖ, ἅπερ διὰ τῶν προφητῶν καὶ ἀποστόλων ἐνήργησεν. ὁ γὰρ αὐτὸς κύριός ἐστι, καὶ τότε καὶ νῦν καὶ εἰς ἔπειτα, ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσιν. ἐθεασάμην οὖν ἐγὼ ἐν τοῖς ὁρίοις τῆς Λύκων τῆς Θηβαΐδος, τὸν μέγαν καὶ μακάριον Ἰωάννην, &c.

Περὶ τῆς Ὀξυρύγχου πόλεως.

Παραγενόμεθα δὲ καὶ εἰς Ὀξύρυγχόν τινα πόλιν τῆς Θηβαΐδος, ἧς οὐκ ἔστιν εἰπεῖν κατ' ἀξίαν τὰ θαύματα. γέμει γὰρ ἔνδοθεν οὕτως μοναστηρίων, ὡς τὰ τείχη ὑπ' αὐτῶν ἐξωθεῖσθαι [d] τῶν μοναχῶν· περιέχεται δὲ ἔξωθεν ἑτέροις μοναστηρίοις, ὡς ἄλλην εἶναι παρὰ ταύτην τὴν ἔξω πόλιν. ἔγεμον δὲ τῆς πόλεως οἱ ναοὶ καὶ τὰ

quam germanos liberos patrem suum Christum praestolantes; aut instar exercitus, regem, vel familiae rectae compositae, dominum suum, & liberatorem, exspectantes. Nulla apud eos solicitudo, non vestimenti, non de cibis cura, sed unica inter hymnos exspectatio adventus Christi. Quocirca quoties aliquis ex ipsi rebus ad usum necessariis indiguerit, non civitatem requirit, non vicum, non fratrem, amicum, cognatum, parentes, liberos, famulos, ut inde ea comparet quibus opus habet; sed sola sufficit voluntas, quae extendens manus ad supplicationem, & labia ad gratias Deo agendas aperiens, cuncta haec ei stupendo modo exhibeat. Et vero quid plura dicamus de fide illorum erga Christum, quae possit etiam montes transfere? Matth. 17. 19. Nam ipsorum complures fluviorum irrumpentes undas retinuerunt, Nilum pedibus transierunt, feras premerunt, atque morborum curationes, miracula, maximae potentiae opera ediderunt, qualia sancti faciebant Prophetae atque Apostoli; consimili modo per ipsos mirabilia operatur Servator; cunctisque illius regionis hominibus clarum est, per eos mundum consistere, per eos stare apud Deum, & honore adfici vitam humanam. Vidi quoque aliam immensam multitudinem Monachorum, quaeque sub numerum cadere nequit, constantem omni aetate, in desertis, in regionibus, tantam, ut non possit terrenus imperator adeo ingentem sibi exercitum cogere. Non est enim villa neque urbs in AEgypto, ac Thebaide, quae non Monasteriis, sicut muris cincta sit; eorumque precibus populi, tamquam in Deo innituntur. Atque alii in speluncis, per eremos, alii in locis remotissimis, omnes ubique, inter se maxime contendendo, mirabilem suam ostendunt exercitationem; qui sunt de longinquo connituntur ne quis alius ipsos in recte factis superet, ceteri de proximo, ne malitia eos undique premente, minus quam remotissimi comprobentur. Vnde plurimum emolumenti quum ex ipsis cepissem, in hanc deveni enarrationem, ad aemulationem, & commonitionem perfectorum, aedificationem vero ac utilitatem eorum, qui in sanctitate exercere se incipiunt.

a Al. ἀποτακτικοῖς

Paradisus.

Initium itaque narrationis, Deo volente, faciam, sanctorum magnorumque Patrum vitam, & gesta enarraturus; quod nunc etiam Servator eadem per illos operetur, quae per Prophetas, & Apostolos edidit. Idem quippe est Dominus, & tunc, & nunc, & in posterum, cuncta in cunctis efficiens. Vidi ergo ego in finibus Lyco, quae urbs Thebaidis est, magnum beatumque Ioannem.

b Al. ποιήσω

c Al. ἱκανῶ

De Oxyryncho civitate.

Venimus autem & ad Oxyrynchum civitatem quamdam Thebaidis, cuius mirabilia pro dignitate narrare non licet. Adeo enim repleta est intus Monasteriis, ut muri ex ipsis personent Monachis; circumdatur autem extrinsecus aliis Monasteriis, instar alterius exterioris civitatis. Referta quoque erant urbis templa, & ca-

d Al. λικῶ

& capitolia Monachis, perque omnes urbis regiones habitabant Monachi. Nam duodecim in ea sunt Ecclesiae, utpote maxima civitate, in quibus plebs congregatur. Etenim Monasteriorum oratoria, per unumquodque Monasterium sunt; denique fere Monachi numero superant cives saeculares, ad omnes introitus urbis, & in portarum turribus positi. Certe intro dicebantur esse Monachi quinquies mille, totidemque extra per ambitum; neque hora erat diurna vel nocturna, in qua Deo sacrum cultum non exhiberent. Sed nec ullus erat incola Haereticus aut Paganus, imo omnes pariter cives, fideles, & Catechumeni; ita ut possit Episcopus in platea pacem dare populo. Porro magistratus eorum, ac principes viri, qui munera populis erogant, ad portas, & ad ingressus speculatores collocant, ut sicubi peregrinus aliquis pauper adparuerit, ad eos ducatur, accepturus in solatium sumtus necessarios. Iam quo modo retulerit quispiam pietatem populorum, quum nos hospites viderunt, per forum transeuntes, atque ad nos velut ad Angelos accesserunt? Quo modo enarraverit multitudinem Monachorum, & virginum, numerum excedentium? Attamen quod a sancto loci Episcopo compertum habuimus, indicabimus, habuisse illum sub sua potestate decem millia Monachorum, viginti millia virginum. Ceterum hospitalitatem eorum, & caritatis magnitudinem edicere non valeo. Discindebantur enim pallia nostra, dum singuli nos ad se pertraherent. Atque illic vidimus multos magnosque patres, diversis charismatum donis ornatos, alios in sermone, alios in vitae institutis, alios in prodigiis, virtutibus, & signis.

a Al. αὐτὸν
b Al. ἔχοντος.
c Al. inser. τε
d Al. ἐκκατείρων

De Abbate Evagrio.

Vidimus pariter Evagrium virum sapientem, & doctum, qui cogitationum discernendarum vi valde praeditus fuit, per experientiam id rei consequutus, qui saepe in Alexandriam descendens, Graecorum Ethnicorumque Philosophis os obturabat. Is admonuit fratres, qui nobiscum erant, ne aquam ad satietatem biberent. Daemones enim, inquiebat, loca, quae aquas fundunt, adsidue incursant. Sed & multos alios de sancta exercitatione nobis protulit sermones, quibus animas nostras confirmabat.

e Al τοῖς ὑδροκέλλοις τόποις
Al τοὺς ὑδροτελεῖς

De Abbate Patermuthio.

Erat enim ante nos quidam pater, nomine Patermutius, qui primus illius loci Monachorum exstitit, & Monachicam hanc vestem primus ipsis adinvenit. Is quum principio esset princeps latronum, ac vespillo Gentilium, famosusque in nequitia, hanc nactus est occasionem salutis. Advenit nocte aliquando ad virginem aliquam, ipsius Monasterium depraedari animo meditatus; quumque nonnulla machina in tecta conscendisset, nec inveniret, qua in conclave ingrederetur, & qua rursus recederet, remansit in tecto cogitabundus usque ad ortum diei; parumque obdormiens, videt quasi regem quemdam, qui dicebat ipsi in somnis, ne amplius circa sepulcra, homicidia, parvaque haec furta vaca-

f Al. Πατερμούθιος
Al. Μούθιος
g Al. πρῶτος
h Al. πῶς
i Al. πῶς
k Al. βασιλέα τινὰ λέγοντα
l Al. τάφους

καὶ τὰ καπετώλια τῶν μοναχῶν, καὶ κατὰ πᾶν μέρος τῆς πόλεως ᾤκουν οἱ μοναχοί. δεκαδύο γάρ εἰσιν ἐν αὐτῇ ἐκκλησίαι, μεγίστης οὔσης τῆς πόλεως, ἐν αἷς οἱ ὄχλοι συνάγονται. τὰ γὰρ τῶν μοναχῶν εὐκτήρια, καθ᾽ ἕκαστον ἦν μοναστήριον καὶ σχεδὸν πλείους ἦσαν οἱ μοναχοί, ὑπὲρ τοὺς κοσμικοὺς πολίτας, κατὰ πάσας τὰς εἰσόδους τῆς πόλεως, καὶ ἐν τοῖς πύργοις τῶν πυλῶν καταμένοντες. πεντακισχίλιοι μὲν γὰρ μοναχοὶ ἐλέγοντο εἶναι ἔνδοθεν, τοσοῦτοι δὲ αὐτὴν ἔξωθεν περιέχοντες· καὶ οὐκ ἦν ὥρα ἡ μερικὴ οὐδὲ νυκτερινή, ἐν ᾗ τὰς λατρείας οὐκ ἐπετέλουν τῷ Θεῷ. ἀλλ᾽ οὐδὲ εἷς ἦν οἰκήτωρ αἱρετικὸς οὐδὲ ἐθνικὸς ἐν τῇ πόλει. ἀλλὰ πάντες ὁμοῦ οἱ πολῖται πιστοὶ καὶ κατηχούμενοι· ὡς δύνασθαι δοῦναι τὸν ἐπίσκοπον ἐν τῇ πλατείᾳ εἰρήνην τῷ λαῷ. οἱ δὲ στρατηγοὶ αὐτῶν καὶ οἱ ἄρχοντες, οἱ τὰς φιλοτιμίας τοῖς δήμοις παρέχοντες, κατὰ τὰς εἰσόδους σκοποὺς ἔστησαν, πρὸς τὸ εἰ ξένος τις πενόμενος που φανείη, ἀχθῆναι πρὸς αὐτοὺς, ληψόμενον πρὸς παραμυθίαν ἀναλώματα. καὶ τί ἄν τις εἴποι τὴν εὐλάβειαν τῶν δήμων ὁρώντων ἡμᾶς τοὺς ξένους, διὰ τῆς ἀγορᾶς παριόντας, καὶ ὥσπερ ἀγγέλοις ἡμῖν προσιόντων; τί δὲ τὸ πλῆθος ἐξείποι τις τῶν μοναχῶν καὶ παρθένων, ἀναριθμήτων ὄντων; πλὴν ὅσον παρὰ τοῦ ἐκεῖ ἁγίου ἐπισκόπου ἠκριβωσάμεθα, δηλώσωμεν, μυρίους μὲν μοναχοὺς ὑπ᾽ αὐτῶν [a], δισμυρίας καὶ παρθένους ἔχοντες [b], τὴν δὲ φιλοξενίαν αὐτῶν καὶ τὴν ἀγάπην οἵαν εἶχον, ἐμὲ οὐχ οἷον ἐξειπεῖν [c]. διεσπᾶτο γὰρ ἡμῶν τὰ παλλία, ἐκ τῶν [d] ἡμᾶς πρὸς ἑαυτοὺς ἐνθελκόντων. καὶ ἴδομεν ἐκεῖ πολλοὺς καὶ μεγάλους πατέρας, διάφορα χαρίσματα ἔχοντας, τοὺς μὲν ἐν λόγῳ, τοὺς δὲ ἐν πολιτείᾳ, τοὺς δὲ ἐν δυνάμεσι καὶ σημείοις.

Περὶ Ἀββᾶ Εὐαγρίου.

Ἴδομεν δὲ καὶ Εὐάγριον ἄνδρα σοφὸν καὶ λόγιον, ὃς τῶν λογισμῶν ἱκανὴν εἶχεν διάκρισιν, ἐκ πείρας τὸ πρᾶγμα παρειληφώς. ὃς πολλάκις κατελθὼν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, τοὺς τῶν Ἑλλήνων φιλοσόφους ἀπεστόμιζεν. οὗτος παρήγγειλε τοῖς μεθ᾽ ἡμῶν ἀδελφοῖς, ὕδατος μὴ κορέννυσθαι. οἱ γὰρ δαίμονες ἔφη, τοὺς ὑδροχορεῖς τόπους [e] συνεχῶς ἐπιβαίνουσιν. ἄλλους τε πολλοὺς πρὸς ἡμᾶς περὶ ἀσκήσεως ἐποιήσατο λόγους, ἐπιστηρίξας ἡμῶν τὰς ψυχάς.

Περὶ Ἀββᾶ Πατερμουθίου.

Ἦν γάρ τις πατὴρ πρὸ ἡμῶν ὀνόματι Πατερμούτιος [f], πρῶτος τῶν ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ μοναχῶν αὐτὸς γενόμενος, ὁ καὶ τὸ μοναχικὸν ἔνδυμα τοῦτο πρῶτος αὐτοῖς ἐφευρών· αὐτὸς ἀρχιληστὴς πρῶτος [g] καὶ νεκροτάφος Ἑλλήνων ὑπάρχων, καὶ διαβόητος ἐπὶ κακίᾳ γενόμενος, πρόφασιν ηὕρατο σωτηρίας τοιαύτην. ἐπέστη ποτὲ νυκτός τινι παρθενευούσῃ, συλῆσαι τὸ μοναστήριον αὐτῆς προθυμηθείς· ηὑρέθη δὲ μηχανῇ τινὶ ἐπὶ τὰ δώματα· μὴ εὑρὼν δὲ ποίας [h] εἰσέλθῃ εἰς τὸ ταμεῖον, ἢ πάλιν ποίας [i] ὑποχωρήσῃ, ἔμεινεν λογιζόμενος ἐπὶ τοῦ δώματος ἄχρις ἡμέρας· καὶ μικρὸν ἀφυπνώσας, ὁρᾷ ὡς βασιλέως τινὸς, λέγοντος [k] αὐτῷ κατὰ τοὺς ὕπνους, μὴ περὶ τοὺς φόνους [l] ἔτι, καὶ τῶν μικρῶν

κρῶν τούτων κλεμμάτων [a] τὴν σπουδὴν ἔχειν, ἐπαγρυπνοῦντα, ἀλλὰ εἰ βούλοιτο μεταβάλλειν τὸν τρόπον ἐπ' ἀρετὴν, καὶ στρατηγίαν ἀγγελικὴν στρατηγεῖν, λαβεῖν παρ' αὐτοῦ ταύτην τὴν ἐξουσίαν. ὁ δὲ ὡς ἀσμένως ὑπεδέξατο, καὶ δὴ τάγμα μοναχῶν ἀγήρων [b] ὑποδείκνυσιν, καὶ ἄρχειν αὐτῶν παρεκελεύετο. ἔξυπνος δὲ γενόμενος ὁ ἀνὴρ ὁρᾷ τὴν παρθένον αὐτῷ παρεστῶσαν, καὶ λέγουσαν· πόθεν σὺ παραγέγονας ὧδε, ὦ ἄνθρωπε, ἢ τίς ὑπάρχεις τὴν τύχην [c]; ὁ δὲ, μηδὲν εἰδέναι [d] φήσας αὐτῇ τὴν ἐκκλησίαν ὑποδείκνυσθαι αὐτῷ παρεκάλει. καὶ δὴ ὡς ἐπέδειξεν, προσπεσὼν τοῖς τῶν πρεσβυτέρων γόνασιν [e], ἠξίου Χριστιανὸς γενέσθαι, καὶ μετανοίας χώραν εὑρεῖν. ἐπιγνόντες δὲ αὐτὸν οἱ πρεσβύτεροι, καὶ θαυμάσαντες, ἐνουθέτουν λοιπὸν καὶ ἐδίδασκον τοῦ μηκέτι εἶναι ἀνδροφόρον. ἠξίου δὲ αὐτοὺς, τῶν ψαλμῶν ἐπακούειν. καὶ τριῶν στίχων ἐπακούσας μόνον τοῦ πρώτου ψαλμοῦ, ἀρκεῖν ἑαυτῷ τέως ἔφη, ταῦτα πρὸς μάθησιν. καὶ ἐπιμείνας πρὸς αὐτοὺς τρεῖς ἡμέρας, ἐξελθὼν εὐθὺς, ἐπὶ τὴν ἔρημον ὥρμησεν, καὶ τριέτη διάγων χρόνον κατὰ τὴν ἔρημον. ἐν εὐχαῖς καὶ δάκρυσιν διημερεύων, πρὸς τροφὴν ταῖς ἀγρίαις βοτάναις ἠρκεῖτο, καὶ ταύταις ἐνέμετο. ἐπανῆλθεν δὲ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἔμπρακτον ἀπαγγέλλων τὸ μάθημα· χάριν δὲ αὐτῷ δεδόσθαι θεόθεν ἔλεγεν, ἀποστηθίζειν ἔξωθεν τὰς γραφάς. [f] ἐθαύμαζον δὲ αὐτὸν πάλιν οἱ πρεσβύτεροι, ἀκροτάτην μετελθόντα τὴν ἄσκησιν. καὶ φωτίσαντες αὐτὸν, παρεκάλουν συνδιατρίβειν. ὁ δὲ ἐπιμείνας πρὸς αὐτοὺς ἑπτὰ ἡμέρας ἐπὶ τὴν ἔρημον πάλιν ἐξῄει. καὶ δὴ ἐν ἑπτὰ ἔτεσιν ἄλλοις, ἐν τῇ πανερήμῳ διατελέσας, πολλῆς χάριτος ὁ ἀνὴρ ἠξιώθη. ἄρτος μὲν γὰρ αὐτῷ τῇ κυριακῇ μόνῃ, πρὸς κεφαλὴν ηὑρίσκετο εὐξαμένῳ, οὗ μεταλαμβάνων, ἕως τῆς ἄλλης κυριακῆς ἠρκεῖτο. ἐπανῆλθεν δὲ πάλιν ἐκ τῆς ἐρήμου, τὴν ἄσκησιν ἐνδεικνύμενος, καί τινας πρὸς τὴν αὐτοῦ πολιτείαν ἐλθεῖν ἐρεθίζων. προσῆλθεν δὲ αὐτῷ τις νεανίας, μαθητευθῆναι βουλόμενος. ὁ δὲ εὐθὺς ἐνδύσας αὐτὸν λεβιτῶνα [g], καὶ κουκούλλιον τῇ κεφαλῇ περιθεὶς, ἐπὶ τὴν ἄσκησιν προσεβίβαζεν [h], τὴν μηλωτὴν περὶ τοὺς ὤμους αὐτοῦ περιθέμενος, καὶ λέντιον αὐτὸν περιζωσάμενος. καὶ δὴ εἴπου τις τῶν Χριστιανῶν ἐτελεύτα, προσκαρτερῶν αὐτοῦ ταῖς ἀγρυπνίαις, καθαρίως ἐκήδευεν. ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὁ μαθητὴς, θαυμασίως τοὺς τεθνεῶτας κηδεύοντα, εἶπεν πρὸς αὐτόν. εἰ κἀμὲ θανόντα, οὕτως κηδεύσεις, διδάσκαλε; ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν ἔφη· οὕτω κηδεύσω σε, ἄχρις ἂν εἴπῃς, ἀρκεῖ. μετ' οὐ πολὺ δὲ χρόνου τέθνηκεν ὁ νεανίας, καὶ ὁ λόγος [i] ἔργον ἐγίνετο. κηδεύσας γὰρ αὐτὸν εὐσεβῶς, λέγει πρὸς αὐτὸν ἐπὶ πάντων· καλῶς ἐκηδεύθης ὦ τέκνον, ἢ ἔτι μικρὸν λείπεται; φωνὴν δὲ ἀφῆκεν ὁ τεθνηκὼς νεανίας, εἰς ἐπήκοον τῶν πολλῶν [k]· ἔχει καλῶς, ὦ πάτερ· τὴν γὰρ ἐπαγγελίαν ἐπλήρωσας. θαῦμα δὲ τοὺς παρόντας ἔσχεν ἐξαίσιον, καὶ ἐθαύμαζον [l] ἐπ' αὐτῷ τὸν Θεόν. ὁ δὲ ἐπὶ τὴν ἔρημον εὐθὺς ἀνεχώρει, τὴν εὐδοξίαν ἐκκλίνων. καὶ δήποτε ἐκ τῆς ἐρήμου κατίει [m] εἰς ἐπίσκεψιν ἀδελφῶν, τῶν παρ' αὐτοῦ μαθητευθέντων, νόσῳ κατειλημμένων· καὶ μέλλοντος τοῦ ἑνὸς αὐτῶν τελευτᾷν, τοῦτο τοῦ Θεοῦ αὐτῷ ἀποκαλύψαντος. ἑσπέρα δὲ ἤδη προσῆγεν [n], καὶ ἡ κώμη πόῤῥω ἐτύγχανεν· μὴ βουλόμενος δὲ αὐτοῦ νυκτὸς εἰσελθεῖν, τὴν ἀκαιρίαν ἐκκλίνοντος, καὶ τὸ σωτήριον παράγγελμα

vacaret; invigilando; sed si vellet mores mutare ad virtutem, & Angelicam militiam suscipere, accepturum ab ipso eiusmodi potestatem. Vbi autem libenter conditionem admisisset, ostendit ei immortale Monachorum agmen, quibus iussus est imperare. Igitur expergefactus vir cernit virginem ipsi adstare, ac dicere; unde tu huc advenisti, o homo; aut cuius conditionis es? Ille vero nihil scire aut esse respondens, Ecclesiam sibi ostendi poposcit. Vtque illa monstravit; ad genua pedesque Presbyterorum procumbens, postulabat ut Christianus fieret, ac poenitentiae locum nancisceretur. Presbyteri autem, qui cognoscerent eum, admirati, commonebant deinceps, atque edocebant, ne amplius esset homicida. Rogavit porro eos, ut Psalmos audiret. Quumque tres solummodo versus audiisset primi Psalmi, sibi interim eos sufficere dixit ad disciplinam. Tum apud illos tribus diebus transactis, egressus statim, ad eremum properat. Vbi per tres annos commoratus, in precibus, & lacrimis perseverans, pro cibo agrestibus herbis contentus erat, quibus pascebatur. Postea regressus est in Ecclesiam, doctrinam referens operibus firmatam; dicebatque sibi divinitus datam fuisse gratiam, expectorandi memoriterque recitandi sacras Scripturas. Iterum autem demirabantur illum Presbyteri, quod ad summam pervenisset exercitationem. Et Baptismo postquam ipsum illuminassent, hortabantur ut cum illis maneret. Qui apud eos demoratus septem dies, iterum in solitudinem secessit. Atque aliis septem annis in vasta eremo peractis, ingenti gratia donatus est. Ac panis quidem ab ipso post orationem inveniebatur iuxta caput, die Dominico solo; qui sumtus, usque ad aliam Dominicam sufficiebat. Iterum autem rediit ex solitudine, virtutis exercitationem prae se ferens, & nonnullos ad idem vivendi institutum amplectendum excitavit. Accessit igitur quidam adolescens, desiderans eius esse discipulus; quem ille statim lebitone indutum, cuculla capiti circumposita, ac melote ad humeros, cinctumque linteo, ad Monachale institutum exercitumque promovit. Ad haec, sicubi e Christianis quis obiisset, perseverabat in ipsius vigiliis, & nitide sepeliebat. Quem cernens discipulus, admirabiliter defunctos curare, dixit ei: Mene mortuum ita funerabis, magister? Respondit: Sic parentabo, donec dixeris, Satis est. Non multo post tempore, migravit e vita adolescens, ac sermo effectum sortitus est. Quum enim pie eum accurasset ad sepulturam, ait ipsi coram omnibus; o fili, num bene curatus es, an adhuc deest quidpiam? Tunc vocem emisit adolescens, quamplurimis audientibus: Bene habet, pater; implesti quod promiseras; obstupueruntque qui praesentes aderant, atque super ea re Deum demirati sunt, & glorificaverunt. Ille statim in desertum secessit, gloriam laudesque vitans. Postea descendit quodam tempore de eremo ad visitandos fratres, quos instituerat, morbo correptos; quumque unus ex eis mox moriturus esset, ac Deus ei hoc revelasset, vespera autem adpropinquaret, tum vicus procul loco esset; nolens noctu ingredi, vitansque intempestivitatem, necnon meditatus Servatoris salutarem

a Al. τὰ κλήματα
b Al. ἄγρων Deest in al.
c Al. ψυχήν
d Al. ὤν
e Al. ποσίν
f Al. add. τὰς ἁγίας
g Al. λεβιτωνάριον
h Al. προσεβίβαζε
i Al. inser. αὐτοῦ
k Al. πάντων
l Al. ἐδόξαζον
m Al. κατῄει
n Al. προσεπέγγιζε & προσήγγισε

Ioh. 12. 35. rem admonitionem: *Ambulate dum lucem in vobis habetis*. Et: *Qui ambulat in luce, non offendet*. Sole iam occidente, hanc ad eum vocem emisit: In nomine Domini Iesu Christi, mihi paullisper sta in hoc itineris tui puncto, donec ad vicum perveniam. Sol vero media circuli parte, iam conditus restitit, nec prius occubuit, quam ille ad locum venisset; adeo ut hoc hominibus regionis illius innotuerit, qui ad solem spectandum facto concursu mirabantur quod pluribus horis cernerent eum non mergi. Tum intuiti Patermutium de solitudine venientem, ab eo sciscitabantur, quid hoc esset signi in sole. Respondit vero eis: Non recordamini Servatoris vocem illam; *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, & maiora horum signa facietis?* At illos confestim subiit timor; atque manserunt cum eo nonnulli ex ipsis in discipulos. Porro ingressus domum unius ex fratribus aegrotantibus, nactusque illum iam mortuum, accessit ad lectum, fusisque precibus, quum osculum dedisset, interrogavit, malletne migrare ad Deum, vel adhuc degere in carne. Qui postquam resedit ait illi: Melius est dissolvi, & esse cum Christo; vivere autem in carne, mihi necessarium non est. Itaque, excepit, dormi in pace, fili, ac intercede pro me apud Deum. Ille statim post hunc sermonem accubuit, atque obdormivit; qui adstabant vero cuncti obstupuerunt, dixeruntque: Vere Dei homo est hic. Tunc munditer sepelivit eum, totamque noctem in hymnis transegit. Alium quoque fratrem laborantem visitavit, utque vidit de morte anxium esse, ut qui graviter conscientiae stimulis premeretur, dixit ei: Tamquam imparatus vadis ad Deum, instar accusatorum deferens rationes segnis vitae. Ille autem orabat eum, & obsecrabat, ut pro ipso apud Deum intercederet, quo vitam ipsi tantillum prorogaret, qui aliquantulum se esset emendaturus. Tunc ait ad eum: Nunc tempus poenitentiae quaeris, quando vita tua complementum accepit. Quid faciebas omni vitae tempore? Nonne poteras vulnera tua curare? quinimo addebas alia. Quumque perseveraret in supplicatione, ait senex: Si alia additurus non es vitae tuae mala, sed vere poenitentiam acturus, Deum pro te orabimus: bonus est, patiens, aequanimis, ac indulget tibi adhuc parum vitae, ut cuncta retribuas. Et oratione facta dixit ei: Ecce tres annos vitae huius tibi concedit Deus; tantum ex animo poenitentiam age. Tum manu eius adprehensa, illico erexit, dein abduxit in solitudinem: completisque tribus annis, iterum reduxit ad locum, non hominem, sed Angelum Deo exhibens, adeo ut omnes admiratio caperet de ipsius vita, & conversatione. Congregatis ergo circa ipsum fratribus, collocat hominem in medio sanum, ac per totam noctem sermonem doctrinae ipsis tradidit. Tum frater e sopore in somnum incidens, omnino obdormivit. Inde oratione super eum facta, pro more funus curavit, praemisitque ad sepulturam. Aiunt etiam quod saepe fluviales aquas supergressus Nilum pertransierit, ad genua dumtaxat pertingentem; quodque alio tempore per aerem vectus, inter fratres in solario inventus sit, ianuis clausis: frequenter quoque ubicumque vellet, confestim ade-

Margin notes: a Abest ab al. — Ioh. 11. 9. — b Deest in al. — c Abest ab al. — d Al. Πατερμύθιον & πατέρα. Πατερμούθιον — Matt. 17. 19. — Ioh. 14. 12. — e Al. ποιήσετε. — Philipp. 1. 23. — f Al. εἶχ' & ἤκουσεν — g Al. καλῶς — h Al. πῶς — i Al. ὅπως διορθώσῃ — k Al. πᾶν ἐπανορθώσῃ — l Al. σου τ βίου — m Deest in al. — n Al. εἰ μὴ — o Al. ἀλλὰ — p Al. κεχάρισται — q Al. ἐν τῇ — r Al. αὐτὸν — s Al. inser. μεθ' ἑαυτοῦ — t Al. ἐξουσίᾳ — u Al. ἵστησιν — x Al. τραπείς — y Al. τόπον ἐν λόγον — z Al. ποταμίων

μα μελετῶντος· περιπατεῖτε, ἕως τὸ φῶς ἐν ὑμῖν [a] ἔχετε. καὶ, ὁ πορευόμενος ἐν τῷ φωτὶ, οὐ μὴ προσκόψῃ. δυομένου οὖν λοιπὸν τοῦ ἡλίου, φωνὴν [b] ἐφθέγξατο πρὸς αὐτὸν λέγων· ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, στῆθί μοι μικρὸν ἐπ' αὐτῷ [c] τῆς ὁδοῦ σου, ἄχρις ἂν εἰς τὴν κώμην ἀφίκωμαι. ὁ δὲ, ὡς ἡμικύκλιον δυόμενος περιέστη, καὶ οὐ πρὶν ἔδυ ἄχρις ἂν ἐκεῖνος ἥκεν πρὸς τὸ χωρίον· ὡς φανερὸν τοῦτο τοῖς ἐγχωρίοις γενέσθαι, οἱ πρὸς τὴν τοῦ ἡλίου θέαν συνδρομὴν ποιησάμενοι, ἐθαύμαζον ἐπὶ πολλαῖς ὥραις θεωροῦντες αὐτὸν μὴ δυόμενον. ἰδόντες δὲ τὸν Πατερμούτιον [d] ἐκ τῆς ἐρήμου ἐρχόμενον, ἐπυνθάνοντο παρ' αὐτοῦ, τί τὸ σημεῖον τοῦτο ἄρα εἴη τὸ τοῦ ἡλίου. ὁ δὲ φησὶν πρὸς αὐτούς· οὐ μέμνησθε τὴν τοῦ σωτῆρος φωνὴν λέγουσαν. ἐὰν ἔχετε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, καὶ μείζονα τούτων σημεῖα ποιήσητε [e]; τοὺς δὲ εὐθὺς εἰσῆλθεν φόβος, παρέμειναν τε αὐτῷ τινὲς ἐξ αὐτῶν μαθητεύοντες. εἰσελθὼν δὲ εἰς τὴν οἰκίαν ἑνὸς τῶν ἀδελφῶν τῶν νοσούντων, καὶ εὑρὼν αὐτὸν ἤδη θανόντα, προσελθὼν τῇ κλίνῃ καὶ προσευξάμενος, καὶ καταφιλήσας αὐτὸν, ἠρώτα εἰ πρὸς Θεὸν βούλοιτο ἀπιέναι μᾶλλον, ἢ ἔτι ζῆν, ἐν σαρκί. ὁ δὲ ἀνακαθίσας εἶπεν αὐτῷ· κρεῖσσον τὸ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι· τὸ δὲ ζῆν ἐν σαρκὶ, οὐκ ἀναγκαῖον ἐμοί. οὐκοῦν κάθευδε φησιν ἐν εἰρήνῃ, ὦ τέκνον, πρεσβεύων ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Θεόν. ὁ δὲ ὡς εἶπεν [f], εὐθὺς ἀναπεσὼν, ἐκοιμήθη. οἱ δὲ παρόντες πάντες ἐξεπλάγησαν, λέγοντες· ἀληθῶς Θεοῦ ἄνθρωπός ἐστιν οὗτος. κηδεύσας δὲ αὐτὸν καθαρίως [g], ἐν ὕμνοις πᾶσαν τὴν νύκτα διετέλεσεν. τὸν ἕτερον δὲ ἀδελφὸν κάμνοντα ἐπισκεψάμενος, ὡς ἴδεν αὐτὸν δυσφοροῦντα πρὸς τὴν τελευτὴν, δεινῶς ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενον, ἔλεγεν πρὸς αὐτόν· ὡς [h] ἀνέτοιμος ὑπάγεις πρὸς τὸν Θεὸν, κατηγόρους ἀποφέρων τοὺς λογισμοὺς τῆς ῥαθύμου πολιτείας. ὁ δὲ ἐδέετο αὐτοῦ καὶ ἱκέτευεν πρεσβεῦσαι ὑπὲρ αὐτοῦ πρὸς τὸν Θεὸν, χρόνον ἐνδοῦναι αὐτῷ μικρὸν τῇ ζωῇ, μέλλοντί [i] τι διορθοῦσθαι [k]. ὁ δὲ φησὶν πρὸς αὐτόν. νῦν καιρὸν μετανοίας ζητεῖς, ὅτε ἡ ζωή σου πεπλήρωται. τί ἐποίει πάντα τὸν χρόνον [l]; οὐκ ἐδύνου τὰ σὰ τραύματα θεραπεῦσαι; ἀλλὰ καὶ ἕτερα προσετίθεις. ὁ δὲ ὡς ἐπέμενεν πρὸς αὐτὸν [m] ἱκετεύων, ἀπεκρίνατο πρὸς αὐτὸν ὁ γέρων· μὴ [n] ἕτερα τῇ ζωῇ σου προσθήσεις κακά· εἰ [o] κατὰ ἀλήθειαν μετανοεῖς, δεόμεθα ὑπὲρ σοῦ τοῦ Θεοῦ· ἀγαθὸς γάρ ἐστιν καὶ μακρόθυμος, καὶ χαρίζεταί σοι ἔτι μικρὰν ζωὴν, ἵνα τὸ πᾶν ἀποδώσῃς. καὶ εὐξάμενος εἶπεν αὐτῷ· ἰδοὺ τρία ἔτη σοι χαρίζεται [p] ὁ Θεὸς τῇ [q] ζωῇ ταύτῃ· μόνον ἐν ψυχῆς μετανόησον. καὶ λαβόμενος αὐτοῦ [r] τῆς χειρὸς, ἀνέστησεν παραχρῆμα, καὶ [s] ἀπήγαγεν αὐτὸν εἰς τὴν ἔρημον. καὶ πληρωθέντων ἐτῶν τριῶν, πάλιν ἤγαγεν ἐπὶ τὸν τόπον, οὐκ ἄνθρωπον, ἀλλ' ἄγγελον τῷ Θεῷ παριστῶν, ὡς θαυμάσαι πάντας ἐπὶ τῇ αὐτοῦ πολιτείᾳ [t]. καὶ συνελθόντων πρὸς αὐτὸν τῶν ἀδελφῶν, τίθησιν [u] αὐτὸν ἐν μέσῳ ὑγιῆ, καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς λόγον διδασκαλίας αὐτοῖς παρεδίδου. ὡς δὲ ἀπενύσταξεν ὁ ἀδελφὸς, καὶ δὴ εἰς ὕπνον γενόμενος [x], παντελῶς ἐκοιμήθη. ἐπευξάμενος δὲ αὐτῷ, ἐκήδευσεν κατὰ τρόπον [y], προπέμψας πρὸς τὴν ταφήν. πολλάκις δὲ αὐτὸν φασιν καὶ τῶν ποταμιαίων [z] ὑδάτων ἐπιβάντα, τὸν Νεῖλον, ἄχρι γονάτων διαπορθμεῦσαι· ἄλλοτε δὲ δι' ἀέρος πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς, ἐπὶ τοῦ δώματος

τος ηὕρηθαι, τῶν θυρῶν κεκλεισμένων. πολλά-
κις δὲ ὅτου περ ἤνθελε, παραχρῆμα ηὑρίσκετο.
διηγεῖτο δέ ποτε τοῖς ἀδελφοῖς, ἐκ τῆς ἐρήμου ἐ-
πανελθὼν, ἀνειληφέναι [a] αὐτὸν ἐν ὁράματι εἰς
οὐρανὸν, καὶ τεθεᾶσθαι ὅσα μένει ἀγαθὰ τοὺς κατὰ
ἀλήθειαν μοναχοὺς, ἅπερ οὐδεὶς ἐξειπεῖν λόγος δύ-
ναται· καὶ ἀπῆχθαι δὲ αὐτὸν ἐν σαρκὶ ἔφη, εἰς
τὸν παράδεισον, καὶ ἑωρακέναι πλῆθος ἁγίων·
μετειληφέναι δὲ αὐτὸν ἔλεγεν, ἐκ τῶν καρπῶν
τοῦ παραδείσου. καὶ μάρτυρα τὸ πρᾶγμα [b] ἐδείκ-
νυεν. σῦκον γὰρ καὶ μέγα καὶ ἐξαίρετον [c], καὶ
εὐωδίας πολλῆς μεστὸν, πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς
ἐπεκόμισεν, ἐπιδεικνύων αὐτοῖς ὅτι ἀληθῆ εἰσιν
τὰ παρ' αὐτοῦ λεγόμενα. ὅπερ σῦκον, ὁ διηγού-
μενος ἡμῖν ταῦτα Κόπρης πρεσβύτερος, νεα-
νίας τότε ὑπάρχων, ἐν ταῖς χερσὶν τῶν μαθη-
τῶν αὐτοῦ ἐθεάσατο, καὶ κατεφίλησεν, καὶ τὴν
πνοὴν ἐθαύμασεν. πολλοῖς γὰρ ἔτεσιν, φησὶν,
ἔμεινεν παρὰ τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς, εἰς ἐπίδειξιν
φυλαττόμενον. ἦν γὰρ παμμεγεθές. μόνον γὰρ
ὀσφρήσατο αὐτοῦ τις τῶν νοσούντων [d], εὐθέως τῆς
νόσου ἀπηλλάττετο. κατὰ δὲ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐν τῇ
ἐρήμῳ αὐτοῦ ἀναχωρήσεως, ἐπὶ πέντε ἑβδομάδας
αὐτὸν μὴ βεβρωκέναι [e]· ἄνθρωπόν φασιν αὐτὸν
εὑρηκέναι κατὰ τὴν ἔρημον, ἄρτον ἐπιφερόμενον
καὶ ὕδωρ· ὃς πείσας αὐτὸν μεταλαβεῖν, ἀπηλλά-
γη· ἄλλοτε δὲ τὸν δαίμονα θησαυροὺς αὐτῷ ἐ-
πιδεῖξαι τοῦ Φαραὼ, χρυσίου καθαροῦ γέμοντας·
πρὸς ὃν φησὶν ὁ ἀνήρ· τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ
εἴη εἰς ἀπώλειαν. ταῦτα δὲ καὶ ἄλλα πλείονα καὶ
μεγάλα, φησὶν, κατώρθωσεν ὁ πατὴρ ἡμῶν Πα-
τερμούτιος [f], ποιῶν σημεῖα καὶ τέρατα. καὶ ἄλλοι
τοιοῦτοί τινες πρὸ ἡμῶν γεγόνασιν, ὧν οὐκ ἦν ἄ-
ξιος ὁ κόσμος. τί δὲ θαυμαστὸν, εἰ ἡμεῖς οἱ
μικροὶ, τὰ μικρὰ ταῦτα πράττομεν, χωλοὺς καὶ
τυφλοὺς [g] θεραπεύοντες, ἅπερ καὶ ἐκ τέχνης οἱ
ἰατροὶ ἐνεργοῦσιν [h];

aderat. Porro fratribus narravit aliquando, ex
solitudine rediens, adsumtum se fuisse in visio-
ne ad caelum, ac vidisse quae bona veros Mo-
nachos manent, quae nullus sermo adsequi po-
test; dixitque se in carne abductum fuisse in
Paradisum, atque spectasse sanctorum multitudi-
nem; ad haec participasse de fructibus Paradi-
si. Atque in testimonium rem ipsam exhibe-
bat. Nam ficum praegrandem ac eximiam,
plurimaeque fragrantiae, ad fratres suos detu-
lit, ad demonstrandum illis vera esse quae di-
ceret. Quam ficum, qui haec nobis retulit Co-
pres Presbyter, tunc iuvenis, in manibus disci-
pulorum eius conspexit, & deosculatus est, o-
doremque suspexit. Per multos enim annos, in-
quit, perseveravit inter discipulos eius, quae
servaretur ad ostentum; eratque crassissima;
& ubi dumtaxat odoratus fuerat eam aegro-
torum quis, morbo statim liberabatur. Re-
ferunt praeter haec, initio secessionis ipsius in
solitudinem, postquam per quinque hebdoma-
das non comedit, occurrisse ei hominem in de-
serto, qui panem, & aquam adferebat, persua-
sitque sumere, atque ita abiit; alio tempore a
daemone ostensos ipsi Pharaonis thesauros, pu-
ro auro redundantes, ad quem dixit vir: *Pe-
cunia tua tecum sit in perditionem*. Haec, in-
quit, & alia plura magnaque praeclare perpe-
travit pater noster Patermutius, faciens signa,
& prodigia. Alii quoque nonnulli consimiles
exstiterunt ante nos, *quibus dignus non erat
mundus*. Quid porro mirum, si nos parvi haec
parva faciamus, claudis, *caecis*, leprosis cura-
tionem conferentes, quae ex arte etiam medici
operantur.

Περὶ Ἀββᾶ Διδύμου.

Ἴδομεν δὲ ἐκεῖ ἄνδρα ὀνόματι Δίδυμον, πρεσ-
βύτην τῇ ἡλικίᾳ, ἀστεῖον τῇ ὁράσει, ὃς τοὺς
σκορπίους καὶ κεράστας καὶ τὰς ἀσπίδας ποσὶν οἰ-
κείοις [i] ἀπέκτεινεν, μηδενὸς ἑτέρου τολμῶντος
τοῦτο ποιεῖν· ἀλλὰ καὶ πολλοὶ ἕτεροι τῶν δοκούν-
των, ὑπ' αὐτῶν ἀνῃρέθησαν, τῶν θηρίων μόνον
ἁψάμενοι.

De Abbate Didymo.

Vidimus illic virum nomine Didymum, aeta-
te senem, adspectu honestum, qui scorpios, &
cerastas aspidesque pedibus suis interimebat,
quum alius nullus id adgredi auderet, imo com-
plures alii ex conspicuis, per eos serpentes in-
terfecti fuissent, ubi dumtaxat tetigissent.

Περὶ Κορνηλίου [k].

Ἴδομεν δὲ καὶ ἕτερον πατέρα μοναχῶν, ὀνόμα-
τι Κορνήλιον [l], ἐν γήρει καλῷ προοδεύσαντα,
ἕνα τῶν ἀρχαίων ἀνδρῶν, σὺν Ἀντωνίῳ γενό-
μενον [m], ἑκατὸν δέκα ἐτῶν ὑπάρχοντα· ὡς πολ-
λὰ παρακαλέσας ἡμᾶς καὶ νουθετήσας [n] ἑαυτὸν
ἐξηυτέλιζεν· τοσαύτην ταπεινοφροσύνην μέχρι
γήρους ἦν κεκτημένος. ἴδομεν δὲ καί τινας τρεῖς
ἀδελφοὺς, λογίους πάνυ καὶ ἐναρέτους, οἳ διὰ τὴν
ἐνάρετον αὐτῶν πολιτείαν, εἰς ἐπισκοπὴν κρα-
τηθέντες, διὰ πολλὴν εὐλάβειαν, τὰ ἑαυτῶν ὦ-
τα ἀπέτεμον· τολμηρῶς μὲν ἄγαν ποιήσαντες,
ὅμως κατὰ εὔλογόν τινα σκοπὸν, ἵνα τοῦ λοιποῦ
μηδεὶς αὐτοῖς ἐνοχλῇ.

De Cronidio.

Sed & vidimus alium patrem Monachorum,
nomine Cronidium, in senectute bona prove-
ctum, unum ex viris antiquis, qui cum Anto-
nio vixerat, centum & decem annos natum.
Is pluribus nos adhortatus, admonens, interro-
gans, seipsum floccifaciebat; tantam humilita-
tem ad senectutem usque fuerat adeptus. Vidi-
mus pariter tres fratres, eruditione summa, &
virtute praeditos, qui propter vitae sanctitatem,
ad Episcopatum adrepti, prae multa pietate,
aures sibi praeciderunt; re audaci quidem susce-
pta, ex proposito tamen rationi consentaneo,
ne quis in posterum eis molestiam pareret. (a)

a Al. ἀναληφθῆναι
b Al. τοῦ πράγματος
c Al. ἐξαίσιον
d Al. κακουμένων & ἀσθενούντων
e Al. βεβρωκότα
Act. 8. 20.
f Al. Πατερμουθίους.
Hebr. 11. 38.
g Al. λεπροὺς
h Al. δύνανται ἐνεργῆσαι.
Vit. P. 11. 24.
i Abest ab al.
k Al. Κρονίδιου
Ib. 25.
l Al. Κρονίδιον
m Al. inser. τῷ μεγάλῳ
n Al. ἐρωτήσας.

(a) Ne hiarent pagellae quaedam vacuae haec de *Palladio* subnectere lubuit.

Gentiani Herveti Praefatio.

DE monachorum vita, moribus, & institutis, quum multi multa sparsim scripserint, Lausus Praepositus utilem Historiam; Cassianus Collationes, Sophronius Ierosolymitanus Pratum, & novum Paradisum titulo ediderit: Hieronymus aliquorum vitas, Basilius in Ascetico regulas, Damianus, & Odo res gestas: duo tamen celeberrimi, & magni nominis auctores, Palladius, & Theodoretus, ea litterarum monimentis mandaverunt, quae (quum ii, de quibus scribunt, Sytiotae, & Taben-

bennesiotae videlicet; vel illorum temporibus, vel paullo ante eorum tempora vixerint) aut a viris fide dignis, qui ea viderant accepere, aut ipsi suis oculis praesentes perspexere. Quorum alter quidem, nempe Palladius, antea Latine versus, sub Heraclidis nomine in lucem exiit, sed non integer, quum in eo plus quam triginta vitae desiderentur. Itaque non satis habui id quod ei deerat supplere, nisi eum denuo a capite verterem. Hoc autem esse opus Palladii, nemo dubitaverit qui legerit Caput 44. lib. 11. ecclesiasticae historiae Nicephori: *Palladius*, inquit, *Evagrii discipulus, vitas sanctorum optime exposuit*. Non dubitabit etiam qui legerit, cap. libri 8. Hist. Trip. Cass. & 23. Socratis Scholastici, qui loquens de Sanctis de quibus paullo ante scripserat, haec dicit: *Si quis autem velit scire ea, quae ipsi egerint, & fecerint, & quae ad eorum, qui audierunt, loquuti sint utilitatem, & quemadmodum eis obedirent bestiae; a Palladio Monacho scriptus est liber unus, qui Evagrii quidem erat discipulus, de iis autem omnia accurate pertractavit; in quo etiam meminit mulierum quae par vitae institutum cum viris prius dictis susceperunt*. Quod autem hic liber scriptus sit ad Lausum, probatur testimonio Ioannis Damasceni in libro qui inscribitur, *De iis qui in Fide dormierunt*. Quod si quis dixerit, id quod Macario ab eo adscribitur, non inveniri in hoc nostro opere: duorum, alterum necesse est; vel id fuisse in hoc opere tempore Damasceni, & fuisse postea ab haeretico aliquo malitiose sublatum; vel eum librum qui inscribitur, *De doctrina Patrum*, fuisse etiam Palladio conscriptum, quem constat fuisse e Graeco conversum; quum, de capite mortui miraculum, quod Macario adscribit Damascenus, iisdem verbis in eo opere referatur, libro quarto, capite de exemplis, & doctrinis vitae spiritualis. Non est autem quod a Palladio nostro Ciceroniana exspectetur eloquentia. Nam, quum ipse nullo adhibito orationis ornamento, humilique ac plane plebeio stilo visus sum mihi fidelis interpretis non functurus officio, si aliter vertissem quam scripsisset. Leges ergo non ut ex eius lectione sis eloquentior, sed ut melior, & in iis quae ad pietatem, & pulcerrimae historiae cognitionem pertinent, eruditior, imitatus videlicet vitam angelicam eorum virorum, qui in carne minus carnalem vitam, sed angelicam degerunt. Iuxta exemplum quod & tibi proposuit Theodosius princeps optimus, qui quarto cuiusvis hebdomadis die ieiunabat, hymnos Deo cum sororibus alternis canebat, & ne ab asceterio Monachorum aula sua differret, spiritus verba semper in ore habuit, cum episcopis, & sacerdotibus congressus, obscuros locos, τρίφα, & nodos scripturarum, haud aliter quam si sacris ipse initiatus esset, explicuit, noctu libris legendis αὐτόματον lucernam excogitavit, ἀοργησίαν id est iniuriarum remissionem invexit. Sacerdotes adeo dilexit, ut Episcopi Chebronensis defuncti sagulum sub imperiali chlamyde gestaverit: tanti fecit Monachos, ut a quodam excommunicatus cui quidpiam denegaverat, non prius cibum sumserit quam ab eodem diu multumque quaesito, vinculis solutus esset. Vixit autem Palladius imperante Theodosio. Vale.

Ex Gulielm. Caveo De Scriptor. Ecclesiast.

PALLADIUS, Gente Galata, natus anno CCCLXVIII. Viginti annos natus in exteras regiones peregrinari coepit. Ad Alexandriam delatus Isidori Presbyteri curae se commisit, vitae Monasticae Disciplina instituendum. Isidorus id officii delegavit Dorotheo Ascetae celeberrimo Thebano; sub cuius regimine triennium exegit Palladius. Anno CCCXCI. in Nitriam montem secessit; ibique apud Archimandritas, Arsacium, Putabastum, &c. integrum annum asceticis exercitiis, & Monachis illustrioribus invisendis dedit; & Evagrium Ponticum Praeceptorem nactus est, a quo Origenismi amorem hausit, eo nomine ab Epiphanio, & Hieronymo acriter non uno in loco correptus. Tamdem tentationibus quibusdam lascivis divexatus, clam Evagrio magistro in Scetes solitudinem se subduxit; & apud S. Pachonem aliquamdiu delituit. Mox in Thebaidis deserta profectus est, Ioannem Abbatem invisurus, qui Episcopatum, & adflictiones multas ei olim adfuturas praedixit. Huiusmodi fere itinera crebro conficiens Palladius, totam AEgypti regionem peragravit; donec splenis, & stomachi morbis laborans, Alexandriam a sodalibus mitteretur. Ab Alexandria valetudinis redintegrandae ergo Palaestinam profectus est; ubi plurimos exegit annos, exempli gratia apud Innocentium Abbatem Oliveti Presbyterum integrum triennium, anno CD. vel CDI. a Palaestina Bithyniam veniens, Episcopus cuiusdam Urbis ordinatus est. Haec de seipso Historiae Lausiacae Auctor. Quae sequuntur, haud ita certum est, an eidem Palladio sint tribuenda. Anno CD. circiter Palladius, Helenopolitanus Episcopus, una cum duobus aliis Episcopis missus est a Chrysostomo Ephesum ad Antonini Episcopi causam cognoscendam. Anno CDIV. Chrysostomo (cuius ille partibus constanter adhaesit) in exsilium expulso, magistratuum furorem fugiens Romam contendit; & Innocentio Papae, ac Episcopis Occidentalibus Arcadii Imp. & Ioannis inimicorum iniusta odia coram exposuit. Mox cum Latinis Episcopis Honorii Imp litteras ad Arcadium deferentibus remissus; in exsilium longinquum ab Arcadio ablegatus est, in oppido Syene, in vicinia Blemmyum sito, custodiendus: quo militari satellitio abductus est, gravissimis in via iniuriis divexatus, ablato famulo, & excussis tabellis. Relicta tamdem Sede Helenopolitana, Asponae Episcopum factum esse tradit Socrates (L. VII. cap. XXVI.) Denique Historiae Lausiacae Auctor opus id conscripsit circa an. CCCCXXI. annos natus LIII. Vitae autem Chrysostomi Scriptor Dialogum suum statim post Chrysostomi mortem litteris mandavit. Iam vero ad scripta, quae sub Palladii nomine circumferuntur, perveniamus.

Scripta, quae exstant.

Historia Lausiaca, seu de SS. Patrum vitis ad Lausum cubiculi Praefectum; inde *Lausiaca* dicta. De ea vide plura in Heraclide. Post varias editiones Latinas ex antiqua Rufini versione Graece primus extulit cum notis Ioannes Meursius, *Lugd. Bat.* 1616. 4 Graeco-Lat. cum notis Fronto Ducaeus in *Auctuario* 1624. Tom. II. pag. 893. Supplementum, cuius ope Graeci Textus lacunae impleri possint, exhibet Cl. Cotelerius Monument. Eccles. Graec. Tom. II. p. 341. qui Fragmenta etiam XI. satis ampla in editis exemplaribus desiderata, quibus aut augeatur Historia, aut suppleatur Graecus Textus, Gr Lat. cum notis dedit Monument. Tom. III p. 117. 158. Historiae huius Codicem MSS. editi duplo auctiorem in instructissima sua Bibliotheca habet Cl. Vossius, quem in lucem aliquando proditurum sperare licet.

Dialogus de Vita S. Ioannis Chrysostomi inter Palladium Episcopum Helenopolitanum, & Theodorum Ecclesiae Romanae Diaconum. De Dialogi huius Auctoris multa inter Eruditos lis est. Palladium fuisse Historiae Lausiacae auctorem communis est Scriptorum sententia; quod tamen alii in dubium vocant, alii plane negant. Palmarium negantium argumentum est, quod in Dialogo Palladius se tunc primum Romam vidisse fateatur; Palladium vero Helenopolitanum ibi aliquot ante annis commoratum fuisse diserte adfirmet. Cui tamen responderi potest, Dialogi auctorem data opera nomen ac personam suam (quod aliunde etiam patet) dissimulantem, locum priorem operi suo eo fine intexuisse, ut eo melius lateret. Aut hoc dicendum erit, aut necesse est, ut cum Cl. Bigotio statuamus alium fuisse Palladium, qui priori Aspunam translato in Sede Helenopolitana successerit; istumque demum esse, qui cum Theodoro Dialogum Romae habuerit. Interim notatu non indignum est Historiae Lausiacae scriptorem Olympiadi, Chrysostomi Diaconissae, perquam familiarem, ac Chrysostomi calamitatum participem fuisse; & ob eiusdem causam Romam demum profectum esse: ut ipse testatur (Hist. Laus. c. 144. 43. 121.) Quid quod non modo Georgius Alexandrinus, & ex eo Photius Dialogi conditorem Palladium vocat, non modo Dialogi Codicis Graeci titulus, & Indiculus Savilianus hunc Episcopum fuisse Helenopolitanum testantur (ut recte notat idem Bigotius, sed & Theodorus Trimithuntis in Cypro Episcopus Historiae Lausiacae, & Dialogi Scriptorem unum eumdemque Palladium diserte facit. Verum omnia doctorum iudicio lubens submitto. Primus hunc Dialogum Latine transtulit Ambrosius Camaldulensis: cuius versio Eugenio IV. nuncupata seorsim prodiit *Venet.* 1533. 8. postea cum Chrysostomi Operibus *Parisiis*, alibique saepius recusa Graece a Frontone Ducaeo, & Savilio diu quaesitum, Florentiae tamdem invenit Emericus Bigotius, & ex vetusto Bibliothecae Mediceae codice eodem, ut videtur, quo usus est olim Monachus Camaldulensis, descriptum cum versione nova a se adornata in lucem emisit, *Paris.* 1680. 4. Ex eo iam liquido constat Ambrosium interpretem non modo Praefationem breviusculam contra codicis MS. fidem versioni suae adsuisse, sed & in Dialogi decursu quaedam passim de suo adiecisse.

De gentibus Indiae, & Brachmanibus liber: quem e tenebris eruit, & cum versione sua edidit nobilis Anglus Edoardus Bissaeus, *Londini* 1665. 4. AEgre mihi persuadeo, hunc libellum Palladium nostrum Auctorem habere. Ex ipso opere nil certi peti potest; nisi quod a Christiano, & florente adhuc Romano Imperio, scriptus fuerit. Meminit quidem Mosis cuiusdam, Adulenorum Episcopi, itineris sui ad Indiae ingressum comitis: quem suspicari forsan quis possit eumdem esse cum Mose, Saracenorum Episcopo; qui ab anno CCCLXX. claruit: & de quo multa habent Socrates (lib. 4. c. 36.) & Sozomenus (lib. 6. cap. 38.) Adule enim in confinio AEgypti, & AEthiopiae sita est: ubi loci tunc temporis habitasse Saracenos testatur Sozomenus loc. cit. Verum de hac re nihil statuo: iudicent eruditi.

Tractatum Anonymum Scriptoris cuiusdam Latini *de Brachmanis*, hactenus ineditum, ad calcem dicti libelli dedit idem Bissaeus.

PALLADIUS, Galata, Episcopus Helenopolitanus, claruit anno CDI. De eo illud solummodo hoc tempore monere visum est, exstare apud Galeum nostrum Palladium *de gentibus Indiae, & Brachmanibus*, hoc titulo: Τοῦ αὐτοῦ Παλλαδίου περὶ τῶν τῆς Ἰνδίας ἐθνῶν καὶ τῶν Βραχμάνων. Hic titulus indicat opus hoc in Codice unde descriptus fuerat hic libellus, sequutum fuisse aliud eiusdem Palladii opus. His adde, in Epistola Brachmanum, & Indorum ad Alexandrum haec haberi verba p. 15. ἀδικεῖ γὰρ ὁ ψευδόμενος ὃν πείθει, ἀδικεῖ δὲ καὶ ὁ πειθόμενος ψευδομένῳ προσέχων πρὶν ἢ τ' ἀληθὲς μάθῃ. Quae totidem fere apicibus in Dialogo Palladii *de Vita Chrysostomi* reperiuntur, cap. IV. pag. 37. Unde facilis oritur coniectura; unum & eumdem fuisse utriusque operis conditorem. Quod perpendant Eruditi. Hinc in Cod. Colberteo 973. Post Palladii Historiam Lausiacam proxime sequitur Historia Bragmanum, teste Dufresnio in Indice Auct. Gr. p. 31.

Ex

Ex Casimiro Oudino De Script. Eccles. §

PALLADIVS Helenopolitanus Episcopus, Gente Galata, anno aetatis XX. Christi Domino CCCLXXXVIII. Theodosio iterum Consule, in AEgyptum porrexit, ut asceticam vitam ab insignibus huius temporis Monachis hauriret. Alexandriam delatus, ad Isidorum se contulit, cuius consilia atque vitae instituta sequeretur, de quo Sozomenus Lib. VI. *Historiae Ecclesiasticae* cap. XXVIII. Hic Palladium commisit Dorotheo Asceta celeberrimo Thebano, qui in specu quodam non longe ab Alexandria vivebat, cuius austeritatem quum ferre Palladius non posset, alio migrare coactus est. In hac eremo Evagrii Pontici quoque discipulus exstitit, ut habet Socrates *Historiae* lib. VI. cap. XXIII. qui Rufini quoque Aquileiensis & Presbyteri aequalis atque intimus fuit, in Origenis, & Pelagianorum errores propensior, quos in hac solitudine ab his Monachis hauserat. Pelagianam igitur cum Monachis AEgypti, & Palaestinae, alias probitate morum praestantibus, doctrinam Palladius didicit, etiam antequam ipse Pelagius in vulgus erumperet: quam usque ad mortem mordicus tenuit. Vnde Hieronymus Prooemio in Dialogos *adversus Pelagianos* inquit. *Palladius servilis nequitiae, eamdem haeresim instaurare conatus est, & novam translationis Ebraicae mihi calumniam struere. Num & illius ingenio nobilitatique invidemus? nunc quoque mysterium iniquitatis operatur, & garrit unusquisque quod scribit: ego solus sum, qui cunctorum gloria mordear: & tam miser, ut his quoque invideam, qui non merentur invidiam.* Quum vero ex vitae Asceticae studio, & exercitatione aegritudinem non spernendam contraxisset, atque Alexandriam rediisset, reparandae valetudinis causa Palaestinam ex Medicorum consilio accessit: quum diu mansisset, atque sub cura, & regimine Innocentii Abbatis per triennium integrum, anno tamdem CD. vel CDI. a Palaestina Bithyniam veniens: Episcopus Helenopolitanus electus est. Hic anno Christi CDXXI. aetatis LIII. Episcopatus viginti, vitae solitariae XXXIII. post lustratam, & pedibus calcatam eremum, scripsit Graece *Historiam Lausiacam* (sic autem dicta, quod ad Lausum virum illustrem, & sacro Cubiculo Praefectum, scripta sit) quam habes Latine ex veteri interpretatione Rufini editam, cum Notis Heriberti Rosweidi in *Vitis Patrum*, Antuerpiae in fol. annis 1615. & 1628. Itemque Graece primum cum Notis Ioannis Meursii anno 1616. Lugduni Batavorum in 4. Denique Graece & Latine cum Notis Frontonis Ducaei in *Auctario Graecolatino* Bibliothecae Veterum Patrum, editionis Parisiensis 1624. Tom. II. pag. 893. Quia vero in illa Meursii atque Ducaei editione Graeca, multae lacunae in Graeco textu, ex defectu manuscripti Codicis unde prodierat, occurrebant: emplastrum hic vulneri adponens Ioannes Baptista Cotelier, in *Veteribus Graeciae Ecclesiae Monumentis*, lacunas has complevit Tomo II. pag. 341. qui fragmenta etiam XI satis ampla in editis exemplaribus desiderata, quibus vel historia augeatur, vel Graecus textus suppleatur, Graece & Latine cum Notis edidit Tomo III. pag. 117. & 158. Suppletus autem Graecus textus ex MSS. Codd. Graecis variis, Bibliothecae Regiae Parisiensis, & Colbertinae: unde primigenius textus, iam integer prodire potest. Opus istud Lausiacum Palladii habetur etiam Graece MS. inter Manuscriptos Codices Historicos Graecos *Bibliothecae Caesareae Vindobonensis* num. XXIX. ut habet Petrus Lambecius libro VIII. eiusdem Bibliothecae pag. 312. ubi nostrum Palladium his graviter perstringit. „ Primus hanc Historiam ex Graeco in Latinum Sermonem „ translatam, edidit Gentianus Hervetus Aurelianensis, Parisiis „ anno 1555. in 4. Graece autem Ioannes Meursius ex Co„ dice MS. Bibliothecae Palatinae Heidelbergensis, Lugduni „ Batavorum typis Elzevirianis anno 1616 itidem in 4. Con„ iunctim vero Graece simul & Latine exstat eadem Historia „ in Magna Bibliotheca Veterum Patrum Parisina anni 1654 „ in fol. & quidem Tomi XIII. pag. 893. atque deinceps „ usque ad pag. 1055. Nec solum in duabus supra memora„ tis editionibus impressis, verum etiam in duobus Codicibus „ manuscriptis Graecis Bibliothecae Regiae Parisinae adornata, „ & eruditis Frontonis Ducaei Notis illustrata: sed & ab ista „ tertia editione, Exemplar praesens MS. Caesareum valde di„ screpat: ut ex sola supra exhibiti principii, & finis colla„ tione, & adiunctis meis marginalibus adnotationibus, lucu„ lenter adparet. Ceterum qualis iste fuerit Palladius, & quod „ Scripta eius caute legenda sint, solicite ac recte monet „ Fronto Ducaeus Soc. Iesu in Prolegomenis supra memora„ tae Graecolatinae editionis *Historiae Lausiacae* in Magna Bi„ bliotheca Veterum Patrum Tomo XIII. pag. 893. & 894. „ his verbis. *Vt probe noscas Lector, quisnam Palladius fue„ rit, accipe iudicia Patrum de ipso. S. Hieronymus cuius hac „ in re iudicium probat S. Gelasius I. Praefatione in libros „ adversus Pelagianos ait:* Palladius servilis nequitiae, haeresim „ Pelagianam restaurare conatus est. *S. Epiphanius in Episto„ la ad Ioannem Ierosolymitanum sic inquit:* Palladium vero „ Galatam, qui quondam nobis charus fuit, & nunc miseri„ cordia Dei indiget, cave: quia Origenis haeresim praedi„ cat & docet, ne forte aliquos de populo tibi credito, ad „ perversitatem sui inducat erroris. *Haec Sanctus Epiphanius. „ At res Palladii gestas, vafritiem, & odium in S. Hierony„ mum pluribus exponunt Annales Ecclesiastici Card. Baronii, „ Tomo V. Ex quibus omnibus disces, quae fides adhibenda sit „ haeretico homini Origenistae & Pelagiano, in his praesertim, „ quae de quibusdam sui similibus Monachis, eadem fuligine „ tinctis, in hoc opere prodit: ac maxime verendum, ne ali„ quos pro Sanctis venditet, qui fuerunt Origenistae, & Pe„ lagiani. Sagaci coniectura suis locis in opere, quosdam istius „ furfuris indicabimus. Vt magis autem faciem, & intima „ Palladii introspicias, scito ipsum fuisse discipulum Evagrii „ Pontici, Origenistae haeretici, toties ab Ecclesia damnati, de „ quo plura adnotavimus, initio Libri Evagrii. Hoc de se „ testatur Palladius in hac Lausiaca, cum ait:* Respondi me „ esse peregrinum, & de Galatiae partibus venire, & unum „ ex Evagrii fratribus esse confessus sum. *Idem adfirmarunt „ Socrates Lib.* IV. *cap.* XVIII. *& Nicephorus Callistus Lib.* II. „ *cap.* XLIV. *ut nihil mirum sit, si eodem luto errorum quo „ Magister, tinctus Palladius fuerit. Quocirca, etsi hoc Opus „ laudarunt Socrates, & Nicephorus, ut non imus inficias „ multa illi inesse utilia, & recta: ita certum est, illos, „ qualis Palladius fuit, non penitus perspectum habuisse.* „ Haec Fronto Ducaeus in prolegomenis, quae Palladii laudibus parum conducunt.

Exstant praeclari, & multi MSS. Codices huius *Historiae Lausiacae* in Anglicanis bibliothecis. Inter MSS. Codices Bodleianae Oxonii in Anglia bibliothecae, Codice 277. in MSS. Codicibus Oliverii Cromwelli Codice 98. num. 24 *Vita, & res gestae Patrum quorumdam*, seu *Historia Palladii Lausiaca* a pag. 325. ad 385. Inter Manuscriptos Codices Ecclesiarum Cathedralium Angliae, & aliarum celebrium bibliothecarum Codice 3426. in MSS. Codicibus bibliothecae Norfolcianae Codice 527. num. 1. *Palladii historia ad Lausum*. Et ibidem Codice 3452. in MSS. Codicibus iisdem Norfolkianis Codice 553. num. 2. *Palladii historia ad Lausum*. Et ibidem Codice 5951. in MSS. Codicibus Thomae Galei Codice 117. *Palladii liber de gentibus Indiae, & de Brachmanibus*, collatus cum Manuscriptis aliis. In nostra denique Lugdunobatava celebri bibliotheca, inter MSS. Codices ab heredibus Isaaci Vossii emtos, Codice Graeco 24 *Palladii Historia Lausiaca*, triplo fere amplior editione Meursii, cum aliis multis de Eremitarum vita in AEgypto.

Idem scripsisse dicitur Tractatum *de Gentibus Indiae, & Brachmanibus* quem anno 1665. Graece & Latine Londini in 4. edidit Eduardus Bissaeus, nobilis Anglus. At vix mihi persuadere possum, hunc Tractatum auctorem habere Palladium nostrum. Ex ipso opere nihil certi peti potest, nisi quod a Christiano, & florente adhuc Romano Imperio scriptus fuerit. Meminit quidem Mosis cuiusdam Aduliorum Episcopi, itineris sui ad Indiae ingressum comitis: quem suspicari aliquis possit eumdem esse cum Mose Saracenorum Episcopo, qui circa annum CCCLXX. floruit, cuius splendide mentionem faciunt Socrates lib IV. *Historiae* cap. XXXVI. & Sozomenus lib. VI. cap. XXXVIII. sed hoc ipsum quod de Mose itineris ad *Indiam* socio legitur, Palladium Helenopolitanum Episcopum ab huius opusculi productione removet, nam quo tempore florebat ille Moses anno nimirum circiter CCCLXX. vix triennis erat Palladius noster, qui anno aetatis XX Christi CCCLXXXVIII. (ut ipse inquit) ad Monachos AEgypti, & Palaestinae se contulit. Ab hoc autem tempore usque ad annum aetatis LIII. Christi CDXXI. neque vel minimum indicium adparet, Palladium Galatam in *Indiam* perrexisse: multo minus ibidem per annos plures commoratum esse, ut Gentis illius ac *Brachmanum* mores singulari opusculo describeret. Quisquis igitur attente considerabit vitam Palladii nostri usque ad annum aetatis LIII. quam in Praefatione *Historiae Lausiacae* refert, atque sub initium eiusdem Historiae, nullo negotio fatebitur, auctorem *Historiae Lausiacae* atque Tractatus *de Gentibus Indiae, & Brachmanibus*, unum, & eumdem esse non posse. Opus autem Palladii inscriptum *Historia Lausiaca*, olim Romae MS. in Bibliotheca Stortiana, in classe *Historicorum* num. 93. & Tractatus *de Gentibus Indiae & Bracmanibus*, ibidem in classe *Theologorum* num 106. Eadem autem *Historia Lausiaca* MS. in Bibliotheca Galliarum Regia Cod. MS. 2466. & tribus aliis Colbertinis, ut habet Cotelerius, loco citato. Eadem *Historia Lausiaca Palladii cum Historia Brachmanum* MS. Graece in Codice 973. Bibliothecae Colbertinae exstat. Adscribunt quoque nonnulli Palladio Helenopolitano Episcopo *Vitam Sancti Ioannis Chrysostomi*, quam habes Latine tantum inter eius Opera Graecolatina sub secundi voluminis initium, per modum Dialogi inter Episcopum, & Theodorum scriptam, unde quidam Theodoro illam attribuerant. Verum eamdem Graece, & Latine ex MS. Codice Bibliothecae Florentinae, quo olim in interpretatione sua Ambrosius Camaldulensis usus fuerat, edidit Emericus Bigot Rothomagensis, vir eruditus, Parisiis 1680. in 4. apud viduam Edmundi Martini. Nullam vero praefationem omisit, ut perperam in *Supplemento* Bellarmini pag. 67. scripseram; sed quam Ambrosius Camaldulensis proprio marte Opusculo adiunxerat, Bigotius fidem Manuscripti Codicis sequutus, rescidit. Ideoque si quod malae fidei crimen; illud Bigotio imputandum non est, sed Ambrosio Camaldulensi Monacho, qui & prologum adiecisse, & vitae interdum aliqua addidisse accusatur: cuius versio Eugenio IV. nuncupata Venetiis seorsim prodiit anno 1533. in 8. posteaque cum Chrysostomi operibus, Parisiis & alibi saepius recusa est. Omisit quidem

Bi-

Bigotius in Editione sua, vel potius suadentibus Sorbonicis quibusdam Doctoribus, suppressit ad calcem Palladii impressam, *Epistolam Sancti Ioannis Chrysostomi ad Caesarium Monachum*: sed quae ad vitae Chrysostomi integritatem nihil conferat, prorsusque aliena sit ab illo Palladii Dialogo. De Suppressione huius *Epistolae S. Chrysostomi ad Caesarium Monachum* conqueruntur Ballietus in *Iudiciis Sapientum* Tomo III. pag. 553. Auctor Reipublicae Litterariae ad annum 1685. pag. 594 quos videas. Plura docebit hac de re, *S. Anastasii Sinaitae Anagogicarum Contemplationum in Hexaemeron Liber XI. hactenus desideratus*: quem edidit Petrus Allix Londini Graece & Latine in 4. 1682. cui praemissa est Expostulatio *De S. Ioannis Chrysostomi Epistola ad Caesarium Monachum adversus Apollinarii haeresim, a Parisiensibus aliquot Theologis non ita pridem suppressa*. De Dialogi huius auctore (inquit Cavus in *Historia Litteraria* seculo V, pag. 287.) multa inter Eruditos lis est. „ Palladium fuisse Historiae Lausiacae auctorem, com„ munis est Scriptorum sententia: quod tamen alii in dubium „ vocant, alii plane negant. Palmarium negantium argumen„ tum est, quod in Dialogo Palladius se tunc primum Ro„ mam vidisse fateatur: Palladium vero Helenopolitanum ibi „ aliquot ante annis commoratum fuisse adfirmet. Cui ta„ men responderi potest, Dialogi auctorem data opera nomen „ ac personam suam (quod aliunde etiam patet) dissimulan„ tem: Locum priorem Operi suo eo fine intexuisse, ut eo „ melius lateret. Aut hoc dicendum erit, aut necesse est, ut „ cum Cl. Bigotio alium fuisse Palladium statuamus, qui „ priori Aspunam translato in sede Helenopolitana successerit: „ istumque demum esse, qui cum Theodoro Dialogum Ro„ mae habuerit. Interim notatu non indignum, Historiae „ Lausiacae Scriptorem, Olympiadi Chrysostomi Diaconissae „ perquam familiarem, ac Chrysostomi calamitatum partici„ pem fuisse: & ob eius causam Romam demum profectum „ esse, ut ipse testatur *Historiae Lausiacae* capp. 144. 43. & „ 121. Quid quod non modo Georgius Alexandrinus, & ex „ eo Photius Dialogi conditorem Palladius vocat: non modo „ Dialogi Codicis Graeci titulus, & indiculus Savillianus, „ hunc Episcopum fuisse Helenopolitanum testantur, ut recte „ notat idem Bigotius: Sed & Theodorus Trimithuntis in „ Cypro Episcopus, unum eumdemque *Historiae Lausiacae*, „ *&* *Dialogi* Scriptorem, Palladium diserte facit. Verum o„ mnia doctiorum placitis lubens submitto. „ Haec Cavus in quam se verteret partem incertus, quas quoque rationes non dissimulat Ellias du Pin in *Nova Bibliotheca Ecclesiastica* Seculo V. Tomo III. pag. 92. in Palladio. Verum his tribus coniecturis in gratiam Palladii Helenopolitani adlatis a Cavo, & aliis: alias tres coniecturas adfert, quae adlatis graviores esse videntur, atque Helenopolitanum hunc Palladium ab huius Dialogi partu excludere, cum Emerico Bigotio. Nam 1. Auctor Vitae Sancti Chrysostomi loquitur de itinere Palladii Helenopolitani Romam, quasi longe praecesserit propriam profectionem suam. 2. Supponit se scribere huius Vitae Dialogum, eo tempore quo Palladius Helenopolitanus Episcopus, in Oriente captivus tenebatur. 3. Tamdem Palladius Helenopolitanus tempore mortis Chrysostomi annos tantum XXXIX. natus erat, a sexennio tantum Episcopus: quum tamen auctor huius Dialogi Theodorum introducat, de se tamquam de veteri Episcopo loquentem. Hae sunt rationes quibus motus Bigotius, auctorem *Dialogi vitae Chrysostomi*, alium a Palladio Helenopolitano Episcopo opinatus est: quas coniecturis in contrarium adlatis validiores arbitror. Opinatus est olim Ioannes Sambucus *Dialogum de Vita Chrysostomi a Palladio* conscriptum, exstare Graece MS. in Bibliotheca Caesarea Vindobonensi: quo Sambuci errore Antonius Possevinus deceptus in Catalogo MSS. Codicum Theologicorum huius Bibliothecae, qui *Adparatui sacro* eius subiunctus est. Hoc notat egregie Lambecius lib. VIII. seu Tomo *Bibliothecae Caesareae* pag. 297. dum Codicem MS. Historicum Graecum XXVI. examinat. In hoc enim Codice Vita quidem S. Ioannis Chrysostomi continetur, sed ab Anonymo scripta, non a Palladio. Huius mentionem faciunt ex Veteribus, Epiphanius Epistola ad *Ioannem Ierosolymitanum*, quae est LX. inter Epistolas D. Hieronymi. Hieronymus in Prooemio Libri *adversus Pelagianos*, ad Ctesiphontem. Gelasius I. Papa, Praefatione in librum *Adversus Pelagianos*. Socrates lib. IV. *Historiae Ecclesiasticae* cap. XXIII. ubi huius *Historiae Lausiacae* meminit. Sozomenus lib. VII. *Historiae* cap. XXXVI. cum aliis qui ab una sede Episcopali ad aliam migrarunt, Palladii Helenopoli Aspunam translatum enumerans. Cassiodorus lib. VIII. *Historiae Tripartitae* cap 1. Ioannes Damascenus, vel Auctor quivis anonymus, *de iis qui in fide dormierunt*. Ex recentioribus post Labbeum, Gerardus Ioannes Vossius in Opere *de Historicis Graecis*. Heribertus Rosweidus in Prolegomenis, & Notis ad Vitas Patrum. Emericus Bigotius, in editionis *Vitae Chrysostomi* sub Palladii nomine, Praeludiis, ut supra monuimus.

Ex Baron. Annal. ad ann. CCCLXXXVIII.

Hoc eodem anno, sub Consulatu videlicet Theodosii secundo, Palladius Galata, ut ipse testatur (*Pallad. Vit. SS. Pat. c. 1.*) Alexandriam petiit: qui tum ex iis, quae ibi eremum AEgypti peragratus vidit, tum ab aliis audivit, scripsit postea commentarium ad Lausum Praefectum; quam ob causam eumdem librum interdum *Lausiaca* adpellarunt, cui & titulus ille praefixus alicubi reperitur, ut *Paradisus Heraclidis* nominetur. Mansit hic in eremo cum Evagrio Pontico aliquot annis (de triennio ibi confecto ipse (*Pallad. eod. c.* XII.) meminit.) Porro Evagrii Pontici consuetudine, Origenis erroribus imbutus est. Fuit Evagrius, ut dictum est, origine Iberus citra pontum Euxinum, quem ob id Hyperboritam adpellat S. Hieronymus; qui a S. Basilio lector ordinatus, a Gregorio vero Nazianzeno Constantinopoli factus diaconus, Nectario relictus: inde quum divino impulsu coactus esset recedere, Ierosolymam ad Melaniam se contulit; ubi corporis mala valetudine diu adfectus, poenitentia anteactae vitae ductus, ex clerico monachus redditus, in AEgyptum profectus, in Nitriae monte monasticam vitam exercuit ad decimumsextum usque annum, prout idem qui illi inhaesit Palladius (*eod. l. c.* XXV.) tradit. Mirati sumus aliquem dubitare, num hic Palladius idem sit cum illo, quem fuisse natione Galatam, & professione Origenistam S. Hieronymus tradit; quum idem ipse Palladius eo commentario id profiteatur his verbis: (*cap.* XXII.) *Respondi me esse peregrinum, & de Galatiae partibus venire, & unum ex Evagrii fratribus esse confessus sum.* Haec ipse. Porro ambos, Palladium scilicet & Evagrium, Origenis erroribus fuisse corruptos, non obscure tum Hieronymus, tum etiam Epiphanius adfirmarunt.

Sed & Palladius ei inhaerens, eiusdem quoque morbi contagione contabuit; de quo Hieronymus adversus Pelagianos agens haec habet: *Palladius, servilis nequitiae, eamdem haeresim instaurare conatus est, & novam translationis Ebraicae mihi calumniam struere: num & illius ingenio nobilitatique invidimus? nunc quoque mysterium iniquitatis operatur. &c.* Ob quam etiam causam S. Epiphanius eumdem in Palaestina ista docentem deplorans ait: *Palladium vero Galatam, qui quondam nobis carus fuit, & nunc misericordia Dei indiget, cave; quia Origenis haeresim praedicat, & docet; ne forte aliquos de populo tibi credito ad perversitatem sui inducat erroris.* Haec ipse scribens ad Ioannem Ierosolymitanum Episcopum, quum idem Palladius iam deseruisset eremum Nitriae, & morbi causa (ut ipse testatur) abiisset in Palaestinam; ubi aliquamdiu moratus haereses docebat Origenis: quem cavendum Epiphanius Ioannem eius loci Episcopum quam primum admonuit. Quum vero Origenistarum nullum alium nominet, nisi Palladium; certe, etsi alii essent eadem labe conspersi, tamen non alium quam ipsum id muneris subiisse, ut Origenis deliramenta doceret, satis adparet. Quamobrem Origenistam illum, quem S. Paulam tentasse Hieronymus scribit, neminem certe praeter Palladium tunc in Palaestina morantem fuisse conspicio, de quo ista in eiusdem Paulae epitaphio habet: *Tangam ergo breviter quomodo haereticorum coenosos devitaverit lacus, & eos instar habuerit Ethnicorum. Quidam veterator callidus. atque ut sibi videbatur, doctus & sciolus, me nesciente, coepit ei proponere quaestiones, & dicere: Quid peccavit infans, ut a daemone corripiatur? In qua aetate resurructuri sumus? si in ipsa qua morimur, ergo nutricibus post resurrectionem opus erit; si in altera, nequaquam erit resurrectio mortuorum, sed transformatio in alios. Diversitas quoque sexus maris & feminae erit, aut non erit? Si erit, sequentur & nuptiae, & concubitus, sed & generatio; si non erit, sublata diversitate sexus, eadem corpora non resurgent: adgravat enim terrena inhabitatio sensum multa cogitantem; sed tenuia erunt, & spiritualia, dicente Apostolo: Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Ex quibus omnibus probare cupiebat, rationales creaturas ob quaedam vitia & antiqua peccata in corpora esse delapsas, & pro diversitate & meritis peccatorum, tali vel tali conditione generari, ut vel corporum sanitate gauderent, & parentum divitiis ac nobilitate, vel in morbidas carnes & domos inopum venientes, poenas pristinorum luerent delictorum, & praesenti saeculo atque corporibus quasi carcere clauderentur.*

Quod quum audisset, & ad me retulisset indicans hominem; mihique incubuisset necessitas nequissimae viperae ac mortiferae bestiae resistendi, de quibus Psalmista commemorat, dicens: Ne tradas bestiis animas confitentium tibi; &: Increpa Domine bestias calami, quae scribentes iniquitatem, loquuntur contra Dominum mendacium, & elevant in excelsum os suum: conveni hominem, & orationibus eius, quam decipere nitebatur, brevi interrogationi conclusi, dicens, &c. Refert disputationem tunc cum eo habitam, atque ad postremum addit: *Ex quo die ita coepit Paula hominem detestari, & omnes qui eiusdem dogmatis erant, ut eos voce publica hostes Domini proclamaret.* Haec Hieronymus. Sic igitur a S. Hieronymo confutatus Palladius, in ipsum stylum convertit, atque primum haec de Paula adversus eumdem Sanctum Hieronymum in suo commentario ad Lausum effutiit: *Multas feminas vidi, plurimasque tam viduas, quam virgines novi, inter quas Paulam Romanam, matrem Toxotii, feminam ad genus vitae, quod est secundum spiritum dexterrimo ingenio: cui quidem, quo minus ei se daret, impedimento fuit Hieronymus quidam genere Dalmata, qui mulierem optima indole ad genus vitae perfectum, cum in eo multos, ne dicas omnes, longissimo post se intervallo videretur posse relinquere, ipse invidia motus ad suum peculiare vivendi institutum pertraxit. Eius filia nomine Eustochium in Bethlehem vitam adhuc monachalem exercet; quam quidem ego numquam adloquutus sum: ceterum fertur insigni*

esse

esse pudicitia, & regere societatem virginum quinquaginta. Haec Palladius: mansisse autem ipsum in Palaestina saltem usque ad annum trecentesimum nonagesimumsecundum inferius dicemus ex epistola Epiphanii ad Ioannem.

At quid postea de Palladio? Accidit quidem, ut recedens e Palaestina in Bithyniam, Catholici hominis personam induerit, & inter Catholicos consuescens, postea in Ioannis Chrysostomi Episcopi Constantinopolitani se amicitiam insinuarit. Et unde hoc, inquies, de consuetudine cum Ioanne accepisti; ex eo potissimum, quod favit eidem Ioanni Chrysostomo; cui quidem non communione Catholica tantummodo coniunctus, sed & eidem fuit tolerantia malorum propinquus: nam quae ob eiusdem Ioannis defensionem passus est, his verbis ipse declarat: *De Palaestina autem ad provinciam Bithyniam veni; in qua nescio quo modo, utrum studio hominum, an voluntate divina (hoc Deus novit) Episcopus ultra meritum meum factus sum. In quo tempestatis illius, quae sub S. Ioanne commota est, interfui malis, & per decem menses in obscurissima cellula occultatus, coepi illius sancti dicta reminisci, &c.* Quo etiam tempore, cum vigeret vehementior in eumdem Chrysostomum persequutio, ex Oriente recedens; Romam se contulit ad Innocentium, a quo una cum aliis exceptus est. Et unde haec? dices. Testatur id ipse cum de Piniano atque eius coniuge Melania iuniore, a quibus exceptus in Vrbe fuit, sermonem habens, haec ait: *Ne nobis quidem certe. cum plurimi simul essemus, qui Romam propter beatum Episcopum Ioannem perrexeramus, exigua praestiterunt: sed dum in illis partibus degeremus, officiosissimo nos susceperunt hospitio, largissimisque sumtibus, cum inde proficisceremur, honoraverunt.* Haec ipse.

Quando autem id acciderit, expressum habes in dialogo de rebus eiusdem S. Ioannis his verbis: *Vix mensis effluxerat, cum Palladius quoque Episcopus Helenopoleos (est enim Helenopolis Civitas in Bithynia, de qua superius) absque litteris venit, qui & ipse fugisse dicebat vesaniam Principum; expressius autem atque signantius enarravit omnia, ipsumque exemplar edicti protulit, &c.* licet hunc, de quo agimus, Palladium diversum ab illo esse oporteat, qui in eo dialogo interloquitur: etenim tunc primum Romam se venisse dicit, cum sub Zosimo Papa pro pace Ecclesiarum ea functus est legatione. Sed quid tamdem? ipsum foris pro tempore mutasse personam potius, quam animum impietate refertum, non leve argumentum est, quod eo libro, quem post eas turbas conscriptum ab eo constat (nam in eo meminit de Melaniae obitu, qui contigit post Vrbis Romae excidium) Origenistas complures laudavit, ipsumque Evagrium Origenis erroribus infamatum ad caelum evexit. Intelligis ex his, lector, satis periculosas hoc tempore haereses excitari, quarum studiosos eadem Origenis haurire atque aliis propinare venena eo magis perniciosa, quo iidem viri magnae doctrinae, & sanctitatis nomine celeberrimi haberentur. Quis doctrina aequalis Didymo, qui primus Origenem suum nondum expiatum sordibus Alexandriae tamquam idolum erexit? cui thus incauti adolevere Melania senior atque Rufinus, Evagrius atque Palladius, necnon nominati superius anachoretae: quibus postea inhaerens Pelagius & ipse monachus, maiore accessione impietatis novae haeresis auctor factus, non amplius inter gregales militavit Origenistas, sed ipse sibi nomen conciliavit haeresiarchae, de quo suo loco pluribus atque saepius agendum erit. Vide, quam periculosum sit extra lineam Catholicae puritatis efferre pedem, licet, quis magnorum virorum tuta se putet sequi vestigia: sed illud tutum, antiquum Ecclesiae servare depositum, traditionibus inhaerere, novantiumque omnes voces tamquam serpentum sibilos, & terrificos luporum ululatus horrescere. *Erant enim* (inquit Vincentius Lirin. cont. haeres. c. 14.) *horum omnium verba illa fastu, & adrogantia plena. Nobis auctoribus, nobis principibus, nobis expositoribus, damnate quae tenebatis, tenete quae damnabatis, reiicite antiquam fidem, paterna instituta, maiorum deposita; & recipite,* nostra videlicet: *quaenam illa tandem? horreo dicere: sunt enim tam superba, ut mihi non modo adfirmari, sed ne refelli quidem sine aliquo piaculo posse videantur.* Sed de his suo loco dicendum.

Idem ad ann. CD.

Vides, inquam, historiam ab ipsis Origenistis confictam, dum commenti sunt remotissimas causas indignationis Theophili; a quo non vocatos illos Alexandriam ad pacem, sed quaesitos in eremo fugatos ab eo fuisse, nec ab AEgypto tantum, sed e Palaestina, epistolaris historia omnium fidelissima superius recitata declarat. Sed subdit Sozomenus:

Ammonius autem ac Dioscorus, intellectis insidiis, Ierosolymam secesserunt, & inde Scythopolim venerunt, quod eam habitationem sibi accommodatam esse ducerent ob frequentiam palmarum, quarum foliis utebantur ad consueta monachorum opera. Sectabantur enim ipsos viri plus minus octoginta. Interea temporis Theophilus quosdam Constantinopolim emisit, tum ut iam antea in tempore calumnias quasdam sererent adversus illos, tum ut obsisterent, si qua in re illi Imperatoris opem implorarent. Ea re cognita, Ammonius Constantinopolim traiecit, & cum eo Isidorus, qui communi studio id agebant, ut coram Imperatore iudice & Ioanne Episcopo detegerentur insidiae, quae ipsis erant intentatae. Arbitrabantur enim, illum legitimae libertatis in loquendo studiosum, sibi opem legitime posse ferre. Haec dicta a Sozomeno pluribus vides conserta esse mendaciis: ante enim monachos hos expulsos a Palaestina, Constantinopolim profectos esse, sed nec cum eis Isidorum fuisse, litterae ipsius Theophili ad Epiphanium datae declarant: quibus & significatur, ab Epiphanio ipso, non autem a Theophilo Constantinopolim tunc missum esse legatum, qui hos iam esse in Synodo condemnatos, Ecclesiam illam redderet certiorem. Ipse autem Theophilus in alias regiones misit legatos ex monachis Nitriae cum litteris, quibus alias Ecclesias de iisdem cavendis commonefaceret, ut suo loco superius dictum est. Sed a quo Sozomenus eiusmodi est mutuatus historiam? Invenies plane eadem ferme & alia a Palladio, & ipso iamdudum Origenista, esse conscripta: quantum autem ipse eiusdem sectae hominibus faverit, consule ipsius Lausiaca, ubi totus versatur in laude Isidori ac consodalium monachorum: sed de ipso revoca in memoriam dicta superius Tomo quarto. Vidisti igitur ipsum obvolvere diversis praetextibus veritatem, aliasque adducere causas, cur hi a Theophilo ex AEgypto & Palaestina expulsi traiecerint Constantinopolim: cum tamen non recitatae tantum superius ea de re epistolae ultro citroque datae id adseverent; sed & Posthumiani testificatione, quem tunc contigit adesse Alexandriae, atque cuncta spectare oculis, nonnisi occasione librorum Origenis hos omnes fugatus esse, certum adpareat.

Porro eiusmodi historia ab Origenistis primum descripta, eorumdem stylo (ut vidimus) lancinata potius quam exarata cognoscitur: ut de illis illud Ezechielis iure dici possit: *Delinierunt parietem absque temperatura:* dum cautim obortam occasione Origenis errorum, in criminationes Theophili converterunt; cum nulla ferme apud eos sit mentio de damnatis in Concilio Alexandrino iisdem haereticus Origenis, neque de iudicio Episcoporum in eamdem sententiam conspirantium, duce S. Epiphanio in Cypri insula: aut (quod dissimulandum non erat) de sententia Anastasii Romani Pontificis, eiusdemque litteris datis ad diversarum provinciarum Episcopos, vel Synodis ea de causa diversis in locis in Occidente habitis, ut a Venerio Episcopo Mediolanensi, a Chromatio Episcopo Aquileiensi, & aliis. Sed rebus tantis silentio sepultis, de obiectis ab excommunicatis illis in Theophilum criminibus, hi quos diximus, historiam texuere, atque in primis Palladius, cum haec ait: *Ingenti illi necessitate, loca in dies mutare compulsi, tamdem regiam ad urbem pervenerunt, in qua erat divina manu ad curam indigentium Ioannes ordinatus Episcopus, procumbentesque ad eius genua, orabant ut opem ferret animabus calumniam passis, atque vastatis horum studio, qui hoc potius quam benefacere consuevissent.* Haec ipse: adeo namque fuit horum monachorum, ad commiserationem inducendam, cum verbis ipse quoque corporis habitus accommodatus, ut quantumlibet Ioannes sciret hos ab Epiphanio Synodicis Theophili litteris praedamnatos, audire tamen eos minime denegarit. Vnde item subdit Palladius:

Stetit Ioannes, & vidit quinquaginta electorum hominum caniciem venerandam, sacris sudoribus infectam: compunctusque iuxta Ioseph, pro fraternitatis studio in lacrimas solvitur; percunctatus ab eis, quisnam aper de silva, aut singularis fera huic foecundissimae & laetissimae viti invidisset. Ad haec illi: Sede (inquiunt) Pater, nosque utcumque vulneratos Theophili Papae vesania, curare stude, si tamen nolueris nostrorum tumoribus vulnerum obducere cicatrices. Nam si ipse quoque nos despicis, aut reverentia, aut metu Theophili, iuxta Episcopos reliquos; nihil iam superest nobis, nisi ut profecti ad Imperatorem, ipsius opera pessima ad iniuriam Ecclesiae publicemus. Itaque si opinionis Ecclesiasticae tibi cura est, persuade illi, ut nobis permittat in AEgypto remorari. Nihil enim peccavimus, neque in Dei leges, neque in illum ipsum. Vides haereticos non solum Catholicorum, sed sanctissimorum quoque virorum ad decipiendum compositam formam, mentita larva, sibi superinducere? At quid tunc Ioannes Chrysostomus ad haec verba? subdit Palladius:

His Ioannes auditis, ratus facile Theophili adversus illos iram in gratiam transferri posse, libenter hoc negotium sumit: admonensque viros, ut adventus sui causam silentio tegerent, donec ipse ad Theophilum scriberet: & mansiones illis in ecclesia, quae Anastasia dicitur, ad requiem tribuens; ipse quidem necessaria victui non suppeditabat; sed eis religiosae mulieres ministrabant, ipsis quoque ex opere manuum necessitates suas ex parte supplentibus. Haec cum de piis mulieribus dicat Palladius; inferius eodem dialogo ipse habet eosdem monachos fuisse susceptos ab Olympiade vidua, olim Nebridii sponsa, nunc vero diaconissa Ecclesiae Constantinopolitanae, de qua nos plura superius: cuius rei causa tradit Theophilum eam maledictis incessisse. Sed quam frigide eamdem ipse excuset, quam ea de causa reprehendendam existimaverit. Theodorus: accipe quae tum ab ipso Palladio per dialogismum in medium adferuntur; nam PALLADIVS: *constat* (inquit) *Theophilum iracundiae nimis obsequutum, illos abiecisse. Quicumque illi fuerint, sive haeretici, sive Catholici, non tamen eos Olympias recipere debuit. THEODORVS. Bene illa, an male fecisse videtur? THEOD. Male, ut dixi. PALLAD. Vmquam ne beneficentia culpatur? THEOD. Et saepe, cum scilicet in malos & non merentes emanarit. PALLAD. Quinam igitur erant illi quinque millia, quos ex quinque hordeaceis panibus Salvator pavit, boni, an mali? THEOD. Boni scilicet: quippe qui a*

Salvatore pasci meruerunt. PALLAD. *Cur ergo ordeaceis pasti sunt, si boni fuerint?* THEOD. *Forte quia triticei non aderant, fame dominante.* A Vides rem ineptam: sed illud bene paullo post, cum Palladius subdit Olympiadem eos suscepisse, existimans bonos, ubi ait: *Rite tu quidem sentis: hoc itaque modo monachi etiam boni & mali erant: at fidelissima mulier suscepit eos ut bonos?* & inferius: *Quid ergo mali fecit Olympias imitata Dominum suum, qui pluit super bonos & malos, & super iustos & iniustos Solem suum oriri facit?*

Peregrina quidem tantum communione eos a Ioanne Chrysostomo dignatos esse, qua sacrarum precum communicatio impartitur, non autem usus sacramentorum, Sozomenus tradit his verbis: *Ille vero* (nempe Chrysostomus) *ipsos viros postquam venissent, comiter excepit, & in honore habuit, & in ecclesia preces fundere non prohibuit: ad mysteriorum vero communionem admittendos non censuit; quod id ante causam cognitam fieri, non fas esset.* B Haec ipse. Vigebat namque illa vetus in Ecclesia consuetudo, de qua superius actum est; ut peregrini advenientes, seque Christianos esse profitentes, ad communes tantum Ecclesiae preces admitterentur; tunc vero & sacramenta illis impertirentur, quum se esse Catholicos, fide certa docuissent. Porro praestitit his ipsis monachis Ioannes Chrysostomus, ut communicatione illa peregrina dignos efficeret, plena nequaquam; quod Formatas litteras ab Episcopo, unde discesserant, minime attulissent. Ceterum nec peregrina quidem hi communione dignandi fuissent, si litterae scriptae in Concilio Alexandrino de eorumdem damnatione Constantinopolim pervenissent: quas illuc perferendas & ad alias Orientis Ecclesias, sollicite Theophilus per S. Epiphanium, datis ad eum litteris saepius ante citatis, curaverat. At quomodo persuasione ministrorum Theophili, Ioannes abstinuit cum illis communicare, Palladius narrat his verbis; C

Contigit etiam per idem tempus, quo dicti monachi Constantinopolim ad Ioannem venere, *Theophili clericos in ea urbe esse; magistratuum, qui ad AEgypti provinciam mittendi erant; benevolentiam Theophilo comparantes, in eorum perniciem, qui illic versati essent.* Haec cum dicat ipse Palladius, vide quam calumniose id adfirmet: nam missos a se Constantinopolim sanctissimos ad hoc viros, qui Origenistarum monachorum conatum anteverterent, ipse Theophilus litteris ad Epiphanium scriptis declarat his verbis: *Et tu* (inquit) *ut celerius nostra Constantinopolim scripta perveniat, mitte industrium virum & aliquem de clericis; sicut & nos de ipsis Nitriae monasterii patres monachorum cum aliis sanctis & continentissimis viris misimus, qui possint cunctos in praesenti docere quae gesta sunt.* Haec Theophilus. Sed pergit item calumniose Palladius: *His itaque Ioannes evocatis, interrogat, an praesentes monachos nossent.* D *Illi verum testimonium perhibuere viris, dicentes, se & viros nosse, & magnam illos iniuriam perpessos esse. Si placet* (inquiunt) *domine, spiritualis communionis nondum illis consortium trade, ac Papam* (Theophilum scilicet) *contristes: ceterum in aliis omnia in eos officia humanitatis exerce: id enim tibi Episcopo convenit. Ita illos Ioannes ad communionem minime admisit.* Haec Palladius: quae si vera sunt, dicendum erit legatos huiusmodi a Theophilo ad hoc missos, ut excommunicati Origenistae undique pellerentur, praevaricatores exstitisse mandati.

Pergamus autem reliqua recensere, quae hoc anno ab eodem Ioanne Chrysostomo gesta sunt in causa Asianorum episcoporum. Atque primum quod ad tempus pertinet: hoc quidem anno sex ab eo damnatos esse in Asia Episcopos, ex his quae de eis Palladius narrat intelligere possumus. E Dum enim ait, depositos a Ioanne Asiae Episcopos, moxque post ipsius Ioannis exilium in pristinas esse restitutos Ecclesias, a quibus ante quadriennium ob ipsorum crimina eiecti erant: quumque Ioannis exilium postremum, quando hi receperunt Ecclesias, contigisse constet (ut suo loco patebit) anno Domini quadringentesimo quarto: depositionem eorum in hunc ipsum annum quadringentesimum conicere cogimur. Sed & quod idem Palladius dicat, ad biennii temporis spatium eiusmodi causam Asianorum Episcoporum ventilatam esse; constetque adhuc ingruente Gainae tyrannide coeptam fuisse: utique ab anno superiori deducendum est eius causae principium, quo & decimatertia currit Indictio, sub qua Palladius tradit venisse Constantinopolim Asianos Episcopos ad Synodum convocatos, praesenti autem anno eos esse damnatos. Nos vero describemus haec omnia ex ipso Palladio, F qui omnibus praesens fuit. Rogatus enim sic a Theodoro: *Ipse interfuisti, an ab aliis ea didicisti? Ad haec Palladius: Atqui ne punctum quidem temporis in omni hac causae prosequutione illum deserui.* Ipse igitur sic rem exorditur;

Tertiadecima distributione (hoc quoque nomine Indictio dicta reperitur) *venerunt Constantinopolim Asiae Episcopi necessitatum Ecclesiasticarum gratia: nobiscum remorati sunt, praesentibus & aliis Episcopis, ex Scythia quidem Theotimo* (*celebris est hic inter sanctos*) *ex Thracia vero Ammone AEgyptio, & ex Galatia Arabiano, Metropolitis omnibus ac senibus, qui vigintiduorum implebant numerum. Convenientibus autem omnibus & communicantibus: observato Eusebius quidam Valentiniopolitanus Episcopus congregato Concilio, una sabbati adstitit, libellosque tradidit Synodo praeposito* (*ut decuit*) *Ioannis nomine, contra Antoninum Episcopum Ephesi septem capitula continentes: Unum quidem, quod fusis sacris vasis, argentum in nomine filii deposuerat: Secundum, quod sumtum de ingressu Baptisterii marmor in suo balneo posuit: Deinde columnas ecclesiae plures annos iacentes intra suum erexit triclinium: Quartum, quod puer eius homicidium perpetravit, quem habet in ministerio irreprehensum: Quintum, quod praedia relicta Ecclesiae a Basilissa Imperatoris Iuliani matre vendidit, sibique detinuit pretium: Sextum, quod cum uxori propriae abrenunciasset, rursus illi congressus est, filiosque ex ea procreavit.* Vides, lector, dari crimini Episcopo, qui uxore dimissa eadem iterum adsumta suscepisset ex ea filios: ut certior fias eorum quae superius inculcata sunt, etiam in Orientali Ecclesia coniugatos electos Episcopos, nonnisi uxore dimissa, ordinari solitos, nec amplius ea uti. Sed addit idem Palladius: *Septimum vero accusationis caput quod pro lege atque decreto habet, ordinationes Episcoporum vendere pro modo redditum: adsuntque & qui dederunt, & ordinati sunt, & ipse qui accepit. Eorumque omnium probationes se habere adserebat.* Quidnam ad haec Ioannes Chrysostomus tunc praefectus Synodo dixerit, ita subdit;

Ioannes interim zelo mitigato, dixit Eusebio: Frater Eusebi, quoniam saepe fit, ut accusationes quae fiunt perturbato animo, probationibus idoneis careant: desine, quaeso, Antoninum fratrem accusare. Nobis curae erit, tristitiae causas amovere. Ad haec ille exasperatus, durioribus utebatur verbis adversus Antoninum totus effervens, atque in accusatione persistens. Hortatur itaque Ioannes Paulum Heracliae Episcopum, qui Antonino studere videbatur, ut eos in amicitiam copulare contenderet. Surgensque ecclesiam ingressus est una cum Episcopis: erat enim sacrificii tempus. Pacem vero populo ex more imprecatus, sedit cum Episcopis reliquis. Clam autem introgressus accusator Eusebius coram populo omni & Episcopis, libellum alium porrigit eadem continentem, adiurans Ioannem sacramentis horrendis, quibus salutem quoque Principum addidit, tanto cum tumultu, ut putarent populi, eius impudentia territi, eum a Ioanne petere ut vitam sibi a Rege impetraret. Ioannes ubi viri advertit instantiam, ne in populo perturbatio ulla oriretur, libellum sumsit: lectisque divinis eloquiis, Pansophium orat Pisidiae Episcopum, divina offerret ut munera: ipse cum Episcopis reliquis exiit: cavebat enim, animo turbido, iuxta Evangelium, sacrificia offerre: Si obtuleris (inquit) *munus tuum ad altare: & reliqua.*

Ubi vero admissus est populus, sedens in Baptisterio cum Episcopis reliquis accusatorem coram omnibus advocat, dicens ei: Rursus tibi eadem dico: plurimi tristitia vel ira compulsi, multa & dicunt & scribunt, quae probare non possunt. Si igitur aperte nosti de quibus illum accusare vis (*neque enim valentem repellimus, neque trahimus non valentem*) *antequam legatur libellus, elige quod expedit tibi. Postquam enim fuerit lectus & in aures omnium venerit, confectis commentariis, non iam licebit tibi, cum sis Episcopus, absolutionem flagitare. Ad haec ille in proposito durat. Iubens itaque libellum recitari, lectaque sunt memorata capitula. Postea dicunt Ioanni seniores Episcopi: Etsi unumquodque capitulum per se impium est, & undique sacris legibus interdictum: ne tamen videamur in his quae suggesta sunt nobis omne studium ponere; ab eo quod est horribilius, fiet inquisitionis initium. Si enim illud inventum fuerit verum, nulla de capitulis reliquis erit controversia: cum capitulis illius radix omnem praeseferat speciem iniquitatis, iuxta illud: Radix omnium malorum est cupiditas. Qui enim super innocentem accipit munera, & sancti Spiritus largitione pecunia se vendere putat: quo pacto iam parcet ornamentis, aut lapidibus aut fundis Ecclesiae?*

Tunc Ioannes examen inchoans, Antonino ait: Quid ad haec dicis, Antonine frater? Negavit ille necessario: quando enim ab his ipsis initiis confusionem confiteretur suam? Interrogati qui dederant, negarunt & ipsi. Cum hoc examen ad horam usque octavam diligentius agitur, ex argumentis quibus iudicium formabatur: Postremo venitur ad testes, quibus adstantibus & illi dederant, & iste susceperat. Non aderant testes, qui necessario citandi erant. Difficultatem rei intuens Ioannes, pro Ecclesiae purgatione, & ut testes facilius adhiberentur, per se in Asiam ire consentit perficiendi examinis gratia. Antoninus ubi vidit Ioannem impigre exequi paratum quod instituerat, neque corrumpi posse iudicium; mali sibi conscius, adiit quemdam ex Principibus, cuius praedia, quae habebat in Asia, sibi curae erant: orans ut Ioanni impedimento esset ne abiret in Asiam, promittens se adhibiturum testes. Protinus ex Palatio mandatur Ioanni in haec verba: Indignum est, te, cum sis Episcopus & nostrarum animarum pater, in tanta tumultus exspectatione, dimissa civitate, peregrinationem in Asiam subire velle, cum facile testes adhibere possint. Erat autem tumultus causa Gainas barbarus. Quid multis immoror. Manere illi persuasum est: ita tamen, ut iudicii non committeret curam, testesque mature adesse mandaret.

Optata fuit accusato ipsa dilatio vel modica testium, quot aut pecunia, aut potentia fugare posse confideret. Praevidit ista Ioannes, consilioque Synodi praesentis habito, quosdam ex praesentibus Episcopis in Asiam mittit ad testes interrogandos. Tres enim ex omnibus electi sunt, Syncletius Metropolitanus, Hesychius Opariensis, & Palladius Helenopolitanus. His dederat Synodus in mandatis, ut qui intra duos menses non occurrisset Hypaepis Asiae civitati ad sua tuenda iura, quod vicini essent & qui arguebantur, & Episcopi reliqui a Syncletio sociisque iudicandi, excommunicatus esset. Descenderunt igitur Smyrnam praenominati Episcopi Syncletius & Palladius: Hesychius enim, quod faveret Antonino, finxit se valetudinarium.

Si-

Significaruntque continuo per litteras utriusque partibus adventum suum, ut concurrentes in memoratam civitatem, implerent quae polliciti fuerant.

Illi ante Iudicum adventum amicitias inierant, partim persuasi auro, partim iureiurando constricti. Congregati igitur in ipsa civitate, Iudices ludere se posse putabant dilatione testium, quasi peregre profecti essent ob varias causas. Ad haec Iudices accusatorem rogant, intra quos dies adducturus esset testes; se expectaturos pollicentes. Ratus ille eos aeris inclementiam ferre graviter, ac per id velle discedere (erat enim fervor aestivi solis) intra quadraginta dies producturum promittit testes; alias poenae canonum sua se sponte subiicit. Expectavere Iudices quadraginta dies: quum ille ad inquirendum dimissus testes, omisit hoc interim, & Constantinopolim venit, illicque delituit. Ubi vero nusquam comparuit: scripsere Iudices omnibus Asiae Episcopis, denunciantes excommunicatum, sive ut desertorem, sive ut detractorem. Post haec alios quadraginta dies persistentes, cum illo minime adpareret, Constantinopolim rediere. Illic invento Eusebio, ei, quae gesserat, exprobrant. Rursus ille infirmitatem corporis adlegans, pollicetur testes exhibiturum.

Per hanc temporis moram Antoninus moritur, cum quo erat Eusebio controversia. Continuo ex Asia partim a clero civitatis Ephesinae, partim ab Episcopis decretum ad Ioannem venit, omnibus pavendo cum iuramento orantibus, ut periclitanti Ecclesiae opem ferret. Erat autem hic textus:

Quoniam priori tempore confuse & contra iura & statuta Patrum gubernati sumus: oramus venerationem tuam, ut descendas, & formam aliquam Ephesinae imponas Ecclesiae diutissime adflictatae: hinc Arianis instantibus, inde nostris cupiditati avaritiaeque studentibus. Permulti enim insidiantur ut lupi graves, sacerdotalem sedem rapere pecuniis festinantes. Haec illi; sed pergit Palladius:

Itaque Ioannes, licet corporis mala valetudine teneretur, & inclementia obstaret aeris, erat enim hiems; nihil huiuscemodi incommodis territus, ut negotia Ecclesiae Asianae componeret, rebusque nutantibus vel absentia, vel imperitia pastoris opem ferret; instituit pergere spirituque roboratus ingressus navim, urbe decessit. Irruentibus autem saevis Aquilonibus, metuentes nautae ne in Proconessum eiicerentur, positis velis, Triconis montem praetervehuntur, ibique iactis anchoris, manserunt, Austrum exspectantes, ut Apameae adplicarent. Cum igitur biduum ieiuni in navi perstitissent, lacessiti fluctibus, tertia demum die memoratae urbi adpulerunt. Illic enim exspectabant adventum eius Palladius, Cyrinus & Paulus Episcopi Ioannis socii. Pedibus itaque iter agentes, Ephesum veniunt.

Congregatis Lydiae & Asiae & Cariae Episcopis, ad septuaginta viros pertingentibus, ordinationem faciunt. Complures sua sponte concurrerunt, maxime ex Phrygia, ut oris illius facundia & sapientiae suavitate fruerentur: & paullo post: *Dum haec aguntur, accessit ille, qui nobis prolixae huius narrationis auctor est Eusebius, ad omnes Episcopos, reliquorum sex Episcoporum accusator,* qui scilicet per pecuniam ab Antonino Ephesino Episcopo fuerant ordinati; *orans ut ad communionem admitteretur. Obstant ex ipsis quidam: non oportere admitti, quippe calumniae reum adserentes. Adiecit ille preces, & ait: Quoniam causa biennium iam magna ex parte ventilata est, solaque dilatio testium obstitit: obsecro pietatem vestram, ut testes (nam modo praesto sunt) examinare dignemini. Etsi enim Antoninus diem obiit, qui accepto auro ordinavit; vivunt tamen, qui dato pretio sunt ordinati. Placuit Synodo, rem diligentius discuti. Recitantur omnia quae prius gesta fuerant, ex commentariis.*

Ingressi sunt testes: ingressi & qui dato auro fuerant ordinati. Negare primum. Persistentibus tamen testibus partim laicis, partim presbyteris, quibus antea confidere videbantur, mulieribusque quibusdam, & munerum species & loca & tempora qualitatemque recensentibus; cum eos conscientia quoque criminis urgeret, sua sponte, non usque adeo coacti confitentur. Dedimus (aiebant) hanc esse consuetudinem existimantes, ut videremur a curia liberari. At nunc, si quidem honestum est, oramus ut in ministerio Ecclesiae simus; sin autem, vel aurum quod dedimus, recipiamus. Quidam enim ex nobis uxorum nostrarum aurum & variam supellectilem dedimus. Ad haec Ioannes Synodo pollicitus est: Ego, inquiens, instabo apud Regem, ut absolvamini: vos autem mandate, illos ab Antonini heredibus recipere quod dederunt. Praecepit itaque Synodus ab Antonini heredibus eis aurum restitui, eos vero intra altare communicantes a sacerdotibus fieri; ne si ista passim permitterentur, consuetudo Iudaica vel AEgyptia fieret, vendendi sacerdotium, & emendi: & inferius: *In eorum autem locum substituti sunt alii virtute clari, & vita simul & gratia divini sermonis armati:* addit autem post haec, hos ipsos, damnato iam S. Ioanne Chrysostomo in exilium, post quadriennium fuisse ab eius adversarii eiectos, & depositos illos in priorem statum restitutos: sed de his suo tempore inferius. In locum autem Antonini defuncti Episcopi, ex consulta Synodo, communi consensu subrogatus fuit eiusdem Episcopi diaconus Heraclides nomine: testantur id Socrates & Sozomenus.

Quod autem Palladius indigne fert scriptum postea a Theophilo in libro adversus Ioannem conscripto, sexdecim Episcopos hoc tempore ab eo fuisse depositos, cum nonnisi sex fuerint; tamen Sozomenus tredecim numerat ab eodem tunc temporis exauctoratos. Sed & ipsum Ioannem in ordinem redegisse Nicomediensem Episcopum Gerontium nomine, idem adfirmat; quem antea clericum Mediolanensis Ecclesiae a S. Ambrosio magiae convictum, & eiectum, suo loco dictum est.

Idem ad ann. CDIII.

At cum de his agit Palladius, tantum tribuit suis Origenistis, ut sanctitatis culmen eos attigisse, atque etiam miracula edidisse falso testetur: Testis domesticus, satis est, sed pergit Sozomenus: *Theophilus tamdem, ubi id intellexisset, illacrimasse fertur, ac dixisse, quod inter universos monachos suos talis non esset, qualis fuisset Ammonius, etiam si ipse turbarum exstitisset auctor. Processerat interim illi & hoc ex sententia.* Hactenus ipse. Sed in his nihil prorsus apud Acta a Photio summatim collecta, quorum tamen primo loco fuerat mentio habenda: nulla praeterea memoria de his quae sunt ab eadem Synodo acta adversus Episcopos a Ioanne missos suae defensionis causa, de quibus ista Palladius: *Ad haec illis Episcopis captis, alium ceciderunt, alium consciderunt, alii ferrum collo imposuerunt, quod sancto viro praeparaverant; ut ita iniectus in navim, in loca mitteretur ignota; daemone illos, leonum instar in ferociam excitante.* Haec de his quae spectant ad Synodum.

Subdit vero Palladius: *Comperta illorum immani impudentia, sanctus se ipsum cohibuit. Fortissimi autem illi viri, contextis commentariolis, quae aranearum telis infirmiora ad probationem erant, contra sanctum sententiam proferunt, cuius neque faciem viderant, neque audierant vocem, die una conficientes nequitiam, quam longe ante texuerant. Neque enim cohiberi potest diabolicus impetus, consilii semper & morarum impatiens. Missaque relatio est ad Imperatorem ita exordiens:*

Quoniam accusatus Ioannes quorumdam criminum, consciusque ad ea diluenda occurrere noluit: huiusmodi vero deponunt leges; id quod & passus est. Continent autem libelli & laesae maiestatis crimen. Iubeat hunc pietas vestra expelli, vel invitum daturum tanti criminis poenas: nobis enim ista non licet inquirere. Hactenus relatio; sed exclamat Palladius: *O infelicissimi, quae sentitis, & facitis, ea erubescitis facere: non Deum plane, sed homines reveremini, sive metuitis. Erat autem id crimen maledictum in Reginam, quam (ut illi detulerunt) Iezabel adpellaverat. At boni viri illi, ferro caedi sanctum videre cupientes, ita detulere. Deus autem & eorum penitus insitam nequitiam patefecit, & Principum corda mollivit, sicut Danieli dudum in Babylone contigerat. Illic enim leones in mansuetudinem conversi, homines vero efferati sunt, non parentes Prophetae; corripuitque Deus eos qui praeter naturam efferati erant, his contra naturam in mansuetudinem versis. In hunc modum Ioannes Ecclesia pellitur, misso ad id Comite cum auxilio militum, non secus quam ad barbaricum praelium. Pulsus autem, agelios ad Bithyniae Prenetum occupat.* Ista de Ioannis expulsione Palladius.

Idem ad ann. CDIV.

Quidnam est, rogo, quod Ioannis adversarii post ipsum damnatum legationem mittunt ad Romanum Pontificem: nisi ut ab eis in ipsum lata sententia, rata ab Ecclesiae Romanae Praesule habeatur, cuius esse arbitrii optime scirent, eamdem irritam cassamque reddere? Et quid contraria legatione a parte Ioannis missa actitatum est; nisi ut sententia inique lata, ab eodem Apostolicae sedis Antistite revocaretur? Sed secundae addidere Ioannis amici tertiam legationem, de qua mox idem Theodorus dicturus haec praemittit de Cyriaco Episcopo fuga lapso Romam adveniente.

Paucis post diebus advenit Episcopus Cyriacus nullas quidem habens litteras, sed his plane, cui fides merito habenda videbatur, eadem prosequens, quae ab Episcopis de Synodo Ioannis fuerant scripta. Aiebat enim se fugisse propter comminationem regalis edicti (quod haud pridem a nobis est recitatum) *cavebatur enim eo, ut Episcopus non communicans cum Arsacio, ab Episcopatu arceretur. Post Cyriacum venit Eulisius Apameae Bithyniae Episcopus, adferens litteras a quindecim Episcopis de Ioannis Concilio, & a praeclaro sene Anysio Thessalonicensi Episcopo: in quibus illi quidem & praecedentem, & quae tum erat, Constantinopoleos totius depraedationem vastitatemque signabant: Anysius vero Romanae Ecclesiae iudicium sequi fatebatur. Porro Eulisius ipse consona Cyriaco per omnia dixit.*

Vix mensis effluxerat, cum Palladius quoque Episcopus Helenopoleos absque litteris venit, qui & ipse dicebat se fugisse vesaniam Principum, expressius autem ac signantius enarravit omnia, ipsumque edictum protulit in hanc sententiam: Quicumque occultasset Episcopum ac clericum, sive in sua domo susciperet, qui Ioanni communicaret, eius domum publicandam. At quid, rogo, extorres Episcopi & fuga lapsi non ad aliam se conferunt Ecclesiam, quam ad Romanam sedem? utique (si verum fateri licebat) tamquam ad matrem omnium Ecclesiarum, maiorum exemplis admoniti, cum regnante persequutore Constantio (ut antiquiora tempora praetermittamus) Catholici Episcopi ab Oriente fugati, omnes ad Iulium Romanum Pontificem (ut vidimus late superius) se contulerunt. Veniens Romam Palladius una cum pluribus aliis, susceptum fuisse hospitio a Piniano marito sanctae Melaniae Iunioris, genero autem Melaniae Senioris, testatur ipse scribens ad Lausum de iisdem his verbis: *Nec nobis quidem & certe cum pluri-*

mi essemus, qui Romam propter beatum Episcopum Ioannem perrexeramus, exigua praestiterunt, sed cum in illis partibus degeremus, officiosissime nos susceperunt hospitio, largissimisque sumtibus, cum exinde proficisceremur, honoraverunt. Haec ipse Palladius.

Idem ad ann. CDVI.

Ac primum omnium, quod ad tempus spectat, decretam in Synodo Romae habita anno superiori legationem, hoc vero anno missam, non pervenisse Constantinopolim, nisi postquam Atticus suffectus Arsacio, hoc anno (ut dictum est) sedere coepit: ipsae res gestae declarant. Contigit itaque legatos talia tantaque pati, quae neque perpeti contigisset apud feros barbaros, & quasvis agrestes ac rationis penitus expertes immanes gentes: siquidem non Christianae pietatis tantum leges sunt ignominiosissimae proculcatae, sed ipsum ius gentium sceleftissime violatum. At quaenam fuerint ista, iidem ipsi legati cum re infecta reversi sunt, palam fecere. Accepit ab ipsis rem cunctis notissimam ipse qui refert Theodorus Ecclesiae Romanae diaconus, qui apud Palladium singula verbis ipsorum legatorum recenset, atque ait:

Profecti igitur legati Constantinopolim, post quatuor menses redierunt, narrantes nobis Babylonias res. Cum autem (aiebant ipsi) praeternavigaremus Graecias, detenti sumus Athenis ab infesto quodam Tribuno militum; qui idem nobis Centurionem adiecit unum, qui Thessalonicae adpropinquare minime permitteret. Illic enim intendebamus primum Anysio Episcopo Thessalonicae litteras reddere: iungebatur hic una cum aliis Macedoniae Episcopis religionis foedere cum Occidentalibus pro Ioanne, ut superius dictum est. Vetuit ergo Tribunus ne ii simul adversus Ioannis impugnatores unirentur. Sed pergit Theodorus relationem reddere legatorum: *Iniectos igitur nos Tribunus in duo navigia misit. Irruente autem Austro vehementi, tribus diebus absque cibo AEgeum pelagus, & Angustia traiecimus. Tertia tamdem die, hora duodecima, ante urbem adplicuimus prope Victoris suburbana. Quo in loco detenti ab his qui observabant portus, retro repulsi sumus; cuius id iussione pateremur, ignorantes. Conclusique intra castellum Thraciae maritimum, quod Athyram vocant; illicque cruciati, atque ab invicem divisi, Romani quidem in cellula una, Cyriacus vero, & qui cum illo erant, in pluribus morabantur, ne uno quidem puero nobis in ministerio relicto.*

Quumque ut litteras daremus, exigeretur a nobis; non adquievimus, dicentes minime esse conveniens; sed ut qui feues eramus, ipsi Imperatori Imperatoris itidem litteras Episcoporumque redderemus. Quum igitur obstinate recusaremus, neque advenienti ad nos Patricio Notario, neque aliis quibusdam, qui ad hoc venerant, eas dare vellemus: postremo accessit ex Cappadocia quidam Tribunus militum, Valerianus nomine; perfractoque Episcopi Mariani pollice, per vim abstulit signatam Regis epistolam cum litteris reliquis. Postridie vero miserunt ad nos sive Regis aulici, sive Atticus, nescimus (ipse enim ferebatur Ecclesiae invasisse thronum) qui tria millia numismatum darent, orantes, ut communicaremus cum Attico, & de Ioannis iudicio omnino taceremus; quibus minime obtemperare voluimus. Permansimus igitur orantes, ut quandoquidem nihil pacificum peragere possemus, tuto saltem redire ad Ecclesias nostras permitteremur. Movebat enim nos nimia immanitas hominum.

Hoc & Salvator noster variis revelationibus nobis ante monstraverat: adeo ut & diacono S. Emmelii Paulo viro mitissimo, & pudicissimo in navi adparuerit Apostolus Paulus, dicens illi: Videte quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, quoniam dies mali sunt. Significante somnio multiplicem fallaciam, quae ad eversionem veritatis nobis insidiaretur donis atque blanditiis. Adsistens igitur idem ipse Tribunus Valerianus iniecit nos in navim vetustam & putrem: datoque (ut ferebatur) pretio nauclero, ut perderet navigantes, & simul adiectis militibus viginti ex ordinibus variis, continuo Athyris expulit. Emensis igitur stadiis plurimis, cum iam perituri videremur, adplicuimus Lampsaco. Inde mutata navi, vigesima tamdem die ad Calabriae Hydruntem pervenimus. Neque nobis ultra dicere potuerunt de beato Ioanne aliquid certius, neque ubi modo sint Demetrius, Cyriacus, Eulisius, & Palladius, qui cum nostris epistolis legati fuerant missi, & Athyris (ut ante iam diximus) detenti. Hactenus ex relatione legatorum Theodorus. Quae eadem omnia, qui res Ioannis Chrysostomi prosequuti sunt, cum dicant facta esse ante Eudoxiae Augustae obitum, diversam sequuti sunt sententiam ab iis, qui dixerunt eam anno superiori defunctam.

Ad ipsos autem legatos hac legatione perfunctos S. Ioannes Chrysostomus has litteras dedit:

Amplissimas vobis ob tantam animi firmitatem, ac studium, & curam, laboresque & sudores, ac denique ob longam hanc peregrinationem, quam utilitatis Ecclesiarum causa suscepistis, gratias agimus. Etenim quanto gravius eos, qui omnia perturbant, iudicium manet, tanto quoque maius uberiusque vobis praemium expectandum est, qui ad ea quae ab aliis scelerate ac nefarie admissa sunt corrigenda, tantum patientiae studiique adhibuistis. Atque utinam coram quoque vobiscum congredi possemus. Quod quoniam nobis exilii necessitas ademit: tamdem aliquando atque aegre ornatissimum ac religiosissimum dominum meum presbyterum ad vos proficiscentem nacti, has litteras misimus, quibus debitum vobis salutationis munus pendimus; ac tum pro praesentibus vestris officiis, tum pro eo, quo flagratis, sarciendorum incommodorum zelo gratias agimus. Nam etsi nihilo meliore statu res est; tamen ipsi, quod muneris vestri erat, praestitistis: eoque nomine plena, numerisque omnibus absoluta merces a benigno Deo vobis constituta est; ut qui ad medicinam admissis sceleribus adferendam tanto studio, tantaque animi alacritate perpetuo usi sitis. Haec ad legatos Chrysostomus.

At quid post haec actum sit de Episcopis Orientalibus, quos primum legatos Romam missos diximus, deinde e Concilio Roma in Orientem cum eodem munere redditos, quos & sequutos legatos in Athyra castello seorsum singulos inclusos reliquimus; iam dicendum est. Palladius enim, quid de illis atque aliis factum sit, ita describit: *Episcopi (ut initio quidem fama vulgavit) in mare praecipitati; ut autem veritas continet, in exilium ad remotiora, & barbara loca ducti sunt; ibique a satellitibus nunc usque servantur. Reversus enim diaconus quidam, itineris ipsorum comes, retulit, Cyriacum quidem Emisenum Episcopum octingentis millibus passuum Palmyram Persarum oppidum adductum esse; Eulisium vero Bostrae Arabum, in castellum quod Nupsas adpellatur, Saracenis adiacens, relegatum; Palladium Blemmiorum, sive AEthiopum Episcopum servari prope locum, qui Syene vocatur, in AEgypti regione; Demetrium intus in Oasim Mazicis proximam: sunt enim & aliae Oases.* Hi sunt quatuor illi legati ab Oriente Romam Episcopi, reversique cum legatis Roma missis in Orientem, & Athyrae in carcere custoditi.

Ad hos autem quatuor Episcopos Cyriacum, Demetrium, Palladium, & Eulisium exules exstat S. Ioannis Chrysostomi epistola scripta tunc quidem, cum exilio eos esse damnatos acceptisset: digna sane quae istiusmodi Actis interseratur; est vero huiusmodi:

Beati vos, ac ter beati, saepiusque beati ob praeclaros hos sudores, & certamina, & aerumnas, ac labores, & pericula, quae pro omnibus orbis terrae Ecclesiis subiistis. Hincque tum in terra, tum in mari, tum in Caelis gloriam, & splendorem consequuti estis. Siquidem homines omnes, qui quidem mentis compotes sunt, vos praedicant, ac coronis cingunt, animi vestri robur, fortitudinem, tolerantiam, atque constantiam ad stuporem usque mirantes. Benignus autem Deus, qui laboribus longe ampliora praemia semper constituit, tot tantaque bona vobis rependet, quot quantaque iis a Deo rependi par est, qui pro universi Orbis pace tam strenue ac fortiter dimicant. Ac propterea nos quoque beatos vos praedicare non desinimus, incredibilem quamdam voluptatem ex vestri recordatione perpetuo capientes, vosque etiamsi alioqui longo itineris intervallo a vobis disiuncti simus, animo circumferentes. Ac quidem Cerecus carissimus diaconus nunc navigare minime potuit, propterea quod multo labore confectus erat. At vero domini mei, religiosissimus presbyter Ioannes, & carissimus diaconus Paulus, cum undique exagitarentur ac vexarentur, nec usquam consistendi ac delitescendi potestas esset, hoc sibi necessario faciendum existimarunt, ut ad caritatem vestram sese conferrent, istique vobiscum essent. Quamobrem ipsos cum caritate excipite; eamque quam par est, benevolentiam ipsis exhibete. Hucusque epistola. Sed quae de aliis exsulibus & extorribus Palladius subdit, hic reddamus:

Serapionem autem post innumeras absque ulla probatione calumnias; cum atrocitate iudicium violassent, in patriam (ut fama est) propriam relegarunt. Hilarius vir sanctus & senex, post plagas non a Iudicibus sibi, sed Acro impositas, in interiorem Pontum missus est: qui decem & octo annis panem non gustavit, solaque olera vel legumina ad cibum habuit. Antonius intra Palaestinae speluncas se inclusit: Timotheus Maroniae & Ioannes Lydiae Episcopi in Macedonia esse memorantur: Rhodon Asiaticus Mitylenem profectus est: Gregorius Lydius esse in Phrygia dicitur: Brisso Palladii frater, Ecclesia sua sponte derelicta, in agello suo degit, terram propriis manibus fodiens: Lampetius vero (ut aiunt) in agro Lydiae a quodam fovetur Eleutherio, lectionibus vacans: Eugenius in patria est: Elpidius magnus ille Laodiceae Syriae Episcopus una cum Pappo, tres anni sunt, ex quo gradus domus numquam descenderunt, orationibus insistentes: Heraclidas Ephesius quadriennium iam Nicomediae carceri inclusus est.

Reliqui de communione Ioannis partim quidem Attico communicarunt necessitate compulsi, & in alias regiones Thraciae translati, partim nescimus ubi sint. Aiunt Anatolium in Gallias concessisse. Presbyteri vero in Arabiam & Palaestinam exularunt: Tigrius in Mesopotamiam relegatus est: Philippus fugiens in Ponto diem obiit: Theophilus in Paphlagonia versatur: Ioannes AEthrius Caesareae construxit monasterium: Stephanum in Arabiam relegatum, a carnificibus Isauri abstractum, in Taurum dimisere: Sallustium Cretae immorari fama est: Philippum monachum atque presbyterum Scholarum audivi infirmari in Campania: Sophronius diaconus Thebaidae servatur in custodia: Paulus diaconus Dispensatoris adiutor in Africam profectus memoratur: alius Paulus Ierosolymis est: Elladius Palatii presbyter Bithyniae in agello proprio degit. Plurimi Constantinopoli delitescunt: alii vero in sua quisque discessere. Silvanus autem sanctus Episcopus Troade piscatu sibi victum quaerit: pergit dicere de Stephano monacho, Eutropio, & aliis, de quibus superius mentio facta est. Sed quid ipsis Episcopis contigerit, cum in exilium deportarentur, Palladius ista subdit:

Re-

Retulit autem is qui ab Episcopis redierat diaconus, eos a ductoribus suis, immissione quorumdam, in tantum vexatos, ut taederet etiam vivere, mortemque sibi imprecarentur omnes. Nam pecunias in sumtus necessarias eis auferentes, inter se partiti sunt; nudisque imponentes iumentis, bidui iter una conficiebant die, profunda iam nocte divertentes, & nocturnis item tenebris ad iter exsurgentes, ut neque infelices escas continere stomachus posset. Turpibus praeterea obscenisque sermonibus impetere illos non desistebant. Palladio autem etiam servum tulerunt, cogentes ipsum litteras quoque dare quas habebat. Demetrium unus ex militibus adeo adflixit, ut profunda iam vespera illum etiam percuteret vomere: qui continuo corruens exspiravit, multis doloribus maceratus. Praedixerat enim Palladius (ut ex commilitone veniente didicimus) Aliud iter non conficies, sed miserabiliter morieris. Ecclesiae namque omnino adpropinquare non sinebant, hospitantes aut in stabulis, ubi scortorum erat multitudo, aut Samaritanorum vel Iudaeorum synagogis: quibus illi angustiis pressi, nova semper animo versare cogebantur. Dixit autem unus ex Episcopis: Quid de diversoriis querimur? Num enim in nobis est, morari uspiam, ut voluntate propria & electione lascivientes poenas expendamus? An ignoratis haec omnia & contigisse prius, & futura etiam postmodum, per quae omnia glorificatur Deus? Quam multae istiusmodi meretrices, quae vel oblivionem Dei coeperant, vel illum semper ignoraverant, conspectis nobis, in timorem Dei cognitionemque venerunt, fortassis in melius convertendae, sive certe ad deteriora non prolapsurae. Non parum autem est rationali animae, quae a perturbatione vexatur, respirare vel modicum, quod est pudoris fomentum: adeo ut dixerit, qui haec sustinuit magister gentium Paulus: Christi bonus odor sumus his qui salvantur, & his qui pereunt: eo quod spectaculum facti sumus Angelis & hominibus.

In tantam vero acerbitatis insaniam Episcopi omnes de communicatione Theophili per totum Orientem (sicuti monachus rediens retulit) devenerunt, ut ex his plerique non modo debitam humanitatem non exhiberent; verum milites, datis muneribus, inducerent, ut eos ocyus e civitatibus expellerent. Sunt autem qui ista gessere, Tarsensis, & Antiochenus, & Caesariensis, atque ante omnes Ancyranus, & Pelusiensis Episcopi, partim donis, partim etiam minis militum animos contra eos ita efferantes, ut ne laicos quidem eos excipere hospitio cupientes permitterent, sicut in epistolis canonicis Caio contra Episcopum quemdam scribit beatus Ioannes: & post aliqua: *Laudabat autem idem monachus, atque admirabatur Secundae Cappadociae Episcopos, ut qui actis in exsilium Episcopis magnum ostendissent miserationis adfectum; & in primis Theodorum Tyanaeum mitissimum virum, Bosphoriumque Coloniae, qui quadragesimum in Episcopatu agebat annum, & Serapionem Ostracinae quadragesimum & quintum annum in Episcopali officio supergressum.* Haec Palladius de exsulibus Episcopis, & eorum peregrinatione. Quod ad Bosphorium spectat; hic sane ille (ut suo loco dictum est) qui ante annos quadraginta, nempe a Christo nato trecentesimo sexagesimosexto, S. Gregorio Nazianzeno suasit, ac pene coegit suscipere, munus Ecclesiae Nazianzenae.

Ex Bibliotheca Graeca Io. Alb. Fabricii.

PALLADIVS Galata (1) frater Brissonis Episcopi, natus est An. C. CCCLXVII. (2) & monasticam vitam amplexus anno vigesimo (Christi CCCLXXXVIII.) (3) secundo Theodosii Magni Consulatu: (4) Alexandriae primum, deinde in *Scetensi* Nitriae Monasterio & hinc in eremi solitudine, ex qua Alexandriam deinde post novennium iterum est reversus. Praeter Dorotheum aliosque, *Evagrium* Ponticum (5) An. CCCXCIX. defunctum, Magistrum habuit, unde ipse etiam visus est Origenis (6) erroribus favere, licet eius rei vestigia (7) in scriptis Palladii, quae exstant, expressa nulla adpareant, nisi quod Evagrium & alios quosdam amicos suos laudat. Annos natus tres & triginta, a Ioanne Chrysostomo, quem & ipsum Magistrum habuit (8) & cuius amicissimus fuit (A. C. CD.) ordinatus in Bithynia (9) Episcopus Helenopolitanus, (10) atque inde in eadem Bithynia sive potius vicina Galatia Asponitanus (11) diem obiit ante habitum A. C. CDXXXI. Concilium Ephesinum, quippe cui successor Palladii Eusebius Asponitanus (12) interfuit.

Hic Palladius circa A. C. CDXX. aetatis LIII. Episcopatus XX. scripsit stilo simplici & inaffectato librum de vita Monachorum illius aetatis & sanctimoniae studiosarum mulierum (13) ad

(1) Palladius ipse in Hist. Lausiaca cap. XLIII. edit. Hervet. quaerenti Ioanni Lycopolitano: *cuius nam es & cur venisti? coniicio enim te esse ex conventu Evagrii*, respondet *se esse hospitem ex Galatia, ex Evagrii sodalitate*. Haec in Graeca editione Meursii p. 98. uti alia plura, non leguntur. In alterius Palladii dialogo de vita Chrysostomi, p. 195. Βρίσσων δὲ ὁ ἀδελφὸς Παλλαδίου ἀποστὰς ἑκουσίως τῆς ἑαυτοῦ ἐκκλησίας ἐν τῷ ἀγριδίῳ αὐτοῦ διάγει ταῖς χερσὶν ἑαυτοῦ τὴν γῆν μεταλλεύων. Huius Brissonis cum Palladio inter S. Chrysostomi discipulos Episcopos Cedrenus meminit.

(2) Vide Vsserium Antiquitatt. Britannic. cap. XVI. Tillemontium T. XI. memor. Hist. Eccles. p. 500. seq. Antonium Pagi ad ann. CCCLXXXVIII. Rosweidum in vitis Patrum pag. 523. seq.

(3) Palladius ipse in praefat. p. 4. edit. Meursii: τριακοστὸν καὶ τρίτον ἔτος ἄγοντί μοι ἐν τῇ τῶν ἀδελφῶν πολιτείᾳ δῆθεν καὶ τῷ μονήρει βίῳ, εἰκοστὸν δὲ τῆς ἐπισκοπῆς, πεντηκοστὸν δὲ καὶ τρίτον τῆς πάσης ζωῆς μου &c.

(3) Palladius cap 1. p. 10. edit. Meursii: πρῶτον τοίνυν πατήσας ἐγὼ τὴν Ἀλεξάνδρειαν πόλιν ἐν τῇ δευτέρᾳ ὑπατείᾳ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου βασιλέως. De vita Palladii Monastica prolixe Tillemontius Tom. XI. p. 501. seq.

(5) Palladius cap. XLIII. *confessus sum me esse ex sodalitate Evagrii*. Socrates de Palladio IV. 22. Εὐαγρίου μὲν ἦν μαθητής. Sic & Nicephorus XI. 46. De Evagrio hoc, qui cum Origene in quinta Synodo condemnatus est An. DLIII. dixi Volumine octavo superiore cap. XXIV. p. 364. seq.

(6) Epiphanius in extremo Epistolae ad Io. Ierosolymitanum (inter Hieronymianas 60. novae edit. 110. p. 829. T. IV.) *Palladium vero Galatam, qui quondam nobis carus fuit, & nunc misericordia DEI indiget, cave, quia Origenis haeresin praedicat & docet, ne forte aliquos de populo tibi credito ad perversitatem sui inducat erroris.* Hieron. prologo Dialogi adversus Pelagianos: *Palladius servilis nequitiae, eamdem* (Origenis) *haeresin instaurare conatus est, & novam translationis Hebraicae mihi calumniam struere.* Non adsentior Tillemontio, qui de alio Palladio Epiphanium & Hieronymum loqui sibi persuasit. Nam Palladium Helenopolitanum cum Heraclide fuisse Origenianismi subspectos, confirmat etiam Photius Cod. 59. Et acriter perstringit Allatius p. 131. diss. 2. de libris Eccles. Graecorum. Vide & Baron. ad A. C. CCCLXXXVIII. n. VII. Dulcinum in Historia Origenismi, Gallice edita, libro IV. Eumdem Palladium sub Calphurnii nomine perstringi ab eod. Hieron. contra Rufin. non satis certum esse opinor. Paulam Romanam ab Hieronymo a vitae monasticae instituto detractam scribit Palladius c. CXXV.

(7) Confer Rosweidum prolegom. XV. ad Vitas Patrum.

(8) Ita Cedrenus & alii. De amicitia Chrysostomi cum Palladio, Palladius ipse cap. XLIII. Lausiacae auctor & dialogi de vita Chrysostomi, & Chrysostomus Epist. ad Palladium dubitare lectorem non sinent.

(9) Palladius cap. XLIII. Hist. Laus. p. 101. edit. Meursii. ἀπὸ τῆς Παλαιστίνης πάλιν κατέλαβον τὴν Βιθυνίαν. καὶ ἐν ταύτῃ οὐκ οἶδα πῶς εἴπω, εἴτε ἐξ ἀνθρωπίνης σπουδῆς, εἴτε καὶ ἐξ εὐδοκίας τοῦ κρείττονος, μόνος ὁ Θεὸς ἂν εἰδείη, κατηξιώθην τῆς ὑπὲρ ἐμὲ χειροτονίας.

(10) Helenopolis ab Helena Constantini M. matre nomen tulit, civitas Bithyniae, antea dictum Drepanum teste Nicephoro VII. XLIX. in qua Episcopus ordinatus Palladius. Vnde Παλλάδιος ὁ Ἑλενουπόλεως vocatur in Codicibus MSS. Historiae Lausiacae, & Dialogi de vita S. Chrysostomi, nec non in Dialogo ipso CXXXI. & apud Photium Cod. 59. atque passim alibi.

(11) Socrates VII. XXXVI. ubi exempla praesulum ab uno Episcopatu in alterum translatorum congerit: Παλλάδιος ἀπὸ Ἑλενουπόλεως μετηνέχθη εἰς Ἀσπουνα. Idem ex Socrate legas in Hist. tripartita XII. 8. & apud Nicephorum XIV. 39. Etiam in quibusdam MSS. Codicibus dialogi de vita Chrysostomi Palladium vocari Ἐπίσκοπον Ἀσπώνων testatur nota Codicis Florentini, sexcentorum annorum, quam Bigotius inspexit, ἐν ἄλλοις γράφεται Ἀσπώνων. Qui Cappadociae Episcopum vocant Palladium, pro Asponensi Atunensem ei possunt videri tribuisse Episcopatum in Cappadocia secunda. Vide Tillemont. Tom. XI. p. 523. Sed verius est Palladium pariter & Heraclidem in quibusdam Codicibus, ut in Rosweidi Vitis p. 536. Cappadociae Episcopos adpellari per confusionem atque errorem, cum Palladius ex Helenopolitano Asponensis, Heraclides vero Ephesi episcopus fuerit.

(12) Labbei Concil. T. III. p. 481. 540. 692.

(13) Palladius ipse praefat. ad Lausum: *Quum tricesimum & tertium annum agerem in conversatione cum fratribus & vita solitaria, vigesimum autem Episcopatus, totius autem vitae meae quinquagesimum tertium*, ἀναγκαῖον ἡγησάμην ποθοῦντί σοι τὰ τῶν ἁγίων πατέρων κατορθώματα ὠφελείας χάριν πνευματικῆς ἐν γραφῇ διηγήσασθαί σοι ἀρρένων τε καὶ θηλειῶν, *necessarium existimavi spiritalis utilitatis gratia tibi cupienti in scriptis narrare quae a sanctis Patribus recte & ex virtute gesta sunt, tam masculis quam feminis*, ὧν τε αὐτὸς ἑώρακα καὶ περὶ ὧν ἀκήκοα παρὰ πιστοτάτων ψυχῶν, οἷς συνεγράφην ἐν τῇ κατ' Αἴγυπτον ἐρήμῳ καὶ Λιβύῃ καὶ Θηβαΐδι καὶ Συήνῃ, ὑφ' ὧν καὶ οἱ λεγόμενοι Ταβεννησιῶται, ἔπειτα Μεσοποταμίᾳ, Παλαιστίνῃ τε Συρίᾳ καὶ τοῖς μέρεσι τῆς δύσεως, Ῥώμῃ τε καὶ Καμπανίᾳ καὶ τοῖς περὶ ταύτας μέρεσιν, ἀκριβέστατα ἀπ' ἀρχῆς ἐκθέσθαι σοι ἐν διηγήματος εἴδει ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ, ὅπως σεμνὸν καὶ ψυχωφελὲς ὑπομνηστικὸν ἔχων ἀδιάλειπτον φάρμακον ἀληθείας, *quos & ipse vidi & de quibus audivi ab animis fidelissimis cum quibus versatus sum in Aegypti solitudine & in Libya & Thebaide & Syene, sub quibus sunt etiam qui dicuntur Tabennesiotae; deinde in Mesopotamia, Palaestina, & Syria & in partibus Occidentis & Romae & in Campania & in iis, quae sunt circa eas partibus: ut tibi ab initio accuratissime in hoc libro exponam instar narrationis, ut habeas honestum & animae utile monimentum,*

ad Lausum Praefectum, (1) unde Historia Lausiaca, & *Λαυσαϊκὸν* (2) adpellari consuevit, opus quod nemo leget sine summa admiratione studii incredibilis quo viri illi & feminae tam enixe conati sunt austeritate vitae coelibis ac solitariae, cultu durissimo, inedia ac ieiuniis vix humanis, & abstinentia ab omnibus commodis vitae, adsequi sanctimoniam. Quamquam hanc in longe aliis rebus consistere, aliis peti alique, neque in solitudines esse relegandam, & cum coniugio & societate hominum atque sobrio usu rerum humanarum neutiquam pugnare, tum sacrae litterae tum ratio sana & sanctorum hominum non solitariorum coniugumque exempla & Monachorum atque Eremitarum peccata testantur. Non modo Palladius ipse post illud tempus capita nonnulla videtur addidisse, (3) sed etiam ab aliorum manibus varia sive addita ex Heraclide aliisque & interpolata, sive detracta credibile est: unde tanta in Codicibus MSS. varietas, etiam in editionibus, quas auctiores alias aliis, diversoque capitum ordine & numero mox memorabo. Idque tanto minus mirabitur, qui cogitaverit frequentissime tritam descriptamque olim hanc historiam, atque in Graecis Ecclesiis etiam publice lectitatam, pridem ut ex Triodio notarunt Meursius, Cangiusque.

Editiones Historiae Lausiacae, & Codices MSS.

Latine ex quadruplici versione, valdeque inter se differentes editiones exstant complures.

Prima, veteri incerto interprete, librum secundum occupat inter *Vitas Patrum* ab *Heriberto Rosvveydo* vulgatas, illustratasque, ac *capitibus XXXIII.* absolvitur. Rufinum esse interpretem contendit Rosweydus in prolegomeno IV. cap. X. p. 14 seq. Sed Palladii certe librum scriptum A. CDXX. vetere Rufinus A. CDX. defunctus non potuit, licet is transtulit vitas Patrum, quarum aliquae sunt Palladianis deinceps permixtae tum in Graecis tum in latinis Codicibus. Idem Rosweydus editiones viginti versionis istius enumerat prolegomeno XVII. p. 31. quae ipsius ἐκδόσιν a tempore natae typographiae variis in locis antecessere. Rosweydi vitae Patrum viderunt lucem Antwerpiae apud Plantin. A. MDCXV. fol. & Lugd. MDCXVII. atque iterum Antwerpiae MDCXXVIII. fol. apud Plantinum.

Secunda, incerto veteri interprete, *capitibus XX.* Haec in vitis Patrum, quae triplici vice sine typographi, loci & anni nota in folio prodierunt tempore nascentis typographiae, primum edita, deinde recusa est in *Theodorici Loher a Stratis* prototypo Veteris Ecclesiae, Colon. MDXLVII. fol. Denique in appendice ad vitas Patrum *Rosvveydi* p. 749. Cuius consulenda prolegomena p. 31. seq.

Tertia, incerto itidem veteri interprete, *capitibus LVIII.* Paris. MDIV. apud Ioannem Parvum, edente *Iacopo Fabro* Stapulensi, sub titulo: *Heraclidis Paradisus*. Hinc in vitis *Aloysii Lipomanni* auspicio editis, tomo tertio, Venet. MDLIV. 4. quae editio per *Franciscum Torres* collata cum MS. Palladii Codice, quem sereniss. Reip. Venetae Cardinalis Bessario donavit. Exstat etiam in appendice vitarum *Rosvveydi* p. 705.

Quarta longe locupletior, *Gentiano Herveto* interprete, *capitibus CLI.* Paris. MDLV. 4. & MDLXX. Eadem recusa cum scholiis *Laurentii Barrensis* in eius Historia Christiana veterum Patrum Paris. MDLXXXIII. fol. pag. 55. b. nec non in Bibliothecis Patrum, Margarino de la Bigne curante Paris. MDLXXXIX. & MDCX. Tomo VII. & in vitis Patrum *Rosvveydi* libro VIII. cum Rosweydi notis. Capita huius editionis cum capitibus Graecae Meursianae si quis conferre velit, uti poterit hac tabula in qua numeri Romani Graecam, minores Latinam exprimunt. I. II. prooem. III. I. IV. 2. V. 3. 4. VI 5. VII VIII. IX. 6. X. 7. XI. 8. XII. 9. XIII. 10. XIV. 11. XV. 12 XVI. 13. XVII. 14. XVIII. 15. 16. XIX. 17. XX. 18. XXI. 19. XXII. 20. XXIII. 21. XXIV. 22. XXV. 23. XXVI. 26. XXVII.

A 27. XXVIII. 28. XXIX. 29. XXX. 30. XXXI. 31. XXXII. 32. XXXIII. 33. XXXIV. 34. XXXV. 35. XXXVI. 36. XXXVII. 37. XXXVIII. 38. XXXIX. 41. XL. 42. XLI. 43. XLII. 77. XLIII. XLIV. 83. XLV. 84. XLVI. 85. XLVII. 87. XLVIII. 88. XLIX. 101. L. 125. LI. 126. LII. 127. LIII. 128. LIV. 129. LV. 130 LVI. 131. LVII. LVIII. 132. LIX. 133. LX. 134. LXI. 102. LXII. 104. LXIII. 103. LXIV. 113. LXV. 117. LXVI. 118. LXVII. 89. LXVIII. 90. LXIX. 91. 92. 93. 94 95. LXX. 106. LXXI. 109. LXXII. 110. LXXIII. 111. LXXIV. 112. LXXV. 105. LXXVI. 135. LXXVII. 142. 143. LXXVIII. 144. LXXIX. 145. LXXX. 146 LXXXI. LXXXII. 96. LXXXIII. 97. LXXXIV. 98. LXXXV. 99. LXXXVI. 100. LXXXVII. 137. LXXXVIII. 138. LXXXIX. 139. XC. 119. XCI. 121. XCII. 122. XCIII. 123. 124. XCIV. 136. XCV. 147. XCVI. 148. XCVII. 149 XCVIII. 114. XCIX. 135. C. 115. CI. 140. CII. 141. CIII. 131.

B Graeca editio exstat unica, ab Herveti versione non parum distans, *capitibus CIII.* quam ex Codice Bibl. Palatinae curavit *Ioannes Meursius*, qui ad libri calcem notas eruditas addidit, testatus etiam se nonnulla supplevisse ex Codice Bibl. Regiae Paris. cum Lutetiae versaretur. Meursii editio vidit lucem Lugd. Bat. MDCXVI. 4.

Graeco-Latinam Graeca Meursiana pleniorem ex MSS. Regiis, cum versione Herveti, capitibus CLI. pimus dedit *Fronto Ducaeus* in auctario Bibliothecae Patrum T. II. pag. 893.-1053. Paris. MDCXXIV. fol. recusam in Bibliotheca Patrum Paris. MDCXLIV. MDCLIV. Tomo XIII. cum eiusdem Ducaei notis ad Voluminis calcem. Nonnulla deinde capita auctiora, vel Herveto etiam, Ducaeoque (4) praeterita, ex duobus Codicibus Colbertinis cum versione sua vulgavit *Io. Baptista Cotelerius* T. III. monument. Ecclesiae Graece pag. 117.-120 &

C p. 158.-170. Paris. MDCLXXXVI. 4. Ac credibile est plura adhuc supplementa posse addi, si quis MStos Codices consulat, ut Caesareos de quibus Lambecius lib. I. p. 144. & lib. VIII. p. 312. seq. 397. vel Vossianum, siquidem Caveus notat in Isaaci Vossii Bibliotheca, quae in publicam Leidensem pervenit, Codicem Lausiacae, *editis duplo auctiorem* exstitisse. Nam & Meursius testatus fuit sibi esse in manibus eiusdem Palladii διήγησιν περὶ τῶν κατ᾽ Αἴγυπτον διαλαμψάντων πατέρων. *Id quoque opus*, inquit, *si placere hanc Historiae Lausiacae editionem intellexero, communicabo*. Numquam hoc fecit Meursius, attamen διήγησιν illam maiore saltim ex parte ex tribus Codicibus Regiis & uno Colbertino habemus luce & versione donatam ab eodem Cotelerio T. III. monument. p. 171.-184. non sub Palladii nomine quidem, sed sine nomine auctoris, hoc titulo: ἡ καθ᾽ Αἴγυπτον τῶν μοναχῶν ἱστορία, ἤτοι παράδεισος. Videntur autem sub Palladii nomine lecta olim plu-

D ra, nam quod idem Cotelerius T. I. monimentor. p. 546. seq. inter Apophthegmata Patrum adfert fabulosum Macarii cum arido defuncti hominis cranio colloquium, illud Palladio teste citato laudat Io Damascenus, sive quisquis auctor Orationis de iis, qui in fide dormierunt T. I. p. 585. λέγω δὲ τὴν Παλλαδίου πρὸς Λαῦσον ἱστορικὴν βίβλον ἐν ᾗ τὰ κατὰ τὸν μέγαν καὶ θαυματουργὸν Μακάριον παναληθῶς γέγραπται θαύματα, πῶς τὸ ξηρὸν κράνιον πυθόμενος &c. Idem colloquium memoratur libro tertio & sexto vitar. Patrum p. 401. & 499. edit. Rosweydi: & in Mich. Glycae Epistola XXVI. & in Synaxario Graecorum 19. Ianuar. nec non a Nicephoro Blemida in diatriba qualem esse deceat Imperatorem, & Ioanne Hagioelita in Encomio Macarii AEgyptii. Vide Allatium diss. 2. de libris Ecclesiasticis Graecorum p. 117.-123.

E Solet a multis (5) longo iam tempore Palladio huic tribui *Dialogus de vita S. Chrysostomi*, qui cum Theodoro Diacono Romano habitus Romae fingitur circa A. C CDVIII. non diu post Chrysostomi mortem Διάλογος ἱστορικὸς περὶ βίου καὶ πολιτείας τοῦ Ἰωάννου Ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου. Sed adsentior viris doctis, (6) qui alium esse auctorem & Episcopum cum Theodoro colloquentem a Palladio statuunt. Nam

tum, perpetuum medicamentum veritatis &c. Socrates IV. 23. p. 238. Πεποίηται Παλλαδίῳ τῷ μοναχῷ ἴδιον μονόβιβλον ὃς Εὐαγρίου μὲν ἦν μαθητὴς, πάντα δὲ ἀκριβῶς περὶ αὐτῶν (μοναχῶν) διεξῆλθεν, ἐν ᾧ καὶ γυναικῶν ἐφάμιλλον τοῖς προειρημένοις ἀνδράσιν ἐπανελομένων βίον μνήμην πεποίηται. Idem ex Socrate, habet Tripartita VIII. 1. & Nicephorus XI. 44.

(1) Lausus Praefectus cubiculi (πραιπόσιτος τοῦ κοιτῶνος) Imp. Theodosii iunioris ad quem Palladii Epistola huic operi praefigitur. Itaque apud Nicephorum VIII. 41. ubi inter libros plures de Monachorum vita ab ipso commendatur μάλιστα ἡ Λαύσῳ πραιποσίτῳ ἐγράφη, hoc verti debet *maxime qui ad Lausum praepositus scriptus est*, non ut Io Langus, eruditus interpres, *quae de iis Lausus Praepositus conscripsit*. De hoc Lauso consulendi Cangius in CPoli Christiana libro II. p. 132. & Anselmus Bandurius ad Antiquitates CPolitanas p. 477. 486. Ad hunc ut credibile est Lausum binas Firmi Episcopi Epistolas vulgavit clarissimus Muratorius in Analectis Graecis p. 290. & 301.

(2) Λαυσαϊκὸν vocatur in pluribus Triodii locis, quae vide apud Meursium, Cangiumque in glossar. Lausiacam Historiam vocant editiones, Graeci Codices τὴν πρὸς Λαῦσον ἱστορίαν. Sic Ioannes Antiochenus a Cotelerio editus Tom I. moniment. p 167. ἡ τοῦ ὁσίου Παλλαδίου πρὸς Λαῦσον. Lausaicum solet etiam vocare Salmasius, ut in comment. ad inscriptionem

F Herodis Attici p. 14. 65. &c. Idem in libro de lingua Hellenistica p. 107. plebeia dictione usum Palladium notat.

(3) Vide Tillemontium Tom. XI. memor. p. 523. seq 640. seq.

(4) In Graecis Ducaei desiderantur caput CL. CXVI. & pars capitis XLVI. IX.

(5) Ita Theodorus Trimithuntis in Cypro Episcopus, in Homilia de vita & exsilio S. Chrysostomi, nec non Codices MSS. Dialogi, & Ambrosius Camaldulensis, interpres. Atque auctorem vocatum Palladium, Georgius quoque Alexandrinus in eiusdem Chrysostomi vita, Photio Cod. 96. lecta testatur.

(6) Auctorem Dialogi a Palladio Lausiacae scriptore recte distinguunt Baronius ad A. CCCLXXXVIII. n. 110. Emericus Bigotius in praefat. ad Dialogum, & Tillemontius T. XI. memor. p. 643. seq. qui stylum quoque diversum caussatur; & licet utrumque scriptum non adeo puro Graecismo se commendet, tamen Lausiacam longe simpliciore & nativo sermone exaratam, dialogum adfectato magis & male diserto. *Le dialogue est plus affecté & d' un homme qui avoit quelque teinture d' une mechante rhetorique*. His accedit Ludovicus Dulcinus S. I. in Historia Origenismi Gallice vulgata Paris. MDCC. 12. libro quarto. Etiam Palladium Biographum a Palladio Helenopoleos Episcopo distinguit Nicolaus Comnenus Papadopoli Cretensis in praenotionibus Mystagogicis ex iure Canonico editis Patavii MDCXCVII. fol.

Nam de Palladio Helenopolitano Episcopo, tamquam diverso sermo est p. 26. παραδραμόντος δὲ μηνὸς ἡμερῶν ἐπίσημος Παλλάδιος ὁ Ἐπίσκοπος Ἑλενουπόλεως δίχα γραμμάτων ὡς ἔλεγεν καὶ αὐτὸς πεφευγέναι τὴν τῶν ἀρχόντων μανίαν. Et pag. 192. ἐν τίσιν οἱ Ἐπίσκοποι οἱ μετὰ τῶν ἡμετέρων ἀποσταλέντες Εὐλύσιος καὶ Παλλάδιος &c. Quin imo illo tempore in vicinia Blemmyum AEthiopum in oppido Syene custodiebatur: Παλλάδιον δὲ Βλεμμύων ἢ Αἰθιόπων ἐκ γειτόνων φρουρεῖσθαι Συήνης καλουμένου τὸ χωρίον. p. 194. & p. 198. Παλλαδίῳ δὲ καὶ τὸν παῖδα ἀφείλαντο βιασάμενοι αὐτὸν καὶ γραμματεῖον ἐκδίδοσθαι. Omitto quod Episcopus ille iam senio & canis venerandus in dialogo inducitur p. 36. & 38. & qui tunc demum Romam viderit p. 7. cum Palladius Helenopolitanus iam diu ante profectus Romam fuerit restituendi Chrysostomi caussa circa A. CDV. & A. CDVIII. nondum esset quadragenarius. Nonnulla etiam aliter narrari ab Historiae Lausiacae scriptore, aliter in hoc dialogo, notavit Valesius ad Sozomeni VIII. 12. p. 164.

Editiones Dialogi de Vita S. Chrysostomi.

Latine ex *Ambrosii* Camaldulensis versione, Eugenio IV. dicata, & diu post a Nicolao Erythraeo edita Venet. MDXXXII. 8. & T. II. Vitarum Aloysii Lipomanni ibid. MDLIII. 4. & in Latinis Chrysostomi Operum editionibus.

eorum excogitavit; Gaianitae vero, a Gaiano, qui eorumdem Papa Alexandriae exstitit, quique Iulianum eiusque doctrinam amplexus est. Hos adversarii eorum Phantasiastas vocant, & Manichaeos. Ipsi vero sibi adversantes nominant Phthartolatras, & Christolatras, seu Corrupticolas, & Creaticolas.

v. Severitae, qui & Agnoitae. Adfirmant a Verbo quidem Deo cuncta cognosci; verum ab unita ipsi secundum hypostasim humanitate ignorari multa. Idque ob dogma adversarii eorum nomen Agnoitarum ipsis imposuerunt.

vi. Alii Severitae, Condobauditae dicti; adserentes Deum unum esse numero, non autem omnimoda aequalitate; eumdem Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum dicentes. Ab adversariis nomen Condobauditarum accepere, quia Constantinopoli in loco Condobaudi adpellato habent collectae aedem, illicque congregantur qui primos inter eos ferunt. Porro isti Condobauditae vocati, & qui nuncupantur Agnoitae, primo indigitabantur Theodosiani, ut qui sequerentur Theodosium Alexandriae Papam ipsorum; sed postea ab eo anathesmate percussi sunt; Agnoitae quidem, propter dogma de ignorantia; Condobauditae vero, quod non admitterent doctrinam ab ipso editam de Sancta Trinitate. Hinc non amplius Theodosiani vocantur ab adversariis suis; quandoquidem, ut dictum est, non recipiunt Theodosium; sed primi, ex dogmate, Agnoitae; posteriores, ex loco, dicuntur Condobauditae. Vtrique autem concordant in sermone de Patre, Filio, & Spiritu Sancto, eamdem doctrinam tenentes; dissentiunt vero circa dogma de ignorantia. At Severum Antiochiae Episcopum utrique suscipiunt: unde etiam Severitae nominati fuerunt.

vii. Alii Severitae, iidem Theodosiani, & Paulianistae; hi supra dictos Severum & Theodosium admittunt, atque cum iis Paulum qui a nigredine cognominatus est. In doctrina de Patre, Filio, & Spiritu Sancto consentiunt cum Condobauditis; ab ipsis vero dissentiunt, in eo quod recipiant ut Episcopos Theodosium, & Paulum, cum utrumque reiiciant Condobauditae.

a Ed. τ̃ Με-λαινὸν

viii. Alii Severitae, necnon Theodosiani, Angelitae, Damianitae; qui recipiunt memoratos Severum ac Theodosium, unaque Damianum; quique aiunt alium quidem esse Patrem, alium Filium, alium Paracletum Spiritum Sanctum; non esse autem horum quemque per se Deum natura, sed communem habere Deum, sive divinitatem inexsistentem, per cuius participationem indivisam unusquisque sit Deus. Adpellant vero Patrem, Filium, Sanctum Spiritum, hypostases; commune eorum Deum, substantiam & naturam. Porro Angelitae ab adversariis vocati sunt, ex loco Alexandriae dicto Angelio, in quo collectae aedem habentes qui primi inter eos sunt congregantur. Nuncupant autem eos adversarii Sabellianistas simul & Tetraditas. Iidem Damianitarum nomine insigniti sunt, ex Damiano Episcopo illorum. Initio Paulum, cuius mentionem fecimus, pro Episcopo ducebant; deinde illum reiecerunt, eo quod communicasset sanctae Catholicae & Apostolicae Ecclesiae, sanctamque Calchedonensem Synodum adprobas-

δόγματος αὐτῶν· Γαϊανῖται δὲ ἀπὸ Γαϊανοῦ τοῦ γενομένου αὐτῶν πάπα ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, δεξαμένου Ἰουλιανὸν καὶ τὸ δόγμα αὐτοῦ· οὓς οἱ ἐναντίοι αὐτῶν, Φαντασιαστὰς, καὶ Μανιχαίους καλοῦσιν. καὶ οὗτοι δὲ τοὺς ἐναντίους αὐτῶν, Φθαρτολάτρας καὶ Κτιστολάτρας ὀνομάζουσι.

έ. Σεβηρῖται, οἱ καὶ Ἀγνοῖται· οἱ λέγοντες τὸν μὲν Θεὸν λόγον πάντα γινώσκειν· τὴν δὲ ἡνωμένην αὐτῷ καθ᾽ ὑπόστασιν ἀνθρωπότητα πολλὰ ἀγνοεῖν. οἵτινες ἀπὸ τοῦ δόγματος Ἀγνοῖται ὠνομάσθησαν ὑπὸ τῶν ἐναντίων αὐτῶν.

ϛ΄. Ἕτεροι Σεβηρῖται, οἱ καὶ Κονδοβαυδῖται· λέγοντες ἕνα Θεὸν εἶναι τῷ ἀριθμῷ, καὶ οὐχὶ τῇ ἀπαραλλάκτῳ ἰσότητι· τὸν αὐτὸν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον λέγοντες. οἵτινες Κονδοβαυδῖται ὠνομάσθησαν ὑπὸ τῶν ἐναντίων αὐτῶν, διὰ τὸ ἐν τοῖς λεγομένοις Κονδοβαύδου ἐν Κωνσταντινουπόλει ἔχειν αὐτοὺς συνακτήριον, κἀκεῖ συνάγεσθαι τοὺς τὰ πρῶτα ἐν αὐτοῖς φέροντας· οὗτοι δὲ οἱ λεγόμενοι Κονδοβαυδῖται, καὶ οἱ καλούμενοι Ἀγνοῖται, πρῶτον μὲν ἐκαλοῦντο Θεοδοσιανοὶ, δεχόμενοι Θεοδόσιον τὸν γενόμενον αὐτῶν πάπαν Ἀλεξανδρείας· ἀναθεματίσθησαν δὲ παρ᾽ αὐτοῦ· οἱ μὲν Ἀγνοῖται διὰ τὸ δόγμα τῆς ἀγνοίας· οἱ δὲ Κονδοβαυδῖται, διὰ τὸ μὴ δέξασθαι αὐτοὺς τὸν περὶ τῆς ἁγίας τριάδος λόγον τὸν ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐκδοθέντα. ὅθεν οὐκέτι Θεοδοσιανοὶ καλοῦνται ὑπὸ τῶν ἐναντίων αὐτῶν· ἐπειδὴ οὐ δέχονται, ὡς εἴρηται, Θεοδόσιον· ἀλλ᾽ οἱ μὲν ἐκ τοῦ δόγματος Ἀγνοῖται· οἱ δὲ ἐκ τοῦ τόπου Κονδοβαυδῖται· συμφωνοῦσι δὲ ἀλλήλοις ἑκάτεροι εἰς τὸν περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος λόγον, ἓν δόγμα ἔχοντες· διαφωνοῦσι δὲ εἰς τὸ περὶ τῆς ἀγνοίας δόγμα. δέχονται δὲ Σεβῆρον ἑκάτεροι τὸν γενόμενον Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον· διὸ καὶ Σεβηρῖται ὠνομάσθησαν.

ζ΄. Ἄλλοι Σεβηρῖται, οἱ καὶ Θεοδοσιανοὶ, καὶ Παυλιανισταί· οἱ δεχόμενοι Σεβῆρον καὶ Θεοδόσιον τοὺς εἰρημένους, καὶ σὺν αὐτοῖς Παῦλον τὸν ἐπίκλην τοῦ Μελανοῦ [a]. οἵτινες ἐν μὲν τῷ περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος δόγματι συμφωνοῦσι τοῖς Κονδοβαυδῖταις· διαφωνοῦσι δὲ πρὸς ἐκείνους ἐν τῷ αὐτοὺς μὲν δέχεσθαι Θεοδόσιον καὶ Παῦλον εἰς ἐπισκόπους· τοὺς δὲ Κονδοβαυδῖτας, ἀμφοτέρους ἀποβάλλεσθαι.

ή. Ἄλλοι Σεβηρῖται, οἱ καὶ Θεοδοσιανοὶ, καὶ Ἀγγελῖται, καὶ Δαμιανῖται· οἱ δεχόμενοι Σεβῆρον καὶ Θεοδόσιον τοὺς μνημονευθέντας, καὶ Δαμιανὸν σὺν αὐτοῖς· οἵτινες λέγουσιν ἄλλον μὲν εἶναι τὸν πατέρα, καὶ ἄλλον τὸν υἱὸν, καὶ ἄλλον τὸν παράκλητον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· μὴ εἶναι δὲ τούτων ἕκαστον καθ᾽ ἑαυτὸν Θεὸν φύσει, ἀλλ᾽ ἔχειν κοινὸν Θεὸν, ἤγουν θεότητα ἐνύπαρκτον, καὶ ταύτης μετέχοντα ἀδιαιρέτως, εἶναι Θεὸν ἕκαστον. καλοῦσι δὲ τὸν μὲν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὑποστάσεις· τὸ δὲ κοινὸν αὐτῶν Θεὸν, οὐσίαν καὶ φύσιν. Ἀγγελῖται δὲ ἐκλήθησαν ὑπὸ τῶν ἐναντίων αὐτῶν, ἐκ τοῦ τόπου οὕτω καλουμένου Ἀγγελίου ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἐν ᾧ συνακτήριον ἔχοντες οἱ τὰ πρῶτα ἐν αὐτοῖς φέροντες συνάγονται. καλοῦσι δὲ αὐτοὺς οἱ ἐναντίοι αὐτῶν Σαβελλιανιστὰς ἅμα καὶ Τετραδίτας. οἱ αὐτοὶ δὲ Δαμιανῖται ὠνομάσθησαν ἀπὸ Δαμιανοῦ τοῦ ἐπισκόπου αὐτῶν. οὗτοι πρῶτον ἐδέχοντο τὸν μνημονευθέντα Παῦλον εἰς ἐπίσκοπον. ὕστερον δὲ τοῦτο ἀπεβάλοντο, διὰ τὸ κοινωνῆσαι αὐτῶν τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ δέξασθαι τὴν ἁγίαν

ἁγίαν ἐν Καλχεδόνι σύνοδον· κἂν εἰ τὰ μάλιστα πάλιν ἀπέστη τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, καὶ ἀπηρνήσατο τὴν ἁγίαν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον.

θʹ. Ἄλλοι Σεβηρῖται, ἤγουν Θεοδοσιανοὶ, οἱ καὶ Πετρῖται· οἱ δεχόμενοι τὸν ἔσχατον Πέτρον εἰς ἐπίσκοπον· οἵτινες δεχόμενοι Θεοδόσιον, καὶ Σεβῆρον, καὶ Πέτρον, Δαμιανὸν οὐ προσδέχονται, οὐδὲ Παῦλον. ἐναντιοῦνται δὲ τῷ δόγματι ἑκατέρων. ὁμολογοῦσι γὰρ Θεὸν κατὰ ἀλήθειαν, καὶ οὐσίαν καὶ φύσιν ἕκαστον καθ᾽ ἑαυτόν. τὸν πατέρα φημὶ, καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα· τρεῖς ὑποστάσεις καὶ τρία πρόσωπα ὁμολογοῦντες, καὶ ἑκάστην ὑπόστασιν Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν, καὶ οὐσίαν καὶ φύσιν. ἕνα Θεὸν καὶ μίαν οὐσίαν καὶ φύσιν τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα λέγουσιν, οὐκ ἀριθμῷ, ἀλλὰ τῇ ἀπαραλλάκτῳ ἰσότητι. οὓς οἱ Ἀγγελῖται καὶ οἱ Παυλιανισταὶ Τριθεΐτας ὀνομάζουσι· καὶ οὗτοι πάλιν ἐκείνους, ποτὲ μὲν Σαβελλιανοὺς, ποτὲ δὲ Τετραδίτας.

ιʹ. Ἄλλοι Σεβηρῖται, ἤγουν Θεοδοσιανοὶ, οἱ καὶ Κονωνῖται· οἱ δεχόμενοι Θεοδόσιον καὶ Σεβῆρον, καὶ σὺν αὐτοῖς Κόνωνα ἐπίσκοπον· οἵτινες καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦσι Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν, καὶ οὐσίαν καὶ φύσιν ἕκαστον· τὸν πατέρα λέγω, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα· τρεῖς ὑποστάσεις τὴν ἁγίαν τριάδα καὶ τρία πρόσωπα· ἔτι μὴν καὶ τρεῖς τινὰς τῷ ἀριθμῷ οὐσίας καὶ φύσεις ἴσας ἀπαραλλάκτως κατὰ τὴν θεότητα λέγοντες. μίαν δὲ οὐσίαν, ἤγουν φύσιν, καὶ μίαν θεότητα, ἤγουν Θεὸν τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον τριάδα ὁμολογοῦσιν, οὐκ ἀριθμῷ, ἀλλὰ τῇ ἀπαραλλάκτῳ τῆς θεότητος ταυτότητι. τρεῖς δὲ Θεοὺς ἢ θεότητας λέγειν παραιτοῦνται. καὶ οὗτοι δὲ Σεβῆρον καὶ Θεοδόσιον δεχόμενοι, οὔτε Δαμιανὸν, οὔτε Παῦλον, οὔτε τὸν ἔσχατον Πέτρον δέχονται. καλοῦσι δὲ καὶ τούτους οἱ Δαμιανοῦ καὶ Παύλου, Τριθεΐτας· καὶ οὗτοι δὲ ἐκείνους ὀνομάζουσι, ποτὲ μὲν Σαβελλιανοὺς, καὶ Μοντανιστὰς, καὶ Φωτεινιανοὺς, καὶ Νοητιανοὺς, καὶ Ἀρτεμονιάστας, ποτὲ δὲ Τετραδίτας αὐτοὺς προσαγορεύουσι. διΐστανται δὲ ἀπὸ Πέτρου τοῦ ἐσχάτου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, διότι ἐκεῖνοι μὲν παραιτούμενοι τρεῖς λέγειν Θεοὺς, ἤγουν Θεότητας τρεῖς, τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, παραιτοῦνται καὶ τὸ λέγειν τρεῖς τῷ ἀριθμῷ οὐσίας ἤγουν φύσεις τινὰς ἴσας ἀπαραλλάκτως. οὗτοι δὲ τὸ μὲν λέγειν, τρεῖς Θεοὺς ἤγουν θεότητας παραιτοῦνται· τρεῖς δὲ τῷ ἀριθμῷ οὐσίας ἤγουν φύσεις τινὰς ἴσας ὁμολογοῦσιν. οὗτοι, οἱ ἀπὸ Κόνωνός φημι, πρότερον δεχόμενοι τὰ συγγράμματα Ἰωάννου τοῦ Ἀλεξανδρείας γραμματικοῦ τοῦ ἐπίκλην Φιλοπόνου, τὰ κατὰ Ἑλλήνων αὐτῶν [a] γεγραμμένα, μετὰ καὶ τῶν ἄλλων αὐτοῦ συγγραμμάτων, αὐτόν τε τὸν γραμματικὸν ἔσχατον ἀπεβάλοντο, καὶ τὰ συγγράμματα αὐτοῦ. ὁ γὰρ εἰρημένος γραμματικὸς Ἰωάννης ἐν τοῖς πρὸς Ἕλληνας βιβλίοις, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ συγγράμμασιν ἐπήγαγε λέγων, τὰ σώματα τὰ αἰσθητὰ ταῦτα πάντα καὶ ὁρώμενα, κατά τε ὕλην καὶ εἶδος ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραχθῆναι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· φθαρτά τε ταῦτα γενέσθαι, καὶ φθείρεσθαι κατά τε ὕλην καὶ εἶδος, καὶ ἀντὶ τούτων ἕτερα σώματα κρείττονα τούτων τῶν ὁρωμένων ἄφθαρτα καὶ αἰώνια ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δημιουργεῖσθαι· συντέλειαν λέγων τοῦ ὁρωμένου κόσμου ἤγουν παρέλευσιν, καὶ καινοῦ κόσμου γένεσιν· ἀνάστασίν τε νεκρῶν ὁρίζεται εἶναι, τὴν τῶν λογικῶν ψυχῶν πρὸς σῶμα ἄφθαρτον ἕνωσιν ἀδιάλυτον. Κόνων δὲ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ,

bassset; tametsi quammaxime postea recesserit a sancta Catholica Apostolicaque Ecclesia, atque abnegavit sanctum Calchedonense Concilium.

IX. Alii Severitae, seu Theodosiani, item Petritae. In Episcopum suscipiunt postremum Petrum. Suscipiunt quoque Theodosium, Severum, Petrum; nequaquam Damianum, nec Paullum; quorum doctrinae repugnant. Confitentur enim Deum ex veritate, substantia & natura quemque per se: Patrem, inquam, Filium, atque Spiritum Sanctum. Item profitentur tres hypostases ac tres personas, & unamquamque hypostasim Deum esse vere, substantialiter, naturaliter. Vnum Deum, unamque substantiam ac naturam Patrem, & Filium, & Sanctum Spiritum dicunt, non numero, sed perfecta aequalitate. Hos Angelitae & Paulianistae Tritheitas nominant: ipsi vero vice versa illos, interdum Sabellianos, interdum Tetraditas.

X. Alii Severitae, seu Theodosiani, necnon Cononitae; qui una cum Theodosio & Severo probant Cononem Episcopum; quique confitentur Deum esse secundum veritatem, substantiam & naturam quemque; Patrem dico, Filium, & Spiritum Sanctum: tres hypostases Sanctam Trinitatem, ac tres personas: addunt vero tres esse numero substantias & naturas absque dissimilitudine aequales iuxta divinitatem. Vnam vero substantiam, seu naturam, unamque divinitatem sive Deum sanctam, & consubstantialem Trinitatem confitentur, non numero, sed invariabili divinitatis identitate. At tres Deos aut divinitates dicere recusant. Atque hi Severum ac Theodosium admittentes, nec Damianum, nec Paullum, nec ultimum Petrum suscipiunt. Eosdem Damiani Paullique adseclae Tritheitas vocant. Ipsi illos nuncupant aliquando Sabellianos, Montanistas, Photinianos, Noetianos & Artemoniastas, aliquando Tetraditas. Ceterum a Petro postremo, iisque qui ei adhaerent in eo diffident, quod illi quum nolint tres Deos ponere, seu tres divinitates, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, refugiunt etiam proferre tres numero substantias seu naturas quasdam citra diversitatem aequales. Hi vero deprecantur quidem tres Deos seu divinitates pronunciare, at tres numero substantias vel naturas aequales confitentur. Isti, qui a Conone, inquam, quum prius adprobassent scripta Ioannis Alexandriae Grammatici, cognomento Philoponi, tum quae edidit Graecos seu Gentiles, tum alia, tamdem eumdem Grammaticum eiusque opera abiecerunt. Is quippe Ioannes Grammaticus in libris adversus Gentes, ac in aliis suis voluminibus ista induxit: Omnia corpora haec sensibus, & adspectui exposita, secundum materiam ac formam ex non exstante ad exsistentiam adducta esse per Deum; corruptibilia autem facta fuisse, & corrumpi iuxta materiam & formam; atque in locum eorum alia corpora his, quae cernuntur, praestantiora incorruptibilia aeternaque creari a Deo: consummationem intelligens seu transitum conspicui mundi, novique ortum. Ad haec resurrectionem mortuorum definit esse, animarum rationalium cum corpore incorruptibili unionem indissolubilem. Conon vero quique cum ipso sunt, quemadmodum

a Al. αὐτοῦ

dum diximus, licet prius laudassent commentarios in quibus haec dogmata tradidit, ipsumque Philoponum superstitem ac mortuum per atque extra scripta beatum praedicassent, demum eumdem illum ipsiusque scripta repudiarunt: libris editis, in quibus contendunt, corpora haec adspectabilia, & sensibilia, iuxta materiam quidem non corrumpi, sed manere eadem, & conspecta, semperque incorrupta; secundum vero formam dumtaxat corrumpi. Rursusque reformari eamdem materiam putant, recipiendo praestantiorem formam incorruptibilem ac sempiternam. Adiiciunt, ortum istius oculis propositi orbis contingere secundum materiam & formam, eiusdem autem interitum transitumque secundum solam formam. Vt enim retulimus, materiam semper eamdem manere profitentur. At resurrectionem mortuorum definiunt, corporis huiusce cum anima rationali secundam indissolubilemque unionem.

XI. Alii Severitae, seu Theodosiani, iidem Philoponiaci, qui accedentes Severo, & Theodosio Episcopis, pro doctore adsumunt Iohannem Philoponum, ipsiusque scriptis inhaerent, ac eum sequuntur, non solum in doctrina de Trinitate, sed etiam in opinionibus de consummatione mundi, qui oculis percipitur, deque eiusdem orbis necnon futuri ortu, ac de resurrectione mortuorum. Isti nec Damianum, nec Paullum, nec ultimum Petrum pro suis habent. Quumque prius Cononem reciperent, postea reiecerunt, eo quod repudiasset Iohannem Philoponum, illiusque scripta. Iidem in sermonibus, qui ad Trinitatem pertinent, concinunt cum Cononitis, ac Tritheitae ab Angelitis, & Paulianistis nominantur; quos ipsi modo nominant Sabellianos, modo Tetraditas. Verum in iis, quae spectant ad consummationem visibilis mundi, & ad resurrectionem mortuorum, contraria, ac Cononitae tenentur sententia. Et Cononitae quidem hos Philoponiacos adpellant, Sadducaeos, Simonianos, Gentiles, Valentinianos, Marcionistas, Manichaeos. Rursum vero Philoponiaci iisdem nominibus Haeresum, & Paganorum Cononitas donant; cognominatque eos, Graecos, Manichaeos, Simonianos, Valentinianos, Marcionistas, & Hermogeniastas. Quae quidem nomina Philoponiaci imponunt Cononitis, obiicientes illis similiter materiam sensibilis istius mundi carere interitu. Quaeque eadem nomina Cononitae praedicant de Philoponiacis, quod non confiteantur horumce corporum resurrectionem. Adhaec utrique, Philoponiaci, & Cononitae, se invicem Origenistas vocant. Nam quum invenerint Philoponiaci in libris Origenis, eamdem materiam in futuro saeculo reformari, ideoque eorumdem corporum fore resurrectionem, Cononitas adpellaverunt Origenistas. Contra Cononitae nacti in eodem Origene, aliorum corpornm resurrectionem; est enim in sententiis inconstans vir; Philoponiacis Origenistarum nomen indiderunt. Ceterum Philoponiaci admittunt Episcopum quemdam, nomine Georgium, itemque libros ab illo editos.

XII. Alii Severitae, vel Theodosiani, ac Niobitae, qui Severum, & Theodosium sibi ad-

αὐτῷ, ὡς εἴπομεν, πρότερον δεχόμενοι τὰ συγγράμματα ἐν οἷς ταῦτα ἐδογμάτισε, καὶ αὐτὸν τὸν Φιλόπονον ζῶντά τε καὶ μετὰ τελευτὴν ἐγγράφως καὶ ἀγράφως μακαρίζοντες, τελευταῖον αὐτόν τε ἐκεῖνον καὶ τὰ συγγράμματα αὐτοῦ ἀπεβάλοντο· λόγους ἐγγράφως ἐκδεδωκότες, ἐν οἷς λέγουσιν, ὅτι τὰ σώματα τὰ αἰσθητὰ ταῦτα καὶ ὁρώμενα, κατὰ μὲν τὴν ὕλην οὐ φθείρεται, ἀλλὰ μένουσι τὰ αὐτὰ καὶ ὁρώμενα εἰς ἀεὶ μὴ φθειρόμενα· κατὰ δὲ τὸ εἶδος μόνον φθείρονται. καὶ πάλιν ἀναμορφοῦσθαι τὴν αὐτὴν ὕλην λέγουσι, κρεῖττον εἶδος δεχομένην ἄφθαρτον καὶ αἰώνιον. γένεσιν μὲν τοῦ ὁρωμένου κόσμου λέγουσι, κατά τε ὕλην καὶ εἶδος, φθορὰν δὲ αὐτοῦ ἤγουν παρέλευσιν κατὰ μόνον τὸ εἶδος. τὴν γὰρ ὕλην, ὡς εἴπομεν, ἀεὶ διαμένειν ὁμολογοῦσι τὴν αὐτήν. ἀνάστασιν δὲ νεκρῶν ὁρίζονται εἶναι, τὴν τοῦ σώματος τούτου πρὸς τὴν λογικὴν ψυχὴν δευτέραν ἕνωσιν ἀδιάλυτον.

ιά. Ἄλλοι Σεβερῖται, ἤγουν Θεοδοσιανοὶ οἱ καὶ Φιλοπονιακοί· οἵτινες δεχόμενοι Σεβῆρον καὶ Θεοδόσιον ἐπισκόπους, δέχονται εἰς διδάσκαλον τὸν Φιλόπονον Ἰωάννην, καὶ τὰ τούτου συγγράμματα, ἀκολουθοῦντες αὐτῷ οὐ μόνον ἐν τῷ περὶ τριάδος λόγῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς περὶ συντελείας τοῦ ὁρωμένου κόσμου, καὶ γενέσεως τοῦτε ὁρωμένου κόσμου καὶ τοῦ μέλλοντος, καὶ νεκρῶν ἀναστάσεως, οὗτοι δὲ οὔτε Δαμιανὸν, οὔτε Παῦλον, οὔτε τὸν ἔσχατον Πέτρον δέχονται. πρότερον δὲ δεχόμενοι Κόνωνα, ὕστερον αὐτὸν ἀπεβάλοντο, διὰ τὸ ἀποβάλλεσθαι ἐκεῖνον Ἰωάννην τὸν Φιλόπονον καὶ τὰ τούτου συγγράμματα. καὶ ἐν μὲν τοῖς περὶ τριάδος λόγοις, συνᾴδουσι τοῖς Κονωνίταις. καὶ Τριθεῖται ὀνομάζονται καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν Ἀγγελιτῶν καὶ Παυλιανιστῶν ὀνομάζουσι δὲ καὶ αὐτοὶ ἐκείνους, ποτὲ μὲν Σαβελλιανοὺς, ποτὲ δὲ Τετραδίτας. ἐν δὲ τοῖς περὶ συντελείας τοῦ ὁρωμένου κόσμου, καὶ νεκρῶν ἀναστάσεως, ἐναντιοῦνται αὐτοῖς, τοῖς Κονωνίταις φημί. τούτους οἱ Κονωνῖται, τοὺς Φιλοπονιακοὺς λέγω, καλοῦσι Σαδδουκαίους καὶ Σιμωνιανοὺς καὶ Ἕλληνας καὶ Οὐαλεντινιανοὺς καὶ Μαρκιωνιστὰς καὶ Μανιχαίους. κἀκεῖνοι πάλιν οἱ Φιλοπονιακοὶ, τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι τῶν αἱρέσεων καὶ Ἑλλήνων τοὺς Κονωνίτας προσαγορεύουσιν· Ἕλληνας αὐτοὺς καὶ Μανιχαίους καὶ Σιμωνιανοὺς καὶ Οὐαλεντινιανοὺς καὶ Μαρκιωνιστὰς καὶ Ἑρμογενιαστὰς ἀποκαλοῦντες. καὶ οἱ μὲν Φιλοπονιακοὶ τὰ ὀνόματα ταῦτα τοῖς Κονωνίταις ἐπιφέρουσι, λέγοντες αὐτοῖς τὴν ὕλην τοῦ αἰσθητοῦ τούτου κόσμου ὁμοίως ἀτελεύτητον. οἱ δὲ Κονωνῖται τὰ αὐτὰ ὀνόματα τῶν Φιλοπονιακῶν κατηγοροῦσι, διὰ τὸ μὴ λέγειν αὐτοὺς τῶν σωμάτων τούτων ἀνάστασιν. πρὸς τούτοις δὲ ἑκάτεροι, οἵτε Φιλοπονιακοὶ, καὶ οἱ Κονωνῖται, Ὠριγενιαστὰς ἀλλήλους ὀνομάζουσιν. εὑρηκότες γὰρ οἱ Φιλοπονιακοὶ τὸν Ὠριγένην λέγοντα ὅτι ἡ αὐτὴ ὕλη ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἀναμορφοῦται, καὶ διὰ τοῦτο τῶν αὐτῶν σωμάτων γίνεται ἡ ἀνάστασις, ἐκάλεσαν τοὺς Κονωνίτας Ὠριγενιαστάς. πάλιν οἱ Κονωνῖται εὑρόντες τὸν Ὠριγένην λέγοντα ἄλλων σωμάτων ἀνάστασιν· παλίμβολος γὰρ ὁ ἀνήρ· ὠνόμασαν τοὺς Φιλοπονιακοὺς Ὠριγενιαστάς. δέχονται δὲ οἱ Φιλοπονιακοὶ ἐπίσκοπόν τινα Γεώργιον ὀνόματι, καὶ τοὺς λόγους τοὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐκδοθέντας.

ιβ'. Ἄλλοι Σεβηρῖται, ἤγουν Θεοδοσιανοὶ, οἱ καὶ Νιοβῖται· οἵτινες Σεβῆρον καὶ Θεοδόσιον δεχόμε-

χόμενοι, δέχονται καὶ Στέφανον τὸν σοφιστὴν, τὸν ἐπίκλην Νιόβην· οὗτοι ἐν μὲν τοῖς περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος λόγοις, συμφωνοῦσι τοῖς Κονδοβαυδίταις καὶ τοῖς Ἀγνοΐταις· ἐν δὲ τοῖς λόγοις τοῖς περὶ τῆς οἰκονομίας διαφωνοῦσιν, οὐ μόνον πρὸς τούτους, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους πάντας. πάντες μὲν γὰρ δύο φύσεις ἐπὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου μετὰ τὴν ἕνωσιν οὐδενὶ λόγῳ ἀνέχονται εἰπεῖν, τὴν μέντοι διαφορὰν τῶν φύσεων ὁμολογοῦσι μετὰ τὴν ἕνωσιν· οὗτοι δὲ δύο φύσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν παραιτούμενοι λέγειν, οὐδὲ τὴν διαφορὰν τῶν φύσεων μετὰ τὴν ἕνωσιν σώζεσθαι ἀνέχονται εἰπεῖν.

Τίνα μὲν οὖν τὰ σχίσματα καὶ πόσα τυγχάνει, τίνες τε τούτων αἱ ὀνομασίαι, καὶ τί τὸ ἑκάστου σχίσματος δόγμα τῶν ἑαυτοὺς καλούντων Διακρινομένους, διὰ τῶν εἰρημένων συντόμως ἐδηλώσαμεν. οἵτινες τὰ ἐπιτηδεύματα Ἀρείου τε καὶ τῶν ἐκείνου μαθητῶν ζηλώσαντες, ὁμοίως ἐκείνοις ἔξω τῶν ἐκκλησιαστικῶν περιβόλων ἑαυτοὺς ἐποίησαν κἀκεῖνοι γὰρ μυρίας μηχανὰς ἐπεδείξαντο, ἐξωθῆσαι τῆς ἐκκλησίας σπουδάσαντες τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον. καὶ οὗτοι δὲ ὁμοίως πολυτρόπους μαγγανείας καὶ λογομαχίας ἐπετήδευσαν, ἐξελάσαι τῆς ἐκκλησίας προθέμενοι τὴν οἰκουμενικὴν ἁγίαν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον. ἀλλ' ὅπερ κατὰ τῶν ἁγίων πατέρων ἐβουλεύσαντο, εἰς αὐτοὺς ἡ θεία περιέστησε ψῆφος, ἔξω που τῶν ἐκκλησιῶν αὐτοὺς καταστήσασα. ἠκόνησαν γὰρ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, τὴν γλῶσσαν αὐτῶν ὡσεὶ ὄφεως· ἐνέτειναν τόξον πρᾶγμα πικρὸν, τοῦ κατατοξεῦσαι ἐν ἀποκρύφοις ἄμωμον. ἐκραταίωσαν ἑαυτοῖς λόγον πονηρόν· διηγήσαντο τοῦ κρύψαι παγίδας· εἶπαν, τίς ὄψεται αὐτούς; ἐξηρεύνησαν ἀνομίαν· ἐξέλιπον ἐξερευνῶντες ἐξερευνήσεις. ἀλλὰ κατὰ τὸν θεῖον λόγον, βέλος νηπίων ἐγενήθησαν αἱ πληγαὶ αὐτῶν· καὶ ἐξησθένησαν ἐπ' αὐτοὺς αἱ γλῶσσαι αὐτῶν. διεσχίσθησαν, καὶ οὐ κατενύγησαν. ηὐφράνθη δὲ τοῦ θεοῦ ἡ ἐκκλησία, τὴν τοῦ ἁγίων πατέρων ἐκδίκησιν θεωρήσασα· καὶ ὑψώθη ὁ θεὸς, τῆς ἀληθείας τῶν ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων βεβαιωθείσης. φύγωμεν οὖν τὰς λογομαχίας τῶν ἐχθρῶν τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ· ἀσπαζόμενοι τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον ὥσπερ καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ τῶν τιή. ἁγίων πατέρων· καὶ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ρν'. καὶ τὴν ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρῶτον συναθροισθεῖσαν, ἧς ἡγεμόνες ὑπῆρχον οἱ ὁσιώτατοι Κελεστῖνος ὁ τῆς Ῥωμαίων, καὶ Κύριλλος ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων· σὺν αὐταῖς δὲ καὶ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει συναγηγερμένην ἐπὶ τοῦ τῆς θείας λήξεως βασιλέως Ἰουστινιανοῦ ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον, τὴν κυρώσασαν καὶ βεβαιώσασαν τὰς πρὸ αὐτῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς δ'. συνόδους, καὶ τὰ τούτων δόγματα. ταύτας γὰρ περιπτυσσόμενοι, καὶ τοὺς τόπους αὐτῶν ἀσαλεύτους φυλάττοντες, τῆς μὲν αἰωνίου κολάσεως ἐκτὸς γενησόμεθα, ἐπιτευξόμεθα δὲ τῶν ἀτελευτήτων ἀγαθῶν· πρεσβείαις τῆς ἁγίας ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν ἀειπαρθένου καὶ κατὰ ἀλήθειαν θεοτόκου Μαρίας· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· μεθ' οὗ τῷ πατρὶ, σὺν τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι τιμὴ καὶ δόξα, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

adscribentes, adsciscunt etiam Stephanum Sophistam, cognomento Niobem. Hi in verbis circa Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum factis, eadem loquuntur, ac Condobauditae, & Agnoitae; in dictis vero circa Incarnationis dispensationem, contraria proferunt, nec solum ab istis discrepant, sed & a ceteris omnibus. Etenim omnes etsi in mysterio de Christo, dicere penitus recusent duas post unionem naturas, attamen distinctionem naturarum post unionem confitentur; isti vero tum duas naturas post unionem ponere refugiunt, tum distinctionem naturarum servari post unionem non substinent dicere.

Itaque quaenam, quotquot sint sectae, quaeque illarum nomina, & quodnam dogma cuiusque Schismatis eorum, qui se Haesitantes nuncupant, in superioribus compendiario declaravimus. Qui aemulati facinora Arii, eiusque discipulorum, pari cum iis ratione, extra Ecclesiastica septa conlocarunt se. Illi quippe mille machinas admoverunt, studio propellendae ab Ecclesia Sanctae, & Oecumenicae Nicaenae Synodi. Isti vero consimili modo multiplicia machinamenta, & verborum certamina excogitarunt, cupientes ab Ecclesia eiicere Oecumenicam Sanctam Synodum Calchedonensem. Verum quod contra sanctos Patres moliti sunt, in ipsos divinum immisit, convertitque iudicium, quod eos extra Ecclesias constituit. *Acuerunt*, enim iuxta Scripturae oraculum, *linguam suam sicut serpentis. Intenderunt arcum rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum. Firmaverunt sibi sermonem nequam; narraverunt, ut absconderent laqueos, dixerunt: Quis videbit eos? Scrutati sunt iniquitatem; defecerunt scrutantes scrutinia.* Verum, pergit divinus Sermo: *Sagittae parvulorum factae sunt plagae eorum, & infirmatae sunt contra eos linguae eorum. Dissipati sunt, nec compuncti.* Laetata autem est Dei Ecclesia, quae Sanctorum Patrum vindictam intuita sit, & exaltatus est Deus, veritate Ecclesiasticorum dogmatum confirmata. Quapropter fugiamus hostium Ecclesiae Dei argutias, & disceptationes, amplectamurque Sanctam, atque Oecumenicam Synodum Calchedone habitam; quemadmodum & Nicaenam Sanctorum Patrum CCCXVIII. & Constantinopolitanam CL. Patrum, ac Ephesinam primam, cuius Praesides exstiterunt sanctissimi Caelestinus Romanus, & Cyrillus Alexandrinus; praetereaque illam Constantinopoli congregatam sub divinae memoriae Imperatore Iustiniano sanctam, & universalem Synodum, quae robore, ac firmitate auxit sanctas, generalesque quatuor Synodos ipsam praecedentes, earumque dogmata. Siquidem haec Concilia complexi, illorumque decreta inconcussa servando cum aeternum supplicium evitabimus, tum interminata consequemur bona; intercessione sanctae, gloriosaeque Dominae nostrae semper Virginis, ac revera Deiparae Mariae, quae utinam adipiscamur cuncti nos, gratia, atque benignitate magni Dei Servatorisque nostri Iesu Christi, cum quo Patri una cum Sancto, vivificoque Spiritu, honor, & gloria, nunc & semper, & in saecula saeculorum. Amen.

Pſ. CXXXIX. 4.
Pſ. LXIII. 4. 5. 6. 7. 8. 9.
Pſ. XXXIV. 16.
Pſ. LXXVII. 11.

EX NICONIS PANDECTE CAPITE VLTIMO.

TIMOTHEI PRESBYTERI

Sanctissimae magnae Ecclesiae, & vasorum custodis purissimae Deiparae in Chalcopratiis, de differentia eorum, qui accedunt ad sanctissimam nostram Fidem.

I. TRes invenimus ordines eorum, qui ad sanctam Dei Catholicam, Apostolicamque Ecclesiam accedunt, Deo carissime comminister Ioannes, omniumque mihi amicissime. Et primus ordo est eorum, qui sancto baptismate indigent. Secundus autem eorum, qui non baptizantur, sed sancto unguento inunguntur. Tertius vero illorum, qui nec baptizantur, nec unguntur, at solummodo anathematizant suam omnemque Haeresim.

II. Et qui quidem baptizantur sunt hi; Tascodrugi, Marcionistae, seu Artotyritę, Saccophori, qui & Apotactitae, Valentini, qui etiam Basilidae, ac Hermaei vocantur, Nicolaitae, Montanistae, qui & Pepuzeni, Manichaei, Eunomiani, sive Anomoei, Paulianistae, qui a Paullo Samosatensi, Photinistae, a Photino Episcopo Syrmii, Sabelliani, Simoniani, a Simone Mago, Menandriani, Ebionaei, Cerinthiani, qui a Cerintho, Carpocratiani, a Carpocrate, Saturniani, & qui ab impio Marco, quique ab Apelle, qui a Theodoto coriario, Elcesaitae, qui a Nepote, qui ex Pelagio atque Caelestio, Melchisedecitae.

a Balf. Φωτινιασαί,

III. Qui autem unguntur sacro unguento, hi sunt; Tessareskaedecatitae, seu Tetraditae, Novatiani, sive Sabbatiani, Ariani, Macedoniani, Apollinaristae.

IV. Qui vero nec unguntur, nec baptizantur, sed tantummodo propriam Haeresim anathematizant, isti sunt; Meletiani Schismatici, hi quidem nullo errore detinentur; verum anathemate feriunt suum Schisma Nestoriani Eutychianistae, eorumque socius Dioscorus, Severus, Iacobus, & ceteri Acephali, Marcionistae, qui a Marciano trapezita, & Messaliani, Euchitae, Enthusiastae, Choreutae, Lampetiani, Adelphiani, ac Eustatiani.

b Balf. Εὐχῖται.

ΤΙΜΟΘΕΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ

Τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ σκευοφύλακος τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐν τοῖς Χαλκοπρατίοις, περὶ διαφορᾶς τῶν προσερχομένων τῇ παναγεστάτῃ ἡμῶν πίστει.

ΤΡεῖς εὑρίσκομεν τάξεις τῶν προσερχομένων τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ, θεοφιλέστατε συλλειτουργὲ Ἰωάννη, καὶ πάντων ἐμοὶ προσφιλέστατε. καὶ πρώτη τάξις ἐστὶ τῶν δεομένων τοῦ ἁγίου βαπτίσματος· δευτέρα δὲ, τῶν μὴ βαπτιζομένων, χριομένων δὲ τῷ μύρῳ τῷ ἁγίῳ· καὶ τρίτη τῶν μήτε βαπτιζομένων, μήτε χριομένων, ἀλλὰ μόνον ἀναθεματιζόντων τὴν ἰδίαν καὶ πᾶσαν αἵρεσιν.

Καὶ οἱ μὲν βαπτιζόμενοι, εἰσὶν οὗτοι, Τασκοδροῦγοι Μαρκιωνισταὶ, ἤγουν Ἀρτοτυρῖται· Σακκοφόροι, οἱ καὶ Ἀποτακτῖται· Βαλεντῖνοι, οἱ καὶ Βασιλεῖδαι καὶ Ἑρμαῖοι καλούμενοι· Νικολαῖται· Μοντανισταὶ, οἱ καὶ Πεπουζηνοί· Μανιχαῖοι. Εὐνομιανοὶ, ἢ τ' Ἀνόμοιοι· Παυλιανισταὶ, οἱ ἀπὸ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως· Φωτεινισταὶ [a], οἱ ἀπὸ Φωτεινοῦ ἐπισκόπου τοῦ Συρμίου Σαβελλιανοί· Σιμωνιανοὶ, ἀπὸ Σίμωνος τοῦ Μάγου· Μενανδριανοί· Ἐβιωναῖοι· Κηρινθιανοὶ, οἱ ἀπὸ Κηρίνθου· Καρποκρατιανοὶ, οἱ ἀπὸ Καρποκράτους· Σατουρνιανοί· καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ Μάρκου τοῦ ἀνοσίου· καὶ οἱ ἀπὸ Ἀπελλῆ· οἱ ἀπὸ Θεοδότου τοῦ σκυτέως· Ἐλκεσαῖται οἱ ἀπὸ Νέπωτος· οἱ ἀπὸ Πελαγίου καὶ Κελεστίνου· Μελχισεδεκῖται.

Οἱ δὲ χριόμενοι τῷ ἁγίῳ μύρῳ, εἰσὶν οὗτοι· Τεσσαρεσκαιδεκατῖται, ἤγουν Τετραδῖται· Ναυατιανοὶ, ἤγουν Σαββατιανοί· Ἀρειανοί· Μακεδονιανοί· Ἀπολιναρισταί,

Οἱ δὲ μήτε χριόμενοι, μήτε βαπτιζόμενοι, ἀλλὰ μόνον ἀναθεματίζοντες τὴν ἰδίαν αἵρεσιν, εἰσὶν ἤτοι· Μελετιανοὶ οἱ Σχισματικοί· οὗτοι κακόδοξοι μὲν οὐκ εἰσὶν, ἀλλὰ ἀναθεματίζουσι τὸ ἴδιον σχίσμα· Νεστοριανοί· Εὐτυχιανισταὶ, καὶ ὁ τούτων κοινωνὸς Διόσκορος, Σεβῆρος, Ἰάκωβος, καὶ οἱ λοιποὶ Ἀκέφαλοι· Μαρκιανισταὶ, οἱ ἀπὸ Μαρκιανοῦ τοῦ τραπεζίτου, καὶ Μεσσαλιανοὶ, καὶ Εὐτυχῖται [b], καὶ Ἐνθουσιασταὶ, καὶ Χορευταὶ, καὶ Λαμπετιανοὶ, καὶ Ἀδελφιανοὶ, καὶ Εὐσταθιανοί,

SEXTAE SYNODI CANON XCV.

Eos qui accedunt ad rectam fidem &c.

V. CVM hisce praedictis Constitutionibus concordant Canones, octavus Nicaenus, & decimus nonus, Laodiceni septimus, & octavus, Synodi Constantinopolitanae primae septimus, ac Nicaenae secundae octavus. Et vero Leges civiles ita decernunt; si Iudaeus, ut effugiat accusationem, vel debitum, Christianam amplecti voluerit religionem, admittere illum non oportet, donec innocens visus fuerit, ac debitum solverit. Iterumque vult Lex Gentiles baptizari, & eorum liberos in tenera aetate,

ΤΗΣ ϛ'. ΣΥΝΟΔΟΥ ΚΑΝΩΝ ϞΕ'.

Τοὺς προστιθεμένους τῇ ὀρθοδοξίᾳ, &c.

ΤΑύταις ταῖς προειρημέναις διατάξεσι συμφωνοῦσιν. ὅ τε τῆς ἐν Νικαίᾳ κανὼν η'. καὶ ιθ'. καὶ ὁ τῆς ἐν Λαοδικείᾳ κανὼν ζ'. καὶ η'. καὶ ὁ τῆς Κωνσταντινουπόλεως τὸ πρῶτον κανὼν ζ'. καὶ ὁ τῆς ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον κανὼν ὄγδοος. καὶ οἱ πολιτικοὶ δὲ νόμοι διαγορεύουσιν οὕτως· ὅτι ἐὰν Ἰουδαῖος διὰ τὸ φυγεῖν ἔγκλημα ἢ χρέος, θελήσῃ χριστιανῆσαι, οὐ δεῖ αὐτὸν προσδέχεσθαι, ἕως ἂν ἀνεύθυνος φανῇ, καὶ τὸ χρέος καταβάλῃ. καὶ πάλιν θέλει τοὺς Ἕλληνας βαπτίζεσθαι, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν χωρὶς ἀνα-

ἀναβολῆς μικρὰ ὄντα· τὰ δὲ τέλεια προδιδάσκεσθαι κατὰ τὰς κανονικὰς γραφάς. καὶ πάλιν ἐπὶ διετίαν θέλει τοὺς τοιούτους Σαμαρείτας κατηχεῖσθαι· τοὺς δὲ μέλλοντας ἀπὸ αἱρέσεων ἐπιστρέφειν, δέκα ἡμέρας, ἢ δεκαπέντε νηστεύειν, καὶ σχολάζειν ταῖς εὐχαῖς πρωῒ καὶ ἑσπέρας, καὶ μανθάνειν ψαλμοὺς προτρέπονται.

Καὶ ταῦτα μὲν οὗτοι διατάσσονται. ὁρῶμεν δὲ νῦν ἐν ταῖς μεγάλαις καὶ καθολικαῖς ἐκκλησίαις, ἤγουν ἐν τοῖς πατριαρχείοις καὶ ταῖς μητροπόλεσι καὶ ταῖς λοιπαῖς, ὅτι τοὺς Ἀρμενίους καὶ Ἰακωβίτας καὶ Νεστοριανοὺς καὶ τοὺς λοιποὺς Ἀκεφάλους, καὶ τοὺς ὁμοίους αὐτοῖς, ἐπιστρέφοντας, εἰς τὴν ὀρθόδοξον, πίστιν [a]. καταξιοῦσι, καὶ οὐ βαπτίζουσι· ποιοῦσι δὲ ἀναθεματίζειν τοὺς ἐξάρχους αὐτῶν. καὶ τοῦτο ἐτυπώθη ἄρτι, δι' αἰτίας εὐλόγους ἀναγκαίας.

Τινὲς δὲ τελείως βαπτίζουσι τοὺς Ἀρμμενίους, τὴν ἀφορμὴν λαμβάνοντες οὐκ ἀπὸ τῶν μεγάλων ἐκκλησιῶν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ λόγου τοῦ μητροπολίτου Νικαίας Ἰωάννου, ὃς γράφων πρὸς Ζαχαρίαν τὸν καθολικὸν τῆς μεγάλης Ἀρμενίας, οὕτως περὶ αὐτῶν φησίν· ὅτι οὐδὲ χειροτονίας [b] ἔχουσιν ἀλλ' ἀλλότριοί εἰσι πάσης [c] χειροτονίας· δῆλον δὲ ἐντεῦθεν· ὁ γὰρ ἅγιος Γρηγόριος ἐπίσκοπος Ἀρμενίας, καὶ Λεόντιος ὁ μακαριώτατος ἀρχιεπίσκοπος Καισαρείας Καππαδοκίας, ὁ τὸν ἅγιον Γρηγόριον χειροτονήσας ἐπίσκοπον, διαθήκην ἀσφαλείας ἀναμέσον αὐτῶν ποιησάμενος, διωρίσατο τὸν τῆς Ἀρμενίας κατὰ καιρὸν ἐπίσκοπον τὴν χειροτονίαν λαμβάνειν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ ἀρχιερέως Καισαρέων, ἐξ ἧς καὶ αὐτὸς ὁ ἅγιος Γρηγόριος ἐν ἀρχῇ τὴν ἱερωσύνην ἐδέξατο· καθὼς καὶ ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ οἴκου [d] καὶ μαρτυρίῳ [e] τοῦ ἁγίου Γρηγορίου περὶ τούτων πάντων ἀκριβῶς διαγορεύει. οὗτοι δὲ εἰς μυρίας αἱρέσεις περιπεσόντες, καὶ ἐκ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀλλοτριωθέντες, καὶ ἐκ τῆς Καισαρέων ἐκκλησίας χειροτονίαν μὴ λαμβάνοντες, πῶς οὐκ εἰσὶ παντελῶς ἀνίεροι καὶ ἀχειροτόνητοι· καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν βαπτιζόμενοι, παντελῶς ἐθνικοὶ καὶ ἀβάπτιστοι;

Καὶ οἱ μὲν τοὺς Ἀρμενίους βαπτίζοντες, ἐντεῦθεν τὴν μαρτυρίαν λαμβάνουσι, καὶ ἑτέρας ὁμοίας εἰσφέρουσιν. οἱ δὲ τοῦ θείου μύρου καταξιοῦντες, ταῖς τῶν συνόδων μαρτυρίαις ἀκολουθοῦσιν. ἡμεῖς δὲ ταῦτα πάντα διασκεψάμενοι, ὀφείλομεν τῷ ἔθει κατακολουθεῖν τῷ νῦν κρατοῦντι ἐν ταῖς μητροπόλεσι καὶ τοῖς πατριαρχείοις.

tate, absque mora; liberos vero adultos, ante doceri iuxta Canonicas Scripturas. Necnon rursus iubet Samaritas huiusmodi, per biennium Catechesi institui: eos vero, qui ab Haeresibus sunt convertendi, decem, aut quindecim dies ieiunare hortantur, & vacare precibus mane, ac vesperi, Psalmosque discere.

VI. Atque haec ab iis statuuntur. Videmus porro nunc in magnis, & universalibus Ecclesiis, scilicet in Patriarchatibus & Metropolibus, ceterisque, quod Armenios, Iacobitas, Nestorianos, reliquos Acephalos, eisque similes, quando convertuntur ad orthodoxam fidem, inungunt, & non baptizant, sed efficiunt, ut ipsorum duces, auctoresque anathematizent. Atque hoc modo definitum est propter iustas, necessariasque caussas.

VII. At nonnulli omnino baptizant Armenios, occasione accepta, non a magnis Ecclesiis, sed ex libro Ioannis Metropolitae Nicaeni, qui scribens ad Zachariam magnae Armeniae Catholicum, ita de illis loquitur: *Quod neque ordinationes habeant, sed ab omni alieni sint ordinatione; id vero hinc liquet. Nam sanctus Gregorius Armeniae Episcopus, & Leontius beatissimus Archiepiscopus Caesareae Cappadociae, qui sanctum Gregorium ordinavit Episcopum, pactum securitatis inter se inierunt, ac definierunt, ut Armeniae pro tempore Episcopus ordinationem acciperet ab Ecclesia, & Pontifice Caesariensium, ex qua ipse sanctus Gregorius quoque a principio subscepisset sacerdotium; quemadmodum etiam in libro de vita, & martyrio sancti Gregorii accurate haec omnia edisseruntur. Illi vero in Haereses innumeras prolapsi, & ab Ecclesia Catholica alienati, neque ex Ecclesia Caesariensi sumentes ordinationem; nonne omnino consecrationis, & ordinationis expertes sunt: quique per ipsos baptizantur, prorsus Ethnici, & baptismo destituti?*

VIII. Equidem, qui Armenios baptizant, hinc sumunt testimonium, aliaque similia proferunt. Qui autem divino unguento donant, Synodorum sequuntur documenta. Nos vero consideratis his omnibus, debemus obsequi consuetudini, quae nunc in Metropolibus, ac Patriarchatibus viget.

[a] Deest μύρον.
[b] Ed. χειροτονίας.
[c] Ed. ἱερωσύνης.
[d] Ed. βίου.
[e] Ed. μαρτυρίου.

VIRO

V I R O C L A R I S S.

GEVERH. ELMENHORSTIO

MVS . ET . GRAT . ALVMNO

IOANNES MEVRSIVS

AMICITIAE MON.

DO DICO CONS. LIB. MER.

A. H. M. D. M. A.

HILARIONIS

MONACHI

ORATIO DIALECTICA

De pane Graecorum mystico, & Latinorum Azymo.

E. Allatio Interprete.



QVum de mystico Graecorum pane, & Latinorum Azymo differerem, Oratio mihi quaedam, sive expositio Nicetae cuiusdam, Patris inter Graecos doctissimi, ostensa est, in qua ille pleraque de Azymis in coena Domini, sed haec adversus Latinos excurrit. *Feria illa quinta non erant Azyma, cum tertia & decima luna mensuraretur: namque in decimaquinta lege praescriptum erat, Azyma fieri, groptereaque divinus Lucas; & reliqui inter Apostolos Evangelistae dicunt: Accipiens panem, & benedicens, fregit,* panem utique communem, & non Azymum; nondum enim erat. Haec Nicetas. Et alio in loco. *Si vero Christus sacrificatus est, & crucifixus quarta & decima luna, die Parasceves: Sabbato vero erat dies festus Azymorum, quando Azyma comedit, & quando ea Apostolis facere, in novo tradidit testamento;* & reliqua. Ipse vero dixero, me ista summopere admirari, a Niceta, viro equidem erudito, & docto prolata. Duo namque adversus Evangelia, Legisque verba aperte enunciat, de agni scilicet esu, & Paschali tempore, quod esset Sabbato, & non Parasceve. Quae omnia facili negotio falsa, & nihil veri in se continere demonstrare possumus. Et primum quidem dicere, Christum edentem agnum, Azyma non comedisse, contradictione involvitur. Numquam enim in lege Deus de agno Paschali, absque eo, quod Azymorum mentionem induceret, praecepit. Namque ad Moysen, & Aaron ita effatur. *Tollat unusquisque ovem per familias, & domos suas, ovem perfectam, masculam, anniculam, ex agnis, & hoedis, immolabitque eam universa multitudo, & edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis*

agre-

ΙΛΑΡΙΩΝΟΣ

ΜΟΝΑΧΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΟΣ

Περὶ ἄρτου μυστικοῦ τῶν Ἑλλήνων, καὶ ἀζύμου τῶν Λατίνων.





ΕΝ τῷ μὲν διαλέγεσθαί με περὶ τοῦ ἄρτου μυστικοῦ τῶν Ἑλλήνων, καὶ ἀζύμου τῶν Λατίνων. ἐδείχθη μοι λόγος, ἤτοι Ἐξήγησις τινὸς Νικήτου, πατρὸς ἐν τοῖς Ἕλλησι σοφωτάτου, ἐν ᾧ μὲν πολλὰ περὶ τῶν ἀζύμων ἐν τῷ δείπνῳ τοῦ Χριστοῦ, ταῦτα εἰς τοὺς Λατίνους ἀφήγηται. οὐκ ἦν ἄζυμα κατὰ τὴν πέμπτην ἐκείνην τρισκαιδεκατείας οὔσης τῆς σελήνης. κατὰ γὰρ τὴν πεντεκαιδεκάτην αὐτῆς νενομισμένον ἦν τὰ ἄζυμα γίνεσθαι. καὶ διὰ τοῦτο φησὶν ὁ θεῖος Λουκᾶς, καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Ἀποστόλων Εὐαγγελισταί. λαβὼν ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας, ἔκλασεν ἄρτον, λιτὸν καὶ οὐκ ἄζυμον. οὐ γὰρ ἔτι ἦν. ταῦτα ὁ Νικήτας. καὶ ἀλλαχοῦ. Εἰ δὲ Χριστὸς ἐτύθη, καὶ ἐσταυρώθη, τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης, κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς παρασκευῆς, τῷ δὲ σαββάτῳ ἐν ἑορτῇ ἀζύμων, πότε τὰ ἄζυμα ἔφαγε, καὶ πότε ταῦτα τοῖς Ἀποστόλοις ποιεῖν ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ παρέδωκεν; καὶ ἕτερα. ἐγὼ δ' ἂν εἴποιμι θαυμάζειν με ταῦτα τοῦ Νικήτου, ἀνδρὸς πεπαιδευμένου. δύο γὰρ λέγει σαφῶς ἐναντία τοῖς εὐαγγελίοις, καὶ τοῖς τοῦ νόμου ῥήμασι, περὶ τῆς δηλονότι τοῦ ἀμνοῦ βρώσεως, καὶ καιροῦ Πασχικοῦ, ὅτι τῷ σαββάτῳ ἦν, οὐ τῇ παρασκευῇ. ἔξεστι δὲ ῥᾳδίως ἀποφαίνειν ταῦτα ὅλα εἶναι ψευστά, καὶ οὐδὲν τ' ἀληθές. καὶ τὸ πρῶτον μὲν λέγειν, τὸν Χριστὸν ἐσθίοντα τὸν ἀμνὸν οὐ φαγεῖν τὰ ἄζυμα, ἀντιλογίαν ἔχει. οὐ γάρ ποτε ἐν τῷ νόμῳ ἐνετείλατο Θεὸς περὶ τοῦ ἀμνοῦ Πασχικοῦ χωρὶς τῶν ἀζύμων, πρὸς γὰρ τοὺς Μωσῆ καὶ Ἀαρὼν οὕτως ἔφη. λαβέτωσαν ἑαυτοῖς ἕκαστος πρόβατον κατ' οἰκίαν, πρόβατον τέλειον, ἄρσεν, ἐνιαυσιαῖον, ἀπὸ τῶν ἀμνῶν καὶ τῶν ἐρίφων, καὶ σφάξουσιν αὐτὸ πᾶν τὸ πλῆθος, καὶ φάγονται τὰ κρέα ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ ὀπτὰ πυρὶ, καὶ ἄζυμα ἐπὶ πι-

κρί-

κρίδων ἔδονται. καὶ κάτω τούτων ἐστὶ σαφέστερον. τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς τοῦ πρώτου ἀφ' ἑσπέρας ἔδεσθε ἄζυμα ἕως ἡμέρας μιᾶς καὶ εἰκάδος τοῦ μηνὸς ἕως ἑσπέρας. ἑπτὰ ἡμέρας ζύμη οὐχ εὑρεθήσεται ἐν ταῖς οἰκίαις ὑμῶν. πᾶς ὃς ἂν φάγῃ τὸ ζυμωτὸν, ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνου ἐκ συναγωγῆς υἱῶν Ἰσραήλ. ταῦτα εἰσὶ ῥητὰ νομικὰ τοῦ Θεοῦ πρὸς τοὺς νομοθέτας. εἰ δὲ ὁ Χριστὸς τὸν ἀμνὸν ἔφαγε μετὰ τὸν νόμον, πῶς ἂν λέγεται οὐ φαγεῖν τὰ ἄζυμα; καὶ ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ Ματθαῖος ὁ εὐαγγελιστής. τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων προσῆλθον οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ, λέγοντες αὐτῷ, ποῦ θέλεις ἑτοιμάσομέν σοι φαγεῖν τὸ Πάσχα; καὶ Μάρκος. τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων, ὅτε τὸ Πάσχα ἔθυον, λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ποῦ θέλεις ἑτοιμάσομεν, ἵνα φάγῃς τὸ Πάσχα; καὶ ὁ Λουκᾶς. Ἦν δὲ ἡμέρα τῶν ἀζύμων, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ Πάσχα, καὶ ἀπέστειλε Πέτρον καὶ Ἰωάννην, εἰπὼν, πορευθέντες ἑτοιμάσατε ἡμῖν τὸ Πάσχα, ἵνα φάγωμεν. καὶ ταῦτα Θεοφύλακτος, Ἀρχιεπίσκοπος Βουλγαρίας, ἐκθέτης Ἑλλην, ἐξηγούμενος φησίν. ὀνομάζει ὁ εὐαγγελιστὴς πρώτην τῶν ἀζύμων. ὡς πρὸ τῆς παρασκευῆς οὖσαν, καθ' ἣν τῇ ἑσπέρᾳ ἤσθιον τὰ ἄζυμα. ἴδετε οὖν, Ἕλληνες ἀγαπητοὶ, σαφέστατα ἔκ τε τοῦ νόμου παλαιοῦ, καὶ καινῆς διαθήκης, πῶς ὁ Χριστὸς, φαγὼν τὸν ἀμνὸν, ἔφαγε καὶ τὰ ἄζυμα. ἔξεστι δὲ προστιθέναι καὶ ἔθος τῶν Ἰουδαίων, ἐσθιόντων ἀεὶ τὰ ἄζυμα τῇ ἑσπέρᾳ τετάρτης καὶ δεκάτης σελήνης. Εἰ δὲ ἐλέγχετε τοὺς Λατίνους ἀπὸ τῆς τοῦ ἄρτου ὀνομασίας, ὅτι δηλονότι λαβὼν ὁ Χριστὸς ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας, ἔκλασε, λέγω πᾶν ἄζυμον καὶ ἄρτον εἶναι. καὶ ὅτε τίς ἄρτον λέγει, ἀμφότερον δηλοῖ, καὶ ἄζυμον καὶ ἔνζυμον. καὶ πῶς τινὲς μωρῶς καὶ ἀλόγως λέγουσι, τὸ ἄζυμον οὐκ εἶναι ἄρτον, συλλογιζόμενοι ἀπὸ τινος καινῆς ἐτυμολογίας τοῦ ἄρτου. ὅτι ἄρτος λέγεται, ἄρσιν ἔχων τῆς ζύμης. ἄζυμον δὲ, τὴν δὲ τὴν ἄρσιν, οὐκ ἔχον, ἄρτον μὴ δύνασθαι λέγεσθαι. κενά ἐστι ταῦτα τὰ ἐτυμολογικά. ἡμεῖς δὲ λέγομεν λογικῶς, καὶ φιλοσόφως αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν, δηλονότι ἄρτον γένος εἶναι, καὶ διαιρεῖσθαι εἰς τὰ εἴδη ἄζυμον, καὶ ἔνζυμον, ὥσπερ τὸ ζῶον διαιρεῖται εἰς τὸν ἄνθρωπον καὶ τὸν ἵππον, καὶ συνωνύμως τὸ γένος κατηγορεῖσθαι περὶ τῶν ἑαυτοῦ εἰδῶν. καὶ ὥσπερ ἄνθρωπος καὶ ἵππος τὸ ὄνομα καὶ ὁρισμὸν τοῦ ζώου δέχεται, ὄνομα μὲν, ὅτι ἑκάτερα ζῶα. ὁρισμὸν δὲ, ὅτι ἀμφότερα οὐσία ἔμψυχος, καὶ αἰσθητική. ὁμοίως καὶ τὸ ἄζυμον καὶ ἔνζυμον τοῦ ἄρτου. κοινονοῦσι γὰρ τῷ ὀνόματι, καθὸ ἄρτος ἑκάτερον, καὶ τῷ ὁρισμῷ, καθὸ οὐσία τοῦ σίτου καὶ ἄρτου ἀμφότερον λέγεται. ἔτι τίς ὀρθῶς καλέσει τὴν ζύμην τελείωσιν τοῦ ἄρτου, διαφθείρουσαν δηλονότι αὐτὸν τὸν ἄρτον. ὁ Παῦλος γὰρ λέγει. οὐκ οἴδατε, ἀδελφοὶ, ὅτι μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα φθείρει. ἀπὸ δὲ τῆς Μωσαϊκῆς νομοθεσίας, ὅπου γέγραπται, ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ πρώτου μηνὸς ἀνὰ μέσον τῶν ἑσπερινῶν Πάσχα τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς, τοῦτο ἑορτὴ τῶν ἀζύμων τῷ Κυρίῳ. λέγω κατὰ τοὺς φιλοσοφοῦντας, ἀεὶ ἀπὸ τῶν ἀξιωτέρων γίνεσθαι τὴν ἐπίκλησιν. ἀξιώτερον δὲ εἶναι ὑποδήλως τὴν ἀρχὴν τῆς ἡμέρας, μᾶλλον ἢ τῆς ἑσπέρας. καὶ διὰ τοῦτο ἡμέραν τὴν ἑξῆς, ὥσπερ ἀξιωτέραν, ἑορτὴν τῶν ἀζύμων ἐπικαλουμένην. οὐκ ἔστι δὲ λογικὴ, οὐδὲ ἀναγκαία ἀκολουθία αὕτη. σήμερόν ἐστιν ἑορτὴ τῶν ἀζύμων. οὐδεὶς τοίνυν ἐχθὲς ἔφαγε τὰ ἄζυ-

agrestibus. Et infra his multo dilucidius. *Quartadecima die mensis primi ad vesperam comedetis azyma usque ad diem vigesimam primam mensis ad vesperam. Septem diebus fermentum non invenietur in domibus vestris. Qui comederit fermentatum, peribit anima eius de coetu filiorum Israel*. Haec sunt verba Legis divinae ad legum latores. Si itaque Christus agnum ex praescripto legis comedit, quomodo dicetur azyma non comedisse? Et in novo testamento Matthaeus Evangelista: *Prima autem die Azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes illi; Vbi vis paremus tibi comedere Pascha?* Et Marcus: *Primo die Azymorum, quando Pascha immolabant, dicunt ei discipuli illius, quo vis eamus, & paremus tibi, ut manduces Pascha?* Et Lucas: *Erat autem dies Azymorum, qua immolandum erat Pascha, & misit Petrum, & Ioannem, dicens: euntes parate nobis Pascha, ut manducemus*. Quae Theophylactus Archiepiscopus Bulgariae Graecus interpres hunc in modum exponit: *Nominat Evangelista primum Azymorum, tamquam eum, qui Parasceven praecederet, & qua ad vesperam edebant Azyma*. Videte ergo, Graeci dilectissimi, apertissime colligi tum ex veteri lege, tum ex novo testamento, Christum, quum ederet agnum, comedisse quoque azyma. His addere possumus, & Iudaeorum consuetudinem, qui ad vesperam quartae & decimae lunae azyma comedebant. Quodsi Latinos ex panis adpellatione redarguitis, *Christus* scilicet *panem accipiens, & benedicens, fregit*, dico omne fermentatum panem esse. Et quum quispiam panem pronunciat, utrumque notari, & azymum, & fermentatum. Et quanam ratione quidam stolide atque insipienter adseverant, azymum non esse panem, ex novo quodam panis etymo argumenta sumentes? ἄρτον *panem* nempe dici, quod in se contineat ἄρσιν *elationem* fermenti, azymum vero, quod hanc elationem non habet, panem dici non posse. Nugacia sunt haec etyma. Nos vero non absque ratione, & ut philosophos addecet rem puram enunciamus. Panem genus esse, & in species suas azymum, & fermentatum, quemadmodum animal in hominem & equum, subdividi, & aequivoce genus de suis speciebus praedicari. Et veluti homo & equus nomen, & definitionem animalis admittunt, nomen, quod utraque animalia, definitionem, quod utraque sunt essentia animata, & sensilis; non alia ratione azymum, & fermentatum panis. Namque idem nomen participant, quod utrumque panis est, & definitionem, quod essentia frumenti panisque utrumque dicitur esse. Ad haec; quis recte fermentum panis perfectionem nuncupabit, quod eumdem panem corrumpit? Namque Paulus inquit: *Nonne scitis fratres, modicum fermentum totam massam corrumpere*. Ex Mosaica porro lege, in qua praescriptum est: *Decimo & quarto die primi mensis ad vesperam Pascha Domino, & decimo quinto die mensis, hic erit dies festus Azymorum Domino*. Loquor ex more eorum, qui Philosophiae operam navant, semper nuncupationem a dignioribus desumi: digniusque esse manifesto principium dici, quam vesperae, propetereaque subsequentem diem tamquam digniorem diem festum azymorum nuncupatum. Non

Non est logica sive necessaria haec sequela; hodie est dies festus Azymorum, nemo ergo die praecedenti comedit Azyma; quod & externo vesperi id licebat. Ex dictis plane deprehendimus, Christum Azymorum mysterium Apostolis, & Apostolos nobis tradidisse: quum nos Paullus adhortatur, ut antiquorum fermentum eiiciamus, & Christi Azyma epulemur: *Expurgate fratres, vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicuti estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque solemnitatem celebremus, non in fermento veteri, neque in fermento malitiae & nequitiae, sed in azymis sinceritatis & veritatis.* Vnde nam ergo nata sunt eorum somnia, qui adseruerunt, in sexta Synodo sub Constantino Imperatore, Agathonem Papam, & Agrigentinum Episcopum Gregorium, adversus Azyma legem tulisse, ne in posterum fierent a quoquam fidelium? Ex quo enim Latini Azymorum sacrificium coepere, numquam ab eo destiterunt. Imo Patres in sexta Synodo comperi, postquam Monothelitarum haeresim reprobassent; octava Paschatis apud Vrbem Constantinopolitanam, in templo sanctae Sophiae Deo gratias reddentes, ex praescripto Latinorum solemnitatem peregisse, Graecis omnibus modum sacrificii Latini collaudantibus. Quapropter e medio vestri absurda haec, nova, & numquam audita eiicite. Namque in postrema Florentina Synodo hoc idem determinatum est, Patribus statuentibus, in pane & azymis Christum adorari, praescribentibusque utrique Ecclesiae tum Occidentali, tum Orientali propriam consuetudinem conservare. Sed iam ad secundam Quaestiunculam de tempore & die Paschatis accedamus. Vester hic Niceta refert: *Sabbatum Pascha factum, idque apertum esse ex iis, quae de Christo acta sunt. Scribit etenim Ioannes, Parasceve non introierunt Iudaei in Praetorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha. Sabbato nempe. Praeterea Parasceve Iosephus & Nicodemus emerunt mixturas & aromata in sepulturam Domini, quod die Sabbati fieri prohibebatur. Rogabant quoque Iudaei Pilatum, ne crucifixorum corpora manerent in crucibus: erat enim magnus ille dies Sabbati, ut Ioannes tradit. Sententia etiam apud nos de morte numquam die Sabbati dicitur.* Haec plano evincunt Pascha die Sabbati factum fuisse. Quod si die Sabbati Pascha erat, quanam ratione discipulis Bethaniae feria quarta dixit: *Scitis quia post biduum fiet Pascha, & filius hominis tradetur ad crucifigendum.* Parasceve dumtaxat. Et feria quinta ante Parascevem, quam omnes Evangelistae primum diem Azymorum adpellant, vespere cum discipulis agnum comedit. Sacrificium vero agni ex lege quarta & decima luna, & quinta & decima Pascha erat, & dies festus Azymorum. Et quid opus est dicere, Christum unum anticipasse propter crucifixionem die Parasceves futuram; quum sanctus Lucas adversetur, ita de feria quinta scribens: *Erat dies Azymorum, quo Pascha debebat immolari?* Dicens enim *oportebat*, necessitatem legis, & non liberum Christi arbitrium manifestat. Concludamus igitur ex opinione, & sententia Doctorum Theologorum Latinorum, Christum ipso die Paschatis cruci adfixum, Parasceve scilicet, quum pati deli-

ἄζυμα, διότι κατὰ χθεσινὴν ἑσπέραν ἐξῆν τοῦτο. ἐκ τῶν προειρημένων ἔχομεν, πῶς ὁ Χριστὸς τὸ μυστήριον τῶν ἀζύμων ἔδωκε τοῖς Ἀποστόλοις. οἱ δὲ Ἀπόστολοι ἡμῖν παρέδωκαν. ὅτε ἡμᾶς παρακαλεῖ ὁ Παῦλος εἰς ἀποβολὴν τῆς τῶν παλαιῶν ζύμης, καὶ εὐωχίαν τῶν Χριστικῶν ἀζύμων, λέγων. ἐκκαθάρατε, ἀδελφοὶ, τὴν παλαιὰν ζύμην. ἵνα ἦτε νέον φύραμα, καθώς ἐστε ἄζυμοι. καὶ γὰρ τὸ Πάσχα ἡμῶν ἐτύθη Χριστός. ὥστε ἑορτάζωμεν μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ, μηδὲ ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας, ἀλλ᾽ ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας, καὶ ἀληθείας. πόθεν δὲ ἐκεῖνα τὰ ἐνύπνια τῶν εἰπόντων, κατὰ τὴν ἕκτην Σύνοδον ἐπὶ Κωνσταντίνου Βασιλέως Ἀγάθωνα τὸν Πάπαν, καὶ Γρηγόριον τὸν Ἀκραγαντίνων ἐπίσκοπον, κατὰ τῶν ἀζύμων νομοθετοῦντας, ταῦτα ὕστερον μὴ γίνεσθαι παρά τινος τῶν πιστῶν. ἀφ᾽ οὗ γὰρ καιροῦ ἤρξαντο οἱ Λατῖνοι τὴν τῶν ἀζύμων θυσίαν, ταύτης πώποτε οὐκ ἀφέστησαν. καὶ μᾶλλον περὶ τῆς ἕκτης Συνόδου ἀνέγνων τοὺς πατέρας, μετὰ τὸ ἀποδοκιμάσαι τὴν τῶν Μονοθελητῶν αἵρεσιν, τῇ ὀγδοάδι τοῦ Πάσχα ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει, ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας Σοφίας, τῷ Θεῷ χάριτας χαριζομένους ἑορτάσαι Λατινικῶς, ἐπαινούντων ὅλων τῶν Ἑλλήνων τρόπον τῆς θυσίας Λατινικῆς. Διότι ἄρατε ἐκ μέσων ταῦτα τὰ ἄδοξα, καὶ παράδοξα. Καὶ γὰρ ὅτι ἐν τῇ τελευταίᾳ τῆς Φλωρεντίας Συνόδῳ ὡρισμένον ἐστὶ τοῦτο, κρινάντων τῶν Πατέρων ἐν τῷ ἄρτῳ καὶ τοῖς ἀζύμοις Χριστὸν προσκυνεῖσθαι, καὶ ἀμφοτέραν τὴν ἐκκλησίαν δυτικὴν καὶ ἀνατολικὴν τὴν ἑαυτῆς συνήθειαν μέλλειν φυλάξαι. ἐρχώμεθα δὲ ἤδη πρὸς τὸ δεύτερον ζητημάτιον, περὶ καιροῦ καὶ ἡμέρας πασχικῆς. οὗτος ὁ Νικήτης ὑμέτερός φησι. τὸ σάββατον Πάσχα γενέσθαι, καὶ οὕτως φαίνεται ἐκ τῶν περὶ τὸν Χριστὸν γινομένων. γράφει γὰρ ὁ Ἰωάννης, ἐν τῇ παρασκευῇ οὐκ εἰσῆλθον οἱ Ἰουδαῖοι εἰς τὸ Πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσι, ἀλλ᾽ ἵνα φάγωσι τὸ Πάσχα, δηλονότι τῷ Σαββάτῳ. ἔτι τῇ παρασκευῇ Ἰωσὴφ καὶ Νικόδημος ἠγόρασαν τὰ μίγματα καὶ ἀρώματα, εἰς τὸν τάφον τοῦ Χριστοῦ. τοῦτο δὲ οὐκ ἔξεστι τῷ σαββάτῳ. ἠρώτων δὲ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι τὸν Πιλάτον, τὰ σώματα τῶν σταυρωμένων μὴ ἐμμένειν ἐπὶ σταυρῶν, διὰ τὸ σάββατον. ἦν γὰρ μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνη τοῦ σαββάτου, ὡς λέγει Ἰωάννης. κρίσις ἔτι τοῦ θανάτου οὐδέποτε γίνεται οὐδὲ καθ᾽ ἡμᾶς ἐν τῷ σαββάτῳ. ταῦτα δηλοῦσι σαφῶς τὸ Πάσχα γενέσθαι ἐν τῷ σαββάτῳ. εἰ δὲ ἦν τὸ Πάσχα τῷ σαββάτῳ. πῶς ὁ Χριστὸς πρὸς τοὺς μαθητὰς εἶπε τῇ τετράδι ἐν Βηθανίᾳ ὢν, οἴδατε ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ Πάσχα γίνεται, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται, εἰς τὸ σταυρωθῆναι δηλονότι τῇ παρασκευῇ. καὶ τῇ πέμπτῃ, πρὸ τῆς παρασκευῆς, ἣν πάντες Εὐαγγελισταὶ ὀνομάζουσι πρώτην ἡμέραν τῶν ἀζύμων, ἐν τῇ ἑσπέρᾳ, τὸν ἀμνὸν ἔφαγε μετὰ τῶν μαθητῶν. θυσία δὲ ἀμνοῦ ἦν κατὰ νόμον τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ σελήνῃ, καὶ τῇ πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ τὸ Πάσχα, καὶ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων. καὶ εἰς τί λέγῃ, ὅτι ὁ Χριστὸς προέφθασε μίαν ἡμέραν, διὰ τὴν σταύρωσιν, μέλλουσαν τῇ παρασκευῇ; ἀντιλέγει ὁ θεῖος Λουκᾶς, γράφων οὕτως περὶ τῆς πέμπτης. ἦν δὲ ἡμέρα τῶν ἀζύμων, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ Πάσχα. λέγων γὰρ, ἔδει, δηλοῖ ἀνάγκην τοῦ νόμου, καὶ οὐκ ἐλευθερίαν θελήματος τοῦ Χριστοῦ, Συμπεραίνωμεν οὖν ἐκ τῆς δόξης καὶ γνώμης τῶν παιδευτῶν θεολόγων Λατίνων, τὸν Χριστὸν σταυρωθῆναι τῇ ἰδίᾳ ἡμέρᾳ τοῦ

τοῦ Πάσχα, δηλονότι τῇ παρασκευῇ ἠρημένον παθεῖν, καὶ θύεσθαι ἑαυτὸν ἀμνὸν τὸν ἀληθινὸν ἐν τῷ καιρῷ ἀμνοῦ τοῦ τυπικοῦ, καὶ κατὰ τοὺς ἀστρονόμους αὐτῇ τῇ παρασκευῇ γίνεσθαι σελήνην πέμπτην καὶ δεκάτην ἀπὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας. μεταφορὰν δὲ τοῦ Πάσχα εἰς τὸ σάββατον ἀπὸ τῆς πάλαι τῶν Ἰουδαίων συνηθείας γεγενημένην, οἱ σκοποῦντες δυσχέρειαν ταῖν δυοῖν ἑορταῖν, ἐφ᾽ ᾧ καιρῷ οὐκ ἔνι ἑτοιμάσαι τὰ βρώματα, ἑορτὰς δύο εἰς μίαν τοῦ σαββάτου συνέθηκαν, καὶ διὰ τοῦτο γράψαι τὸν Ἰωάννην, ἦν γὰρ μεγάλη ἐκείνη ἡ ἡμέρα τοῦ σαββάτου, ὡς ἂν ἐρεῖν αὐτὸν διπλῆν ἑορτήν. καὶ τοῦτο μὲν ἐστιν ἐκ τῶν Ἰουδαίων μαθεῖν, οὐχ᾽ ἑορταζόντων ποτὲ τὸ Πάσχα ἐν τῇ παρασκευῇ. καὶ ἅλις περὶ ἀζύμων, καὶ θυσίας Πασχικῆς. ταῦτα δὲ ἔγραψα ὑμῖν, Ἕλληνες φίλτατοι, οὐ διαβάλλων ἄρτον τὸν ὑμέτερον, τοῦτον γὰρ προσκυνῶ, ὥσπερ καὶ τὰ ἡμῶν ἄζυμα, ἀλλὰ λέγων· ἡμᾶς οὐκ εὖ ποιεῖν, οὐδὲ Χριστιανῶς, ὑβρίζοντας, καὶ ἀτιμάζοντας, τὰ τῶν Λατίνων ἄζυμα. ἐν ἀμφοτέροις γὰρ, ὡς εἴρηται, Χριστὸς ἀληθινὸς περιέχεται. Νενουθετημένοι οὖν ἀγαπητῶς ἑξῆς παύσασθε αὐθαδείας, καὶ κακολογίας.

deliberasset, & semetipsum verum agnum tempore agni typici sacrificare, & secundum Astronomos eadem Parasceve ex verno equinoctio quintam & decimam lunam fuisse. Translationem vero Paschatis in Sabbatum ex vetusta Iudaeorum consuetudine factam, qui inter has duas solemnitates difficultatem deprehendunt quo tempore cibi praeparari non poterant, duos dies festos in unum Sabbatum contraxere; ideoque Ioannem scripsisse: *Erat enim magnus ille dies Sabbati*, quasi duplicem diem festum innueret. Et hoc item ex ipsis Iudaeis addiscere possumus, qui numquam celebrant Pascha die Parasceves. Et de Azymis, & sacrificio Paschalis, ista satis sint. Et haec scripsi vobis, Graeci amicissimi, non panem vestrum, quem adorans aeque atque nostra azyma revereor, incusans, sed exponens, neque probe, neque ut Christianum addecet, vos gerere, dum Latinorum azyma dicto factoque laeditis, iniuriaque adficitis. In utrisque siquidem, ut dictum est, verus Christus continetur. Amice itaque admoniti abstinete vos in posterum a temeritate, & maledicentia.

FINIS.

THEOPHYLACTI
ARCHIEPISCOPI
BVLGARIAE
EPISTOLAE.

VIRO NOB. ET AMPL.

GEORGIO MICHAELI
LINGELSHEMIO

SERENISSIMI PRINCIPIS, ELECTORIS PALATINI CONSILIARIO INTERIORI.

IOANNES MEVRSIVS S. D.



Votiescumque apud animum meum reputo, quod saepissime sane facio, Vir Nob. & Ampl. humanitatem illam tuam tam eximiam, cum Virtute, Prudentia, ac Doctrina non minore coniunctam, toties fere tacite mecum erubesco. Quippe adeo me ingratum cogitare tunc incipio, qui non uno beneficio abs te obstrictus nihil dum rependerim tibi. Nam ut taceam, quaenam mihi benevolentiae signa dederis, quum ante annos quatuordecim a Serenissimo Principe tuo, FRIDERICO IV. *ad Illustrissimum* MAVRITIVM NASSOVIVM *legatus venisses; illud certe nullis exprimere verbis possum, quanto adfectu me sis complexus ante annos hosce decem, quum Heidelbergae vestrae agerem, praefectus studiis filiorum viri nostra aetate maximi, neque ullo veterum minoris,* IOANNIS OLDENBARNEVELDII, *Reip. huius Nestoris, cuius nomen boni, & Patriae amantes, cives summo semper cum honore commemorabunt. Nempe, simul advenissem, a tuo illo, quem dixi, Principe statim mihi impetrasti, ut ad Bibliothecam eius locupletissimam aditus mihi concederetur; neque hoc tantum, sed & ut librorum omnium, quotquot illic adservantur, editorum ineditorumve, usus pro arbitrio esset; & describere etiam liceret, si quos vellem. Ac descripsi sane non paucos, quorum partem publici iam iuris feci; & facturus sum item alios, volente Deo. Itaque pro hoc beneficio, quod ego longe maximum duco, quum, quod debeo, solvere non possim; ut saltem nomen profiteri me ingenue voluisse Posteritas sciat, neque omnino ingratus vivam, accipe nunc* THEOPHYLACTI *has Epistolas, mea opera in lucem editas; easque patere animi grati obsides esse, tantisper dum plus solvere liceat. Vale Vir Nob. & Ampl. ac benevolentiam istam tuam prolixissimam porro mihi conservare ne graveris. Lugduni Batavorum* III. *Kal. Maias.* CIↄ. Iↄ. XVII.

LECTOR BENIGNE.

DEdi pridem Tres-viros illos in Canticum Canticorum. Nunc Theophylacti has Epistolas accipe, quas sum nactus beneficio Andreae Schotti, quo viro ad Remp. litterariam nostram adiuvandam nemo hodie pronior vivit. Illi igitur gratiam habe, quam meretur, ac me ama. Vale, &

AETERNITATEM COGITA.

Syllabus eorum, ad quos hae Epistolae scriptae.

THEOPHYLACTI ARCHIEPISCOPI BULGARIAE

Epistolae.

A Vincentio Marinerio, Valentino, de Graecis Latinae nunc primum factae.

EPISTOLA I.



EGO quidem singulares illi gratias ago, qui me deformis ignominia calumniae dilaceravit, Pansebaste mi opitulator, Quoniam ille, ut optatas tuae amplitudinis litteras susciperem, auctor mihi quidem fuit certissimus. Et hoc est, quod illa paroemia fertur, irae scilicet, & bilis suum esse aliquando emolumentum. Quare ut litteras manibus sumsi meis, illud Danielis, in hac ego lata periculorum fossa constitutus, & his quidem saturis, & rabidis leonibus laetus protuli; iam mei quidem Deus meminit. Quocirca divinum me donum esse adeptum existimavi. Et non hoc pacto solum praeclaras laetitiae indui exsuvias, quia mecum tu colloqueris, sed quia, ut ad te respondere possim plenam mihi facultatem obtulisti, osque aperuisti meum, quod antea, quodam veluti vinculo obstrictum immurmurans libere loqui non poterat. Sed enim ego impedimento sum, qui publica quasi manibus contrectant, & administrant. Ego etiam cum populo communi me esse iure facile patior, qui etiam ita istum exhorrui Briareum, ut quidam quum astra aliquid portendunt, & indicant terrificum.

Omnes nam pariter studio praedantur eodem.

Et quod alicubi ipsi Deo, Abraham penitus interdixit, iustum, cum nefario, & impio simul evertit, & corrumpit, fortasse quia quae peragunt, nullo sapientiae, & iudicii spiritu exsequuntur, & illustrant. Si autem etiam aliis adversantem me obiecerim, non ita ego insano Margiten imitabor studio, ut aequalibus omnino obsistam.

Hom. Iliad. vers. 130.

Non etenim sapiens nimium, fortisque Lycurgus
Diu stetit.

Et quae deinceps in ipso carmine sequuntur, Qui enim iuniores sunt, secum cohaereant, & ad robur innectantur. Equidem videtur & hoc ita mihi evenisse, quasi furente dira hiemis procella, crebroque imbre, cuius instar, calumniarum mihi praecipites fluvii dilabuntur. Est enim nobiscum Dominus. Et nos effracta, & ingens aquarum pluvies obruere, & immergere nequaquam poterit; sed noster spiritus innoxius quidem, saevum torrentis gurgitem praetergredietur, & praecipue his aquarum fluctibus abluemur, pureque lavabimur, & inde mundi adparemus, & candidi, unde nos coinquinari speravimus. Inter alia frater meus, ut necesse est, meam solertiam hanc, & subdolam versutiam, quam in paludis iura impendo, adnuntiabit; & quomodo ego magnus quidam hoc pacto sim, & robore potens, & verbo potentiae cuncta perferens, qui omnibus praesertim despicatui sum, & omnium calumniis, & iniuriae obnoxius, qui etiam quasi obturatis auribus

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ.

Ἐπιστολαί.



ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ι.



Ἐγὼ δὲ καὶ χάριν ὁμολογῶ τῷ διαβάλλοντί με, πανσέβαστέ μου ἀντιλήπτορ, ὅτι μοι τοῦ δέξασθαι τῆς σῆς μεγαλειότητος γράμμα γέγονε πρόξενος. καὶ τοῦτο ἦν ἄρα τὸ τῆς παροιμίας ἐκεῖνο, ὡς ἔτι τι καὶ χολῆς ὄφελος. ὡς ἔγωγε τὸ γράμμα ἐπὶ χεῖρας λαβὼν τὸ τοῦ Δανιὴλ εἶπον ἐν τῷ λάκκῳ τούτῳ. καὶ τοῖς οὐ νηστεύουσι λέουσιν ἐμνήσθη μου γὰρ ὁ Θεός. οὕτως θείου δώρου τυχεῖν ἐνόμισα, οὐ ταύτῃ δὲ μόνον εὐφροσύνης ἐνεδύθην ἱμάτιον, ὅτι μοι προσελάλησας, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀντιπροσλαλῆσαι ἐξουσίαν ἔδωκας, καί μοι τὸ στόμα ἀνέῳξας, οἷόν τινι δεσμῷ πρὶν τὸ ἀπαρρησιάστῳ καὶ κλειόμενον καὶ φθεγγόμενον 1. ἀλλὰ γὰρ ἐγὼ τοῖς τὰ τοῦ δημοσίου χειρίζουσιν ἐμποδών. ἐγώ τι κοινὸν ἔχειν πρὸς τὸν δῆμον δέχομαι, ὅς γε οὕτως αὐτὸν πέφρικα τὸν Βριάρεον, ὥστε καὶ ἄστρα σημαίνεσθαι,

Μάρπτει γὰρ ἑξείης ὅς τ' αἴτιος, ὅστε καὶ οὐχί.

Καὶ ὅπερ ἀπαγορεύει τῷ Θεῷ Ἀβραὰμ ἐνιαχοῦ, τῷ ἀσεβεῖ τὸν δίκαιον συναπόλλυσιν, ἐπειδὰν τύχῃ τῶν πραττόντων μὴ φωτιζομένων τῷ τῆς διακρίσεως πνεύματι. εἰ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἦν ἐμποδὼν, οὐχ οὕτω Μαργίτης εἰμὶ, ὥστε τοῖς ἴσοις ἀντιφέρεσθαι. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος υἱὸς καρτερῶς Λυτοῦργος 2 δὴν ἦν. καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ ἔπους. οἱ νεώτεροι συνειρέτωσαν, ἀλλ' ἔοικε καὶ τοῦτο τοῦ παρελθόντος εἶναι χειμῶνος, καθ' ὃν οἱ τῆς διαβολῆς μοι ἐπερρύησαν ῥύακες. ἔστι μέντοι κύριος ἐν ἡμῖν. καὶ οὐ καταποντίσει ἡμᾶς τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον, ἀλλ' ἀβλαβὴς ἡ ψυχὴ ἡμῶν τὸν χείμαρρον διελεύσεται, καὶ νιψόμεθα μᾶλλον τῷ ὕδατι τούτῳ καὶ πλυνθησόμεθα, καθαροὶ φανέντες, ἐξ ὧν ῥυπανθῆναι ἠλπίσθημεν. τάτε γὰρ ἄλλα καὶ ὁ συναδελφός μου ὁ δεῖνα ἀπαγγελεῖ τὴν ἐμὴν περὶ τὰ τῆς λίμνης δίκαια κακεντρέχειαν, καὶ ὅπως ἐγὼ μέγας τις ἐνταῦθα καὶ πολὺς τὴν ἰσχὺν, καὶ φέρων τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως. ὃς πᾶσιν εἰς ὕβριν καὶ περιφρόνησιν ἔκκειμαι, καὶ ἐκωφώθην, καὶ ἐταπεινώθην,

καὶ ἐσί-

1 καὶ φθεγγόμενον) Malim, καὶ σφιγγόμενον.
2 Λυτοῦργος) Scribe, Λυκοῦργος. In oculis habuit locum illum Homeri Iliad. ζ.

Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος υἱὸς κρατερὸς Λυκόοργος
Δὴν ἦν, ὅς ῥα θεοῖσιν ἐπουρανίοισιν ἔριζεν.

καὶ ἐσίγησα, ἔξω παντὸς ἀγαθοῦ παρακαῶντος γινόμενος 1. καὶ τὸν νῶτον μου ἔδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα. στόμα μὲν οὖν διαβάλλειν πεφυκὸς οὐδεὶς ἂν ἀποκλεῖσαι δύναιτο. τοῦ δέ σου ὕψους ἂν εἴη τοὺς τῶν κολοιῶν κρωγμοὺς, ἢ τῶν ψαρῶν τοὺς ψιθυρισμοὺς ὑπερκείμενον μὴ δέχεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἔχειν Θεοῦ, τὸ πάντα ἐν κρίσει διηρευνημένα λέγειν τε καὶ ποιεῖν, ὅς γε πάντα εἰδὼς πρὶν γενέσεως, καταβὰς, φησιν, ὄψομαι. αὐτός σε τηροίη ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν κατὰ τὸ δυνατὸν ὁμοιώσει, πάσης κακύνσεως ἀνώτερον καὶ κακώσεως.

torpeo, & penitus humili abiectus sum sede, & quasi obstrictis labris omnino conticesco, factusque sum, quasi qui negligenter audit, & oscitanter obsequitur, omnis boni infeliciter expers. Dorsum vero meum urgentibus flagris obieci, Is. 50. 6. genas meas crebris ictibus obtuli. Et os ad obtrectandum, & calumniandum natum in me claudere ausus est nemo. Tuae etenim erit altitudinis, sublimisque animi, illum, qui his confusis cornicum stridoribus, & variis Pharorum susurris praeest, non suscipere, non audire, imo etiam in hoc, te, Deum imitari, omnia scilicet ut probo, & exacto iudicio & dicas & facias. Qui omnia, antequam fiant cognoscit, & in haec se demittens, *cuncta*, inquit, *excutiam*, *cuncta prospiciam*. Ipse ergo te, sibi, quantum fieri potest, similem, omni turpitudinis crimine seiunctum, omnique infortunii casu semotum conservet, atque tuetur.

Τῷ μαΐστορι, κυρίῳ Ἰωάννῃ.

ΕΠΙΣΤ. β'.

ΟΥ'τ' ἐμοὶ σχολὴ μακρὰ καὶ ἡμᾶς τῶν ἐν οἷς ἦμεν ὅτι συνῆν ἡμῖν, ἴσως ἂν εἶχε λύπην τὸ πρᾶγμα ὡς ἐξὸν γίνεσθαι, μὴ γινόμενον. ἐπεὶ δὲ ἀμφότερον μὴ ἐνδέχεται, ἀνόητον ὄντως, τὸ ζητεῖν τὰ ἀδύνατα. ἀλλὰ θελήσομεν θάτερον. λέγω δὴ τὸ ἐκείνου κοπτομένου ἀπολαύειν αὐτὸν ἀνέσεως. ἀλλ' εἰ τοῦτο ψευδόμενόν ἐστι τὴν πρὸς ἐκεῖνον ἀγάπην. καὶ φιλαύτων μᾶλλον, ἢ φιλαδέλφων, καὶ τοσοῦτον ἐχόντων τῆς ἐντολῆς, ἢ τὸν πλησίον ὑπὲρ ἑαυτὸν ἀγαπᾷν διατάττεται. ὥστε μηδὲ τὸ τῆς νομικῆς ἀγάπης μέτρον πληροῦν, ἐν τῇ πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς ἰσότητι τοῖς πλησίον ἐπιμετρούμενον. καὶ ταῦτα τοῦ τυνθανομένου ὑπὲρ ἑαυτὸν ἡμᾶς ἀγαπήσαντος. καὶ τοῦτο δεικνύντος, οἷς αὐτὸς ἠνείχετο δαπανώμενος, ἵν' ἡμεῖς ἐν ῥαστώνῃ τὸν βίον διάγοιμεν. ἔπειτα πῶς οὐκ ἄτοπον περιέχεσθαι μὲν ἐκείνου ὅτι πρὸς ἡμᾶς εἶχε πίστιν, δι' ἣν καὶ πρὸς πᾶν δεινὸν παρεβάλλετο, ἡμᾶς δὲ μὴ τῷ κοινῷ δεσπότῃ πιστεύειν, καὶ καταθαῤῥεῖν τοῦ πρὸς τὴν λειπομένην ζωὴν ἡμῖν δρόμου, ὡς κουφοτέρου σὺν Θεῷ ἐσομένου. καὶ οὐδὲν τραχὺ ἢ πρόσαντες ἔξοντος. ὁ αὐτός ἐστιν ἡμῶν κηδεμὼν, ὁ καὶ τότε δι' ἐκείνου κηδόμενος. ὁ αὐτός ἐστι, καὶ οὐκ ἠλλοίωται. αὐτὸς ποιμανεῖ ἡμᾶς, καὶ οὐδὲν ἡμᾶς ὑστερήσει. μὴ, Μωσέως ἀναπαυσαμένου Ἰσραὴλ ἀνεπιτρόπευτος ἔμεινεν, οὐχ ἵνα ἔσχον ὁδηγόντε καὶ στρατηγὸν τὸν τύπον τοῦ μείζονος, καὶ τῶν μειζόνων διάκονον, καὶ τῆς εἰς τὴν ἐπιθυμητὴν γῆν ἐπαγγελίας ἐκπληρωτὴν, ἧς Μωσῆς οὐκ ἠξίωτο; μὴ ἀναρπασθέντος Ἡλίου παραδόξως οὐκ Ἐλισσαῖος ἀνεφάνη προφήτης ἐν διπλῷ πνεύματι; πιστεύω τοῦ λοιποῦ βέλτιον ἢ πρόσθεν ἡμῖν ἕξειν τὰ πράγματα, ἵνα μάθωμεν ὡς οὐκ ἂν ἀνθρωπίνοις ἐννοήμασι καὶ σπουδάσμασιν, ἀλλὰ θείᾳ χρηστότητι, καὶ ῥήμασι δυνάμεως,

Dom. Magistro Ioanni,

EPIST. II.

NEque mihi alti est otii requies. Etenim in nos illorum, in quibus fuimus negotia, & rerum moles, quoniam illam nobis commiseram, usque in anxiam animi tristitiam irrepsit, quasi solum licuisset fieri, quod factum quidem non est. At equidem quia utrumque iam non est nostrae facultatis certe stultum est, & absurdum, quae iam fieri non possunt indagare, & adgredi. Quare alterum solum nos conari decet. Inquam quidem, ut illo altero iam succusso, & eliso, te voluptati aliquantulum, & remissioni submittas. Sed si hoc, in illud aliud, studium, & amorem frangit, & frustratur, vere illorum potius eris, qui sibi nimis indulgent, quam qui fratres diligunt, & qui ita eam legem sibi praescribunt, quae proximum supra se ipsum amare, & colere constituit. Quasi legitimi amoris mensura nequaquam absolvi, & adimpleri possit, cum illi, ad aequalem, in nos ipsos, amorem, & studium, etiam in proximum aliquid amplius adiicitur. Et haec ille a nobis exposcit, qui supra se ipsum, nos multa prosequitur dilectione, haecque illis manifestat; quibus ille usque ad necem, immanemque interitum obstrictus fuit, & obnoxius, ut nos faciliori vitae modo aevum transigeremus. Deinceps qua ratione absurdum esse non iudicabitur, nos ab illo contineri, & separari, qui ita in nos fidem collocavit suam, ut ob illam in varia se pericula obiecerit: & nos tamen communi, & universorum Domino non fidere, & audacter, quod reliquum est nobis vitae curriculum cum illo non absolvere, quum levior sit, Dei ope, cursus, nihilque asperum secum, & flexuosum, & obliquum contineat. Ipse enim omnium nostri curam habet, qui & tunc propter illum, anxio, & solicito sese obtulit studio. Ipse quidem est, & non alius. Ipse pascit nos, nec ulla in re nos frustrabitur, nobisque deerit. Nonne enim Mose mortuo, Israel sine administratore, & Praefecto remansit? non & illum ut Ducem, & Imperatorem, typo Principis potentis habuerunt, & ut Magnatum ministrum, & comitem, & qui promissionis illius, in optatam & expetitam terram, qua Moses dignus non fuit, illis desiderium adimplevit? Nonne sublato in flammantes caelos Elia, subito Elisaeus duplici spiritu adflatus Propheta exstitit? Credo equidem nobis in posterum, feliciori cuncta, quam antea, esse cessura eventu, ut discamus, non humanis cogitationibus, & conatibus, sed divina ope, & verbis potentiae, vitam, quae vix mente

1 παρακαῶντος γινόμενος) Malim. παρακοῦν τις γ.

te comprehendi possit, nos hic feliciter ducere, & haec te, & alia plura reputantem, & animo volventem tuo, merito quidem supra omnem pusillanimitatem, & formidinem gradi, omnesque abiectionis, & humilitatis rationes superare. Quae omnia mihi, ut ex animi sententia evenerunt, supra omnem etiam, ille, calamitatis casum mihi perferre concessit. Haec ita percipe, perhonorifice frater, neve altam tuae cogitationis turrim, & tutam animae sepem, stultorum tela furentia dirumpant, aut conterant, quibus, seipsos inani saepe deludunt, studio, & nos hostiliter adoriuntur. Tu vero ut prudens, teipsum firmans, & fundans, ad petram confugisti. Haec autem petra Christus est, Spiritus equidem semper spirant, & flumina caelesti aucta imbre effluunt. Ille igitur tibi maneat constans, & immotus, ita ut possis cum *Christo* gloriari, & dicere: *Anima nostra torrentem pertransivit*. Etiam & *anima nostra pertransivit a-*
Psal. 123. 5. *quam intolerabilem*. Deus autem ipse totius consolationis, Paracleti, & cum ipso aequalis spiritus virtute adflante, te absolutissime consoletur.

ἀνεπινοήτως διεξαγόμεθα. ταῦτα καὶ πλέω τούτων λογιζόμενόν σε, εἰκὸς πάσης ὑπερκαθῆσθαι μικροψυχίας, καὶ λογισμῶν χθαμαλότητος. ἃ καί μοι κατὰ νοῦν πεσόντα τῆς ἐπὶ τῷ συμβάντι καταπτώσεως ἀνενεγκεῖν δέδωκεν. οὕτως ἔχε, τιμιώτατε ἀδελφὲ, καὶ μή σου τὸν πύργον τῆς διανοίας κινείτωσαν τῶν νηπίων τὰ βέλη τῶν ἑαυτὺς παιζόντων, ἐν οἷς καθ' ἡμῶν σπυδάζυσιν ἐπὶ τῆς πέτρας γὰρ αὐτὸν ἔφθης θεμελιώσας, ὡς φρόνιμος. ἡ δὲ πέτρα ἐστὶ Χριστός. τὰ μὲν ὖν πνεύματα πνεύσυσι, καὶ οἱ ποταμοὶ ἐπιῤῥεύσυσιν ἐν ἐκ τῆς ἄνωθεν βροχῆς καὶ παραχωρήσεως. ἐκεῖνος δέ σοι μενέτω καὶ βέβαιος καὶ ἀσάλευτος. ὥστε σε λέγειν ἐν Χριστῷ καυχώμενον. χείμαῤῥον διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν, ἄρα διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον; ὁ δὲ πάσης παρακλήσεως Θεὸς αὐτός σε παρακαλέσαι τὸ τελεώτερον διὰ τοῦ παρακλήτου καὶ ὁμοδυνάμυ πνεύματος.

Dom. Nicolao Patriarchae,

EPIST. III.

NON magis meritam, debitamque refero gratiam, quam consequor his litteris, quas ad te mitto, sancte Domine. Has equidem efflagitavit a nobis, ad tuam sanctitatem, inclite Frater, egregius Pelagonius Episcopus, quasi quae veluti hospitem illum ducerent in praecipuam tuarum virtutum domum, ad quam etiam ille iam praeire speravit, & ardentibus eius, in tuum consortium, & familiaritatem desideriis, mediocrem tuo ipsius conspectu recreationem tribuere. Qui etiam ut illas suscepit, gratias retulit innumeras, & mirum in modum propemodum delectatus est, atque praesertim ipse nobis, quae maioribus cupimus votis, vel nullo gloriae studio impendit. Quid enim mihi maius contingere potest, quam celerrimis litterarum alis ad te avolare, etsi in hoc, quantum opto, mihi adsequi non conceditur. Ipse equidem felix, qui tuum scandens montem, te facile inspicit, & facie ad faciem divinam tecum pulcritudinem intuetur, & pene celestibus, sacraque mysteria sonantibus aures pascitur vocibus, quibus terrestres bestiae, & ferina corpora, digna nullo modo esse censentur, quae solum infera terrae pabula detondent, & caeco per terras cursu vagantur. Nos equidem decet, hoc veluti in speculo conspicere, & in aenigmate, & quodam dissito intervallo haec audire. Haec enim mihi litterarum tuarum ad me congressus facile impertitur. Nosti itaque quid facturus sis, nisi forte in omnibus tibi infelices, & infortunati sumus; fortasse vero nobis id iam impendantur in me spiritus, & gratiae tecum nude aliquid posse meditari, & consequi. Preces ergo iam effunde, illas, quae Deum flectere, & exorare facile consueverunt. Quae ita modo veluti coercentur, ut parum absint, quin quasi visibili quodam longe distent intervallo, & sepimento includantur, ne his, qui te indigent, adsis. Hae namque solae, fortissimum nostrorum munimen scelerum, errorumque murum expiare possunt, & lustrare. Has itaque nobis large impertire, & nulla adversa formidabimus, sive quae nos improbos facere,

Τῷ πατριάρχῃ, κυρίῳ Νικολάῳ.

ΕΠΙΣΤ. γ'.

ΟΥ' μᾶλλον δίδωμι χάριν ἢ λαμβάνω διὰ τῶν πρός σε τύτων γραμμάτων, ἅγιε δέσποτα. ἠτήσατο μὲν γὰρ παρ' ἡμῶν ταῦτα πρὸς τὴν σὴν ἁγιοσύνην ὁ τὰ πάντα, τιμιώτατε ἀδελφὲ, ὁ Πελαγόνιος ἐπίσκοπος, οἷόν τινας ξεναγωγὺς ἐπὶ τὴν τῶν σῶν ἀρετῶν ἑστίαν ἐλπισθέντος αὐτῷ ἡγήσασθαι, καὶ τοῖς πρὸς τὴν σὴν ὁμιλίαν θερμοῖς ἱμέροις αὐτῷ μετρίαν δώσειν ἀνάψυξιν. καὶ μὴ λαβὼν 1, ἔχει χάριν, καὶ θαυμαστὸν οἷον γέγηθε. λέληθε διδὺς μᾶλλον αὐτὸς τὰ ἡμῖν εὐκταιότατα. τί γὰρ ἐμοὶ μεῖζον τῦ πρός σε τοῖς τῶν γραμμάτων πτεροῖς ἀνασεύεσθαι, κἂν μὴ τοσῦτον ἐφικνῦμαι ὅσον καὶ βούλομαι αὐτὸς μὲν ὖν μακάριος, ὃς ἐπὶ τὸ σὸν ἀναβὰς ὄρος ἐνίδῃ, καὶ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον τὰ θεῖα ἐν σοὶ κάλλη ὄψεται, καὶ φωνῶν ἀκύσῃ μυστικωτέρων, καὶ ὧν οἱ κτηνώδεις καὶ θηριώδεις ὐκ ἄξιοι, κάτω βοσκόμενοι, καὶ περιπλανώμενοι. ἡμῖν δὲ ἀπόχρη τὸ δι' ἐσόπτρου βλέπειν, καὶ ἐν αἰνίγματι, καὶ ἀκύειν κατὰ τὸ ἔσχατον γῦν ἀπόχημα. ταῦτα γὰρ ἐμοὶ ἡ διὰ γραμμάτων σὴ πρὸς ἡμᾶς συγκατάβασις, οἶσθα ὖν ὃ ποιήσεις, ὡς ἂν μὴ τὰ πάντα ὦμεν σοι ἀτυχεῖς, ἀλλ' ἔχωμεν καὶ αὐτοὶ γυμνότερόν τι παραπολαύειν τῆς ἐν σοὶ τῦ πνεύματος χάριτος. εὐχὰς δίδυ τὰς εἰθάδας τῦ δυσωπεῖν τὸν θεὸν, αἳ τοσῦτου δέυσιν ὁρατῷ τινὶ διειργεσθαι διαστήματι ἢ διατειχίσματι, πρὸς τὸ μὴ οὐχὶ παρεῖναι τοῖς αὐτὸν χρῄζυσιν, ὥστε καὶ τὸ στεῤῥὸν ἡμῶν διατείχισμα τῆς ἁμαρτίας μόναι καθαίρειν δύνανται, τύτων ἡμῖν ἐπιδαψιλεύυ, καὶ τὰ

1 καὶ μὴ λαβὼν) Scrib. καὶ δὴ λ.

τὰ κακὰ οὐ φοβηθησόμεθα, εἴτε τὰ κακύνοντα, εἴτε τὰ κακοῦντα, ἅγιε πάτερ καὶ δέσποτα.

Τῷ Ταρωνίτῃ προέδρῳ, κυρίῳ Γρηγορίῳ.

ΕΠΙΣΤ. δ'.

ΕΣιώπησα, μὴ ϗ ἀεὶ σιωπήσομαι; ἐσιώπησα μὲν, ὅτι τοῦ τῶν πονηρῶν ἡμερῶν τούτων κρατῆρος εἰς κόρον σπάσας, ϗ χολῆς μεθυσθεὶς, ὅ φησιν ὁ Ἱερεμίας, ἐκείμην κακυρωμένος 1, καὶ πρὸς πᾶν ἀναισθητῶν ϗ λάλημα ϗ προσφώνημα. νῦν δὲ μετρίως τῷ χρόνῳ διαπνευσθείσης τῆς ὑπνοποιοῦ ἀναθυμιάσεως, καὶ τοῦ κάρου διαλυθέντος τῇ τοῦ θείου λόγου θερμότητι, τὴν σιωπὴν ἀποτίθεμαι. ἄλλως τε ϗ τοιούτῳ διακόνῳ τοῦ πρός σε γράμματος χρώμενος ἀλλὰ πῶς ἄν μοι ἔχεις ὁ καὶ τὴν ψυχὴν ἀήττητος, καὶ τὴν ἀνδρείαν ἀσύγκριτος. ϗ τῇ μὲν, δεικνύων σώματος εὐκρασίαν. τῇ δὲ, ψυχικῶν ἁρμονίαν δυνάμεων. ὁ νοῦν μὲν ἔχων οὐδέν τι χειρῶν δεόμενον· χεῖρας δὲ κατορθοῦσας, ἃ ϗ νοῦς ἂν ἀπελπίσειεν. ὁ μόνης τῆς ἀνθρωπίνης ὑπεραπολογησάμενος φύσεως, ὡς οὐ γεγηρακυίας, οὐδὲ σατρωθείσης πρὸς ἀνδρῶν γένεσιν. ἀλλ' ἔτι ζώσης τὴν ἀκμὴν δυνάμεως, ϗ εἰρήνης καιροῖς ὁμοίως ϗ πολέμοις ἀρχῶν, ὃ μήτε τὸ πραγματικὸν μήτε τὸ μαχητικὸν ἐφικτὸν ἔχων λόγῳ καὶ θαύματι. ἢ ἵνα τἀληθέστερον εἴπω, ἑκάτερον δεικνύων ἑκατέρων νικώμενον. ποῦ τ' ἄν μοι εἴης ὁ πανταχοῦ μοὶ ποθούμενος. ἡ παντὸς ἀγαθοῦ δεξαμενὴ ὁ πανδέξιος. ἆρα καθιστᾷς ἔθνη, ϗ γνώμας καταρτύεις ἀνδρῶν, ϗ Προμηθεὺς γίνῃ, πλάττων ἀνθρώπους πλάσιν ἡμερινὴν ϗ φιλάνθρωπον. ἢ λόχους ὑπερκαθίζεις, ϗ λοχαγοὺς ἐφιστᾷς, ϗ φάλαγγας βαθύνεις, καὶ σημαίνεις καιροὺς ἐπελεύσεων. ϗ τοῖς βαρβάροις ἐκφαίνεις μὴ θανὸν ἐν σοὶ τὸ πάλαι Ῥωμαίων φρόνημα. ἔχοις μὲν οὖν ἀξίως αὐτοῦ, ϗ πράττοις τῶν ἡμετέρων ἐλπίδων καὶ εὐχῶν ἄμεινον. εἰ δὲ καὶ γράμμά τι δηλώσαις, χρυσοῦν ὄντως ἡμῖν ἐπισκευάζεις τὸν ὄροφον. ϗ τηροῖο ὑπὸ κυρίου πάσης κακύνσεως ἀνώτερος καὶ κακώσεως.

sive quae malis, & aerumnis nos semper adficere possint, o sancte Pater, & Domine.

Dom. Gregorio Taronitae Praesidi.

EPIST. IV.

TAcui numne, & semper tacebo? Conticui quidem, & plenum horum calamitosorum dierum oratorem usque ad saturitatem deplevi, & ira ebrius, ut inquit Ieremias, in illa iacui veluti segni crapulae sopore obtorpescens, ita ut ad omne verbum, & ad omnem sermonem nullum admoverim sensum. Nunc autem modico temporis spatio, iam quia caecus vapor, quo squalidus somni torpor increbuit peracto, & soluto spiritu cessavit, & divini sermonis radiis, sacroque eius splendore iam turpis veterni gravitas evanuit, silentium pristinum depono. Quippe & ob aliam caussam, tum quia tali ministro, & tabellario, perferendis ad te literis, utor. Sed iam tamdem numne vales, qui & animo es invictus, & strenuo cordis robore cum nullo comparandus. Hoc quidem optimam corporis temperiem, illo vero spiritualium virium concinnam harmoniam, & compaginem manifestas. Qui etiam mentis ita polles lumine, ut nulla in re, ad opus manibus, tibi opus sit, & ad ea manus admoves, de quibus mens penitus desperat. Tu quidem solus humanae naturae potentia quadam quasi probatione defendis, nulla senescentium virium imbecillitate lassescere, neque ad virorum generationem languido, & effoeto exsistere robore. Sed enim adhuc etiam vegetam, & floridam potentiae vim tecum adferens, & pacis otio, & pariter horridis bellorum incursibus te parem omnino praebes, & quod vix vel in negotiis solertia, vel in praeliis pugnaci pectore adtingi potest, tu famae, & admirationi habes. Aut, ut verius loquar, utrumvis ostendis in utroque victum. Certe autem mihi ubicumque exoptatus ades, quasi omnis boni receptaculum, qui omnibus modis summa ingenii dexteritate fulges. Iam equidem gentes constituis, & construis omnes, & virorum perficis conatus, & statuta, & alius cunctis efficeris Prometheus, benigno naturae adflatu, & pacis, & tranquillitatis luto homines effingis. Aut cohortes constituis, aut earum ductores, & praefectos, edoces, & militum phalangas constituto dirigis ordine, & congressus tempus subiudicas, & facile etiam Barbaris manifestas, inclitam Romanorum in bello disciplinam in te nullo modo exstinctam labefactari. Te quidem ipso dignus es, & supra quod speramus, & petimus, tua gesta peragis. Si autem tuas nobis ostenderis literas aureum vere nobis rerum culmen constitues. Te denique Dominus absque ulla improbitate, & aerumna perpetuo servet.

Τῷ χαρτοφύλακι, κυρίῳ Νικηφόρῳ.

ΕΠΙΣΤ. ε'.

ΟὐΧ οὕτως ἀφιλόκαλος, ἅγιε δέσποτα ϗ πατὲρ, οὐδ' ἀπὸ δρυὸς, ἢ ἀπὸ πεύκης, ὁ σὸς Θεοφύλακτος, ὡς μὴ τῶν ἐν πνεύματι ἁδικῶν χαρίτων ἡττηθῆναι τοῦ ἁγίου Γρηγορίου, ϗ πρὸ τούτων τῆς περιστελούσης αὐτὸν σεμνότητος ἀλλὰ ϗ ταῖς τοῦ ἀνδρὸς ἕαλω σειρῆσι, ϗ τὸ τοῦ ἔθους κατηρτυσμένον 2 ἐθαύμασα, καὶ ἐπὶ

Dom. Nicephoro Chartophylaci.

EPIST. V.

NON equidem ita parum elegans, aut omnino sordidus est, Sancte Domine, & Pater, neque ex dura quercu, aut ex picea tuus Theophylactus effictus est, & efformatus, ut inclitis sancti Gregorii virtutibus, & spiritus gratiarum radiis non vincatur, non inflammetur, & ante haec omnia, veneratione illa, & seve-

1 κακυρομένος) Scrib. κεκαρωμένος.

2 τὸ τοῦ ἔθους κατερτασμένον) Scr. τὸ τοῦ ἴπους κ

revera gravitate, quae illum vehementer exornat, non capiatur. Equidem & dulcibus huius viri Sirenibus ſum devictus, & iucundum ſermonis candorem, & concinnitatem ſum admiratus, eiuſque cum extrinſecus rerum conatus adgreditur, ſtudium, & cum habitus elegantiae, & corporis ornatui curam habet. Quapropter nulla in re illius tamdiu numquam ſum reluctatus petitionibus, & votis. Et ſemper paratus fui me totum eius ſubdere voluntati. Quid igitur eſt, quod ſum perpeſſus? Tu iam perpende, num magis circumſpectus, & conſultus fuerim, quam ignavus, & miſer. Novit enim tua ſanctitas quali vultu, quali ſpiritus facie Gregorius ſubſiſtat, & quantum in Eccleſiaſticum miniſterium, ſua ipſius ſolertia, & ingenio indigeam, & ut miniſter, & ſocius ſit mihi in ſacris modulationibus, & ut chori magiſter in divina pſallentium concinnitate. Vnum hoc igitur primum mihi munus concedatur, & donum, ſecundum vero quid ſit, tu potiſſimum noſti. Scilicet illos, qui Monaſteria, & alias Eccleſias, abſque Antiſtitum libera licentia, & conſilio deſeruerint, non ſine periculo poſſe ſuſcipi. Quomodo igitur in Eccleſia mea hominem hunc, qui me in admirationem pariter, & dilectionem rapuit, potui continere, qui nec perſonali praeſentia, qua conſtans ibi perſeverare debebat, ſolutus fuit, neque Praefecti ſyngrapham attulit, quae nobis plenam licentiam, & facultatem committeret. Non etenim novi, ſi aliquis ita eſt hominum, ut Epiſcoporum ſpeculatores ſunt, omnia confundentes, & turbantes. Tamdiu quidem regulas, & canonas circumſpiciunt in angulis deliteſcentes, ſqualore, & ſitu cumulate putridos, & detritos, aut quum in medium penitus ſunt proiecti, ſuperbo hos tunc pede, & inſano conculcant, & evertunt. At vero quum Epiſcoporum, ad aliquod opus, potentiam, & munus quaeſiveris, tunc illos libere diſſolventes, & calamiſtratis crinium componentes cincinnis, & veluti deorum illos numero adſcribentes, non aliter, quam ſi ſummi ſpiritus ſoboles eſſent, nobis penitus adverſantur, & tranſgreſſionem, & licentiam amaro quodam inſectantur ſtudio. Ob hanc igitur cauſam, talem virum apud me non continui. Conſilio autem meo illi praeivi, ut quidem ſi opus eſſet, a potentioribus, & praeſtantioribus, aliquod ſuae libertatis, & remiſſionis ſcriptum, praecipue a Praeſide ultimum liberationis decretum impetraret. Etenim poſtquam ipſius ſcripto edidici, etiam ab his, qui ibi conſtanti mora degunt, illum vel cum ſcripto non dimitti, penitus quid faciam non habeo. Cupio autem, neque id quantum mihi fas eſt dicere, hunc noſtra in Eccleſia, cui praeſum, aliqua cura proſequi, illique adiungere. At vero invidiae timeo aculeos, & peſſimas hominum conſuetudines, qui tranquillum, & ſedatum animum, improbo malorum flagello concutiunt, & devaſtant. Niſi tuae ſanctitati operaepretium videtur, ut ego ſententiae literas, quae illum ad nos auferri praecipiant, & ſtatuant, extraham, ut rationi conſentaneum quidem iudicabitur. Hic autem veniat iam, ut hoc ad nos perferat, & libenti animo a nobis ſuſcipietur. Si autem neque hoc aequitati eſſe conſonum arbitraberis, ſed tantum ſuperiorum licentiam, & auctoritatem, ad huius dimiſſionem neceſſariam eſſe, extremo quidem conficiat moerore, dum tali viro privabor. Et quod quidem rarum eſt Eunuchis morigeris, & ſimpliciſſimis, & hoc etiam inter alias contumelias, & iniurias, quaſi additamentum quoddam

ἐπὶ τὰ ἐκτὸς διαβαῖνον, καὶ ἐπιτρέπον τῷ σχήματι. διὰ ταῦτα καὶ πρὸς οὐδὲν τῶν παρ' αὐτοῦ τέως αἰτημάτων ἀνένδοσα. καὶ πρόθυμος ἦν ὅλον ἐμαυτὸν ἐπιδιδόναι τοῖς ἔτι τούτου θελήμασι τί οὖν ἐστιν ὃ πέπονθα; καὶ σκόπει, εἰ μὴ προμηθέστερος μᾶλλον ἐγὼ, ἢ δειλότερος. οἶδεν ἡ ἁγιότης σου πηλίκῳ προσώπῳ ὑπόκειται ὁ Γρηγόριος, καὶ ὡς ἀναγκαίως τῆς αὐτοῦ πρὸς τὴν ἐκκλησιαστικὴν ὑπηρεσίαν δεξιότητος χρήζοντι, καὶ ὡς διακόνου ἐν ἱερῷ μέλει, καὶ ὡς κορυφαίου ἐν ψάλλουσιν. ἓν μὲν οὖν τοῦτο πρῶτον κείσθω μοι λῆμμα δεύτερον δὲ καὶ τοῦτο μάλιστα πάντων οἶδας, ὡς τοὺς ἀπὸ μοναστηρίων ἢ ἐκκλησιῶν ἑτέρων μεθισταμένους ἄνευ τῆς τῶν προεστώτων γνώμης, οὐκ ἀκίνδυνον ὑποδέχεσθαι. πῶς τοίνυν κατέσχον ἂν αὐτὸς παρὰ τῇ ἐμῇ ἐκκλησίᾳ τὸν θαυμαζόμενόν μοι τοῦτον καὶ ἀγαπώμενον ἄνθρωπον, μήτε παρὰ τὴν τοῦ μονὴν κατέχοντος προσώπου λύσιν δεξάμενον, μήτε τοῦ ἡγουμένου γοῦν γραφὴν ἔχοντος, περιποιουμένην ἡμῖν τὸ ἄπραγμον. οὐκ οἶ 1. εἴπερ τις ἀνθρώπων, ὡς οἱ τὰ πάντα συγχέοντες οἱ τῶν ἐπισκόπων κατάσκοποι, τέως μὲν τοὺς κανόνας περιορῶσιν ἐν γωνίᾳ κειμένους, αὐχμοῦ καὶ εὐρῶτος κατάπλεως ἢ ἐν μέσῳ διερριμμένα καταπατοῦσιν ὑπερηφάνως ἐπειδὰν δὲ πρᾶξαι τι δεήσῃ τῶν ἐπισκοπικῶν, ἐνταῦθα λύσαντες τούτους, καὶ βοστρυχίσαντες, καὶ ἐκθειώσαντες, ὡς τοῦ πνεύματος ὄντες γεννήματα, ἀντικαθιστῶσιν ἡμῖν, τὴν παράβασιν πικρῶς ἐλέγχοντες. διὰ ταῦτα μὲν οὖν οὐ κατέσχον τὸν ἄνδρα παρ' ἑαυτῷ 2. εἰσηγησάμην δὲ αὐτῷ, ὡς ἄρα δέον εἴη καὶ παρὰ τῶν κρειττόνων ἀπόλυσιν λαβεῖν ἔγραφον 3, καὶ παρὰ τοῦ ἡγουμένου τὴν οἷον ἀπολυτικὴν παράθεσιν. ἐπεὶ δὲ νῦν, ὡς ἔμαθον διὰ γραφῆς ἑαυτοῦ, παρὰ τῶν τὴν μονὴν ἀγόντων ἐγγράφως οὐκ ἀπολύεται, οὐκ οἶδα τί δράσω. ποθῶν μὲν, οὐδ' ὅσον ἂν εἰπεῖν ἔχει μοι. προσκληρῶσαι τοῦτον τῇ ἐπιστατουμένῃ παρ' ἡμῶν ἐκκλησίᾳ, δεδιὼς δὲ τὸν φθόνον, καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων κακόηθες. οἱ καὶ ἠρεμοῦντα θυμὸν τῶν κακῶν * * * δυναμένων ἀναρριπίσουσι. πλὴν εἰ καὶ τῇ σῇ ἁγιοσύνῃ ἱκανὸν εἶναι δοκεῖ κατακρίσεως ἡμᾶς ἐξελέσθαι τὸ γράμμα ἐν ὑπογραφῇ τοῦ ἡγουμένου μόνου πρὸς ἡμᾶς ἐνεγκεῖν παρατιθέμενον αὐτὸν, ὡς εἰκὸς. ἐλθέτω τοῦτο συνεπαγόμενος, καὶ ἀσμένως ἡμῖν εἰσδεχθήσεται· εἰ δ' οὐδὲ τοῦτο συνορᾷς ἱκανὸν, ἀλλὰ δεῖ πάντως τῆς τῶν ὑπερεχόντων ἀφέσεως, ἀνιάσομαι μὲν, τοῦ τοιούτου στερούμενος, καὶ ὃ σπάνιον εὐνούχοις χρηστοήθοις καὶ ἀπλουστάτοις, καὶ τοῦτο δὴ ταῖς ἄλλαις ἐπηρείαις ὡς ἐπιθήκην προσλογισαμέ--

1 οὐκ οἶ) Scrib. οὐκ οἶδα.
2 παρ' ἑαυτῷ) Scrib. π. ἐμαυτῷ.
3 ἔγραφον) Scrib. ἔγγραφον.

σάμενος, τῷ πάντα λυποῦντα προσενεγκεῖν δυναμένῳ καὶ τὴν τούτου λύσιν, ὡς εἰκὸς, ἀναθήσομαι. ὑφ' οὗ τηρηθείημεν τῶν τοῦ αἰῶνος τούτου σκανδάλων ὑπέρτεροι ταῖς σαῖς ἁγίαις εὐχαῖς.

Τῷ Καματηρῷ, κυρίῳ Γρηγορίῳ.

ΕΠΙΣΤ. ϛ'.

ΒΑβαὶ φαίης ἂν Ἀχριδόθεν ἡμῖν καὶ γλώσσης ἀρχιεπισκοπικῆς ἐπιστόλιον πάρος γε μὲν οὔτι θάμιζεν. ἦ που μέγα τὸ τοῦ νῦν ἐπιστέλλειν αἴτιον. οὐ γὰρ ἂν ἠγνόησεν ὁ ἀρχιεπίσκοπος τῷ ἀνδρὶ, ὃν σμῆνος περιβομβεῖ βασιλικῶν πραγμάτων, καὶ τὰ παρ' ἑτέρων γράμματα παρενόχλημα οὐχ ἧττον, ἢ τὸ αὐτὸ γράφειν ἑτέροις. πόθεν οὖν τὸ καινοφανὲς τόδε χρῆμα, καὶ ἡμῖν ἄκαιρον. πόθεν; ἐκ τῆς σῆς περὶ πᾶν ἀγαθὸν δεξιότητος. ὅστε ἐπιδή σοι θεὸς τῷ παρὰ βασιλεῖ 1 μεγάλα δύνασθαι δέδωκεν, οὐκ ἐπαριστέρως χρᾷ τῷ θείῳ δωρήματι, ἀλλὰ φαίνεις σεαυτὸν καὶ τοῦ μείζω δύνασθαι ἄξιον, οἷς τὸ τέως δοθὲν ἀξίως θεοῦ ᾠκονόμησας, καὶ τοῖς ἐγχειριθεῖσι ταλάντοις τὸ σὸν δραστήριον ἐνεπιδειξάμενος, δεικνύεις ὡς ἄρα καὶ σοὶ προσήκει τὸ ἴσθι ἐπάνω δέκα πόλεων παρὰ τοῦ δικαίου δεσπότου καὶ διανομέως τοῖς ἀξίοις λεγόμενον. τὸ γὰρ ἐν τῇ προσούσῃ νῦν σοι δυνάμει ἄρχοντι δοῦναι τῷ καθ' ἡμᾶς, τοῦτο μέν ἐστι τοσοῦτον τοῦ σιδηρέου γένους τῶν νῦν ἡμερῶν ἀπέχον τε, ὅσον ἐγγίζει τῷ παρ' Ἡσιόδῳ χρυσέῳ. ὃς τὰ τῇ φύσει διεστηκότα παρ' ἑαυτῶν καινῶς ἥνωσεν, ὄγκον ἤθους, καὶ μετριότητα. τὸν μὲν, τοῖς πονηρευομένοις ἀποτηρῶν. τὴν δὲ, τοῖς χρηστοτέροις ἐκχέων ἡδεῖ τῷ χεύματι. καὶ τῷ μὲν, τὰ μέτρα τῶν ἀδίκων κολούων. τῇ δὲ, τοὺς ἀγαθοὺς ὀξύνων πρὸς ἐκδηλωτέραν χρηστότητα. καὶ τὸ συντετριμμένον ἰώμενος, καὶ τὸ ἀπωσμένον ἀνακαλούμενος. δῆλος δὲ τὴν Ἀχρίδα θήσων ἐξελεομένην, ὅσον οὔπω ἐπίφθονον. τὸ δὲ τοιοῦτον ἡμῖν ἐπιστῆσαι τῶν ἁρμοστῶν, πῶς οὐ προκλητικόν ἐστι σοι μείζονος ἐκ θεοῦ παρὰ βασιλεῖ δυνάμεως. ἵνα μείζω καὶ πόλεις εὐεργετοῦντα καὶ ἔθνη διὰ τῆς σῆς τῶν ἀρχόντων ἐπιλογῆς, καὶ παρὰ τῷ κρατοῦντι συστάσεως. τοῦτό μοι τὴν γλῶσσαν ἔλυσέ τε, καὶ μικρόν τι τὴν σὴν ἀκοὴν περιελκύσαι πρὸς τὴν ἡμετέραν λαλιὰν ἔπεισεν. οὐ γὰρ δεῖν ἔγνων τηλικοῦτον ἰδὼν ἀγαθὸν, καὶ οὕτω ξένον, ἐπιδημήσαν ἡμῖν διά σου, μὴ τῇ σῇ μεγαλεπιφανείᾳ δηλῶσαι τὴν τοῦ τὴν δοθέντος συναίσθησιν, μηδὲ λόγῳ γνωρίσαι, οἵου πράγματος τετυχήκαμεν. τάτε γὰρ ἄλλα, καὶ τὴν αὐτὸς αὐτοῦ κρίσιν ἀποδεξάμενος, καὶ οἷόν τι καλὸν γέννημα πατὴρ ἡδέως κατα-

reputans, & perpendens, ad illum, qui cuncta tristia, perniciosa adferre potest, huiusque charam libertatem inducere, ut decens est, deferam. Cuius ope, ab huius saeculi ruina impendente, & casuum laqueis, tuis sanctis precibus custodisti, defendimur.

Domino Gregorio Camatero.

EPIST. VI.

APage quidem diceres, ex urbe Achride nobis, & lingua Archiepiscopi prolatae literae, antea certe non frequentes venerunt. Profecto nunc praeceps literas mittendi causa urget. Non enim Archiepiscopus viro illi ignovit, circum quem varia Imperatoris negotiorum examina alto susurro semper immurmurant, & cui aliorum literae, non minorem molestiam, & interturbationem inducunt, quam ad alios scribendi studium, & obligationem. Vnde igitur hoc novum negotium, & importunum nobis exstitit. Vnde? Ex tua, in omne bonum solertia, & dexteritate. Qui, quia tibi Deus, apud Imperatorem multum posse concessit, non incassum, & absurde, divino hoc uteris munere. Sed teipsum, dignum, qui maiora possis, & perficias manifestas illis, quibus, quod tunc tibi emissum est, ut Deo quidem dignum administrasti, atque talentis, quae tibi caelitus sunt effusa, tuam strenuam industriam, & potentiae facultatem mire te, edoces exercere, ostendisque etiam quantum te deceat illud. Esto Princeps decem urbium. Quod a iusto Domino, & aequo gubernatore, dignis, & praestantibus viris dictum est, & commissum. Nam, quod tuae nunc est potentiae, id totum nostro nunc Principi subdere, hoc quidem tantum est a ferreo hoc hominum genere, nostri temporis alienum, quantum aureo illi seculo adpropinquat, quod Hesiodus decantavit. Qui, quae natura dissita sunt, & longe inter se discrepantia, novo quodam modo coniunxit, superbos scilicet morum fastus, & tenuem mediocritatem. Illos quidem ab improbis, & sceleratis omnino semovit, hanc vero iucundo quodam flumine probioribus effudit. Et illis demum iniustitiae, & iniuriae modum funditus abstulit, atque hoc probos omnes, & aequos in manifestiora commoda concitavit. Et omne, quod adtritum, & disiectum est mire sanavit, & quidquid erat evulsum in se resarciit. Manifeste quidem ipsam urbem Achrida ita explicuit, & evolvit, vel quantum nulli esset invidiae, & reprehensioni obnoxia. At igitur eiusmodi nobis moderatores, & Praesides constitui, qua ratione te ad maiorem, ex Deo, apud Imperatorem non provocabit potentiam, & ut maiorem urbium opitulatorem, & gentium etiam, propter hanc tuam in Principes electionem, & constitutionem summam, qua apud Imperatorem plurimum vales. Hoc quidem mihi linguam penitus dissolvit, & parum has benevolas aures, ad nostros sermones deflectere coegit. Non enim oportere cognovi, tantum conspiciens bonum, atque ita peregrinum, quod propter te ad nos feliciter accedit, nec tuae ingenti praestantiae, & nobilitati, profusi, & concessi muneris manifestare notitiam, neque sermone aliquo educere, quantum opus simus consequuti. Equidem tum etiam alia, tum & ipse tuum ipsius iudicium suscipis, & illud, quasi pulcram sobolem, ut pater, iucunde tibi adiun-

1 ἐπιδή σοι θεὸς τῷ παρὰ βασιλεῖ) Scrib ἐπειδή σοι θεὸς τὸ π. β.

adiungis. Et adhuc etiam maxime literis tuis alas celeres addes, ut ad ea, quae fere eversa sunt velocissimus percurras, & ut illum, qui pulcer est, pulcriorem ostendas, & ut Nireum iam, & Achillem effingas. Si autem plus pudoris, & gravitatis severae, aut Phoenici, aut Nestori, hic Achilles adtribuere, a te fuerit persuasus, nulla quidem in re ille tantum Heroa ementietur. Tu autem iam omnino adsignabis, quam vehementer, & immodice, hi, qui nobis iam noti sunt, in te garriant, ut

—— *in sacros Iovis alitis ungues.*

Dom. Gregorio Pacuriano Magni Drungarii Genero.

EPIST. VII.

IGitur tibi audax ego videor, & nimia libertate effusus, Pansebaste, quoniam quum nondum te viderim, neque a te visus sim, statim me tibi monitorem constituo? Num me ob candidam simplicitatem nimis admiraris, quod opes meas, cum familiaribus meis communes habeam, & illas, quae te magis decent, impertiar? Ego quidem secundum plane esse existimo, etsi quis primum esse aut censeat, aut constituat. Sed quidem ipse vere nullis flecteris exhortationibus, & monitis, & nullum vel rationis, vel colloquii quidem bonum nanciseris. Ego etenim inquam, quia hominum praefecturam nuper adeptus es, etiam animum tuum, bene adfectum quidem oportere ubique ad omnia apte conflari, & conligi, & pluribus oculis te omnia intueri, quam oculatus ille Argus bovem, eius fidei, & custodiae commissam. In his autem haec fabula id praecipue innuit, scilicet ne latenter ullum flagitium, facinusque ullum, suum ipsius typum in tuam ingenuam animam obsignet. Et in illa quidem iuventutis ardor, res quaedam est nimis audax, & operi facilis nimis, & prona. Quando vero Imperii licentia, & potestas subest, tunc, ut dicunt, quasi districto ense obloquitur, & garrit. Sed tu sermonem tuum, rationisque vires absolutas, & perfectas, & tui mensura ingentes, intra teipsum includens, cuncta in maioris gloriae materiam tibi parabis. Et iuventutis ferociam, & ardorem, acri potentiae, & imperii spiritu excutiens, & deprimens, in operum egregios deflectes conatus, ardentem facem, & salutiferam his, qui pauperie immersi sunt, & obruti, erigens. Et te vero beatum iudico, quia nondum fere tui ipsius spectaculum, in huius vitae theatrum obiecisti; ita quidem ipsum, in subditos, commodum, & utilitatem, ut facilem praetextum libertatis in magnum Imperatorem, & Dominatorem semper habes. Etenim probe perpendat tua ingens nobilitatis magnanimitas, nihil ita Deo hominem posse commiscere, ut morum integritatem, atque humanitatis studium. Et hoc quidem mirum est nos nihil magnum, atque difficile poscere, sed aut solum ipsam naturam cognoscere, & adfectus, & vires, quae ab ipsa mire exiguntur, & effluunt, postulare. Tu igitur mihi talem te proba, talique esto praedicatus nomine, & has potius divitias, & thesauros condes, quam ut alii varias talentorum myriadas, lacrimis, atque luctibus immixtas, & quae ipsam obli-

πασάμενος, ἔτι μᾶλλον πτερώσεις διὰ γραμμάτων πρὸς τὸν ἐφ' ἃ εἵλετο δρόμον. ὥστε τὸν καλὸν δειχθῆναι καλλίονα, καὶ τὸν Νιρέα ἤδη καὶ Ἀχιλλέα διαπλασθῆναι. εἰ δέ τι πλέον αἰδοῦς καὶ τῷ Φοίνικι, ἢ τῷ Νέστορι, ὁ Ἀχιλλεὺς οὗτος προσνέμειν ὑπό σου νουθετοῖτο, ἐν οὐδενὶ μὲν ἐκεῖνος τὸν ἥρωα ψεύσαιτο. διὰ πάντων δὲ δείξεις αὐτὸς, ὡς οἱ νῦν ἡμῖν ἐγνωσμένοι πρός σε ἄκρατον γαρύετον Διὸς πρὸς ὄρνιθα θεῖον.

Τῷ Πακουριάνῳ, κυρίῳ Γρηγορίῳ, τῷ γαμβρῷ τοῦ μεγάλου δρουγγαρίου.

ΕΠΙΣΤ. ζ'.

ΑΡΑ' σοι θρασὺς ἐγὼ καὶ περιττὸς τὴν παῤῥησίαν, πανσέβαστε. ὅτι μήπω μηδ' ἰδὼν, μηδ' ὀφθεὶς, εὐθὺς νουθετητής σοι καθίσταμαι; ἢ θαυμαστὸς τῆς ἁπλότητος, ὅτι καὶ τοῖς συνήθεσι κοινωνῶ τοὐμοῦ πλούτου, καὶ τῶν ἐνόντων σοι μεταδίδωμαι; ἐγὼ μὲν, οἶμαι, τὸ δεύτερον, εἰ δέ τις τὸ πρῶτον τίθεται. ἀλλ' οὗτός γε, ἀνουθέτητος ὄντως, καὶ μηδὲν ἀγαθὸν ἀπολαύσας λόγου μηδέποτε. φημὶ τοίνυν ἐγὼ ἀνθρώπων ἐπιστασίαν σε δεδεγμένον νέον, καὶ τὴν καρδίαν εὐτύπωτον, πάντοθεν χρῆναι συγκεκροτῆσθαι, καὶ πλείοσιν ὀφθαλμοῖς τὰ πάντα περιαθρεῖν, ἢ ὁ πανόπτης [1] Ἄργος τὴν ἐμπιστευθεῖσαν ἐκείνῳ βοῦν. ὅ τί ποτε ἐν τούτοις ὁ μῦθος βούλεται. ὡς ἂν μὴ λάθοι κακία τοὺς αὐτῆς χαρακτῆρας τῇ σῇ ψυχῇ ἐντυπώσασα. καὶ καθ' αὐτὴν μὲν ἡ νεότης, χρῆμα πάντολμον, καὶ δραστήριον. ὅταν δὲ ἡ τῆς ἀρχῆς ἐξουσία παρῇ, λέγει μετὰ ξίφους, φασίν. ἀλλά συ τὸν λόγον ἔχων μετὰ σαυτοῦ τὸν μέγαν, καὶ καταρτιστὴν, ἕξεις ταῦτα πλείονος ὕλην εὐδοκιμήσεως. καὶ τὸ τῆς νεότητος θερμουργὸν, τῷ τῆς ἐξουσίας ἀναῤῥιπιζόμενος πνεύματι, διὰ τῶν πραγμάτων δραμεῖται, πυρσὸν αἴρων τοῖς πενίᾳ βαπτιζομένοις σωτήριον. καί σε μακάριον ἐγὼ τίθημι, ὅτι μήπω σχεδὸν μηδὲ παραγγείλας εἰς βίου θέατρον οὕτω τοι ῥᾳδίαν ἔχεις πρόφασιν τῆς πρὸς τὸν μέγαν βασιλέα καὶ βασιλευτὴν παῤῥησίας, τὴν πρὸς τοὺς ἀρχομένους χρηστότητα. οὐ γὰρ ἴσω ἡ τῆς σῆς εὐγενείας μεγαλειότης, ὡς οὐδὲν οὕτως θεῷ τὸν ἄνθρωπον ἀνακίρνησιν, ὡς τὸ χρηστόηθες, καὶ φιλάνθρωπον. καὶ τὸ θαῦμα, ὅτι μηδὲν μέγα καὶ χαλεπὸν ἀπαιτούμεθα, ἀλλ' ἢ μόνον τὴν φύσιν ἐπιγινώσκειν, καὶ τὴν ὑπ' αὐτῆς ἀπαιτουμένην ἀπαιτηθῆναι συμπάθειαν. τοιοῦτός μοι γίνοιο, καὶ κηρύττοιο. καὶ τοῦτον ἀποθησαυρίσαις τὸν πλοῦτον μᾶλλον, ἢ μυριάδας ἄλλοι ταλάντων δακρυομένων καὶ πενθομένων. κἀντεῦθεν ἤδη προφαινόντων

1 πανόπτης] Scrib. πανόπτης.

τὴν λῆσιν εἰς ἣν ἐν τῷ μέλλοντι τάξυσι. καὶ πᾶσι μὲν παρέχων σαυτὸν θεὸν τοῖς δεομένοις φιλανθρωπίας. μάλιςα κ̓ τοῖς ἰδίᾳ θεῷ ἀνατεθειμένοις. ὕτω γὰρ μάλιςα δείξαις, ὡς ἐκεῖνον θεραπεύειν ἐσπύδακα. ἐπεὶ καί σε θεραπεύει μέν τις κ̓ τῶν κυνησῶν κηδόμενος. ἂν δέ τι πλέον τῦ ἰδίᾳ κ̓ οἰκειοτέροις ὑπηρετοῦσι χαρίζεται, μᾶλλον ἐκφαίνει τὴν πρός σε συνδιάθεσιν. τέλος λόγυ τὸ πᾶν ἄκυε. ἐκκόψαις τοῦ φθόνυ τὺς ὀφθαλμύς. ὑ τὴν γλῶτlαν ἀποςρέψαις τῦ μώμυ, εἰ τῦ νόμυ τῶν νῦν ἡμερῶν φανείης παρήκοος, καί σε ὁ τῆς ἀγαθότητος καὶ ὁ δικαιοσύνης θεὸς τηροίη πάσης κακύνσεως ἀνώτερον κ̓ κακώσεως.

oblivionem, quam in futurum tempus ferum construunt, etiam nunc manifeste praeferunt. Etenim te ipsum, quasi Deum, omnibus, qui benignitate, & humanitate indigent, ita praestabis, & maxime his, qui privatim, & proprie sese Deo penitus noverunt. Ita enim maxime ostendes quantum illi inservire studueris. Quoniam & te multo etiam colit conatu, & tibi imminentia pericula praevidet, qui etiam multo magis, quam privatim, propriis famulis se gratum praebet, maxime saltim animi adfectum, & statutum in te praecipue manifestat. Sed iam omnem huius sermonis finem percipe. Invidiam in omnium oculos infiges, nec linguam calumniantium obstreperam avertes, si nostrorum dierum legibus parueris. Iamque te bonitatis, & iustitiae dator Deus, ab omni improbitate, & flagitio seiunctum custodiat.

Τῷ Ὀφεομάχῳ.

ΕΠΙΣΤ. η.

ΤΙ τῦτο καὶ ὁ καλὸς Ἰωάννης παρἐισήχθη Λαιςρυγόσι προσπαλαίσων κ̓ Κύκλωψιν. ὕτω γὰρ τὰ τῶν μακαριζομένων πράξεων τίθεμαι. ἀλλ' ὅπως μὴ φανείης ἐκεῖνος ὁ τοῦ Λαέρτυ πολύμητις, κ̓ τὸν λόγον ἔχοις τῆς κακίας ἀντίμαχον, πάντως Ἑρμῆς σοι τὸ μῶλυ διδὺς ἤδη πάντα καλῶς ἐξηγήσατο. μὴ μέλε οὖν 1, ἀλλὰ χρῶ τῇ τῦτου δυνάμει. κ̓ ἐπανασωθήσῃ τοῖς οἰκείοις φρένας ἐχύσῃ νηῒ μετὰ τιμιωτέρυ πλύτυ τῆς πρὸς θεὸν παῤῥησίας. ἣν πρὸς τὺς ἀρχομένυς ἀρετή σοι χαρίζεται. νῦν γὰρ νόμιζε δοκιμάζεσθαι ὐχ ἧτlον, ἢ οἱ πρὸς τὰ Ὀλύμπια καταβαίνοντες. κ̓ γένοιτό μοι τὸν ἐμὸν ἑταῖρον Ὀλυμπιονίκην ἀκῦσαι. τάχα γὰρ ἄν σοι κ̓ ἐπινικίυς προσάσωμαι, ὐδὲν ἀτιμότερον τῶν Βακχυλίδων κ̓ Σιμωνίδων, ἴσως κ̓ πρὸς τὴν Βοιωτῦ λύραν ἁρμοζομένυς, πάντως δὲ καὶ λαμπροτέραν ἔχοντος τὴν ὑπόθεσιν, κ̓ ἐπὶ σεμνοτέρῳ λεγομένυς ὀκρίβαντι.

Opheomacho.

EPIST. VIII.

QVid hoc est, etiam probus, & pulcer Ioannes in medium adductus est, ut cum Laestrigonibus, & Cyclopibus certamen ineat. Sic enim opera, quibus nominis claritas, immortalisque paratur felicitas, haec esse existimo. Sed iam quomodo alter astutus, & prudens Laertis filius non adparebis, & vivam *Vlysse.* mentis aciem, quibusvis rerum fraudibus, variisque laboribus, non oppones. Equidem Mercurius illud sacrum Moly tibi prorsus contulit, & iam in omnibus se tibi ducem mirifice praebuit. Ne igitur sis sollicitus, sed hac huius potentia, hac forte utere, & cum tuis sociis incolumis omnino evades, puppe illa, mentis gubernaculo vecta, & ingentibus illis, & egregiis, tuae in Deum fiduciae, opibus onusta, quam in tuos subditos, ipsa tibi virtus gratulatur. Nunc etenim exsistima, te non aliter explorari, quam illos, qui in certamina Olympica proficiscuntur. Et utinam mihi contingat, amicum, & familiarem meum, Olympionicem esse audire. Confestim etenim in tuas laudes egregia concinam epinicia, in quibus, nec inclytos Bacchylidas, & Simonidas, superiores mihi esse vix adgnoscerem. Et fortasse ad Boeoti lyram, illa concinnarem, & pangerem, in quae splendidior harmoniae dulcedo, & argumenti elegantia prorsus adfulget, & etiam in gravissimo coetu audacter adsurgens illa tibi decantabo.

Τῷ διδασκάλῳ, κυρίῳ Νικήτᾳ, τῷ τῦ Σεῤῥῶν.

ΕΠΙΣΤ. θ'.

ΚΑΙ ὁ τοῦ εὐαγγελίου τῆς ἀληθείας ἐξηγητὴς, ἑάλως διαψευδόμενος, ἢ ἄλλό τι. τὸ σὸν καὶ οὐ ψεῦδος θησόμεθα. οἰκονομίαν δηλαδὴ καταρτυθεῖσαν σοφώτερον, καὶ διὰ τῶν ἐπαίνων ὥσπερ χειρῶν τὸ παιδιῶδες ἡμῶν βαςάσασαν, κατὰ γῆς κυλιόμενον διὰ τὸν πρὸς τὰ πράγματα δυσαρέςησιν. καὶ τοῖς τῦ ἀγαπῶντος ςόματος

Nicetae Serrarum Episcopi Doctorum.

EPIST. IX.

ETiam tu, qui Evangelii veritatis interpres fueras, mendacio convictus es, aut aliquid aliud effecisti. Tua enim opera, non autem mendacia proponemus. Scilicet tuam rerum illam dispositionem absolutam quidem, & sapientissimam, quae dulcibus laudibus, non aliter, quam manibus, nostra puerilia pectora, & humi quidem devoluta, & fusa, ut taedio, & moroso tua opera effugiebant animo eduxerat, & suavissimis amabilis oris, osculis, & hilarissimo encomiorum concentu, repentes nobis lacrimas detersit, luctusque adsperos repulit. Ego quidem hac ratione opera enutrio, & alo. Neque enim te ita

1 μὴ μέλε οὖν) Scrib. μὴ μέλλε οὖν.

te ita ementiri constituerim, qui ad ipsam veritatem aliis dux ipse fueris, non magis, quam tenebris te involvi, qui aliis etiam face accensa praeiveras. Neque ita nostra te multo adspernari ludibrio, quasi illa quibus sunt constituta, penitus non videas Tamdem nec te talem exsistimabo, qui aliis auxiliari semper noveris, & ipso tu destituaris auxilio, & ut par est, in his, scilicet, quae ab ipsa rationis potentia effluunt. Quippe quum haec merito reluctatur, & declinato effugit studio, perperam cuncta decerno. Aut in hoc solum improbi nobis nihil possunt, vel iudicium evertere, & a veritatis scopo erroribus propulsare. Si autem aliquid profundius tibi meditaris, & propter hoc, multus in nostra encomia effunderis, uberrimam, & voluntariam dilectionis pluviam ab alto suscipiens, aethere illud, & in nos aliquantulum deriva, & explica, qui etiam altam Dei profunditatem, divino populo, sacro spiritus flatu manifestas. Nisi quod praecipue, ut horum dierum opera sunt, penitus aliena, & peregrina mihi illa videntur, quando, quia iniustitia, & scelera nimis aucto accrescunt cumulo frigente, & pene extincta dilectione, nos mutuo rabido dente commordemus, & funditus devoramus. Atque etiam hoc mihi omnino difficile, & laboriosum videtur non in laudatorem aliquem incidere, sed in maledicum modicum. Et ille nobis probus erit, non qui beneficia in nos contulerit, sed qui aliquid detrimenti, & noxae nullo modo in nos deflexerit. Simpliciter quidem beatus est ille, non qui virtutis est divinus praestantia, sed qui vitiis, & scelere nihil secum daemoniacum contraxit. Tu igitur sic te praesta, & felicitatis sic viam perage, & a malis penitus esto diversus. Hoc etenim decet quidem. Mei autem fratres, atque tui discipuli, hanc tuam mirificam honoris gravitatem amplectuntur, & colunt, & quod quodammodo diceres, te, ut tui legitimi deosculantur; & quidquid illis praeceperis, se perficere, facile tibi annuntiant. Atque hoc tamdem nobis, & his deprecare, ut tentationes, quae nos circumquaque distrahunt, penitus evellantur.

ἱλαρωτέροις φιλήμασι, καὶ ταῖς τῶν ἐγκωμίων καταψήσεσι, κλαυθμυριζόμενον παύουσαν. ἐγὼ μὲν οὕτως τὰ πράγματα διαιτῶ. οὔτε γάρ σε ῥαδίως οὕτω ψεύδεσθαι θέμιν τὸν πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῖς ἄλλοις ἡγούμενον, οὐ μᾶλλον ἢ σκοτίζεσθαι τὸν ἑτέρους φωτίζοντα. οὔτε τὸν ἡμετέρων οὕτως ἀλογεῖν, ὥστε μὴ εἰδέναι ἐν οἷς τετάχαται, εἰδότα ϗ βοηθεῖν πάντως, λείπεται, βοηθεῖν ϗ ὡς ἔνεστι. τόδε ἐστι διὰ τῆς τοῦ λόγου δυνάμεως. ἄρα τί τῆς εἰκότως ἐκνεύσας παραψηφίζομαι, ἢ τοῦτό γε μόνον ἀδυνατοῦσιν οἱ πονηροὶ παρασφαλῆναι ἡμῖν τὸ κριτήριον. εἰ δέ τι βαθύτερον ἄλλό σοι διεσκόπηται, καὶ διὰ τοῦτο πολὺς ἐῤῥύης ἐν τοῖς καθ' ἡμῶν ἐγκωμίοις, τὴν τῆς ἄνωθεν ἀγάπης ἑκούσιον βροχὴν ἀθρόαν δεξάμενος, ἐξήγησαι τοῦτο ϗ ἡμῖν, ὁ καὶ τὰ θεοῦ βάθη τῷ θείῳ λαῷ ἀνακαλύπτων διὰ τοῦ πνεύματος. πλὴν ὅπως ἂν ἔχοι τὸ πρᾶγμα τῶν νῦν ἡμερῶν πάντως ἀλλότριον ἐμοὶ φαίνεται, ὅτε διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, τῆς ἀγάπης ψυγείσης, δάκνομεν ἀλλήλους, καὶ κατεσθίομεν. ϗ παγχάλεπον οὐχ ὅπως ἐπαινέτῃ περιτυχεῖν, ἀλλὰ ϗ λοιδόρῳ μετρίῳ. καὶ ἀγαθὸς ἡμῖν, οὐχ ὁ τῶν κεχαρισμένον ἐπιδιδοὺς, ἀλλ' ὁ τῶν μὴ κακούντων ἐπιδαψιλευόμενος. ἁπλῶς τε μακαριστὸς, οὐχ ὁ τὴν ἀρετὴν θεῖος, ἀλλ' ὁ μὴ τὴν κακίαν δαιμονιώδης. σὺ μὲν οὖν, οὕτως ἔντεινε ϗ κατευοδοῦ, καὶ διάφερε τῶν κακῶν. ἔξεστι γάρ. οἱ δὲ ἐμοὶ μὲν ἀδελφοὶ, σοὶ δὲ μαθηταὶ, προσκυνοῦσι τὴν σὴν τιμιότητα, ϗ πῶς ἂν εἴποις γνησιώτατα κατασπάζονται. ϗ τὸ ἐπίταγμα κατανῦσαί σοι ἐπαγγέλλονται, μόνον ἐπεύχου ϗ τούτοις ϗ ἡμῖν τῶν περιστώντων πειρασμῶν ἔκβασιν.

Io. Ophiomacho,

EPIST. X.

EGO quidem, hoc idem laboris in te sum perpessus, o pulcer Ioannes, quod lepores in ranas, ut fabullae testantur. Nam reliquum omne tempus miserum, mei ipsius timorem, mollesque cordis desidias, semper deflevi, & propter has cava terrae penetralia mihi effodi dignum censui. Nunc quia te timidiorem inveni, cristas erigo, & ad te parum superbe grediens, ut Salaminius ille Heros, cum fastu accedo. Quid igitur, o vir admirabilis, ita, ad harum rerum conspectum exhorruisti, quum nos harum strenui fraudibus, dirisque calamitatibus obnoxii, etiam delectemur, ad quae nos omnino imparati sumus, nulloque conflati, & efficti robore. Nosti quidem nostrae vitae statum, & quo otio, quibusque incommodis nos deterat. Etenim solos libros redolet, & prisci moris statuta, quae cum hoc novo vivendi modo, atque efficaci strenuae solertiae dolo, nihil mutuo inter se commune habent. Verumtamen pertuli, & constans permansi. Tu autem quo pacto effugis, & quasi improbus, & segnis miles in agmine,

Τῷ Ὀφεομαχῷ.

ΕΠΙΣΤ. ι.

ΕΓΩ δὲ τοῦτ' ἐκεῖνο πρός σε, ὦ καλέ Ἰωάννης, πέπονθα, ὅπερ οἱ λαγωοὶ πρὸς τοὺς βατράχους μυθεύονται. τὸν γὰρ ἄλλον ἅπαντα χρόνον τὴν αὐτὸς ἐμαυτοῦ δειλίαν ἀποκλαιόμενος, ϗ διὰ ταύτης ἀξιῶν εἰς μυχὰ γῆς κατορύττεσθαι. νῦν ἐπειδή σε δειλότερον εὗρον, αἴρω τε τὸν αὐχένα, ϗ μακρά σοι βαίνω κατὰ τὸν Σαλαμίνιον ἥρωα. τί γὰρ δήποτε, ὦ θαυμάσιε, οὕτω πρὸς τὴν θέαν τῶν πραγμάτων ἐξέπληξαι, ὧν γε ἡμεῖς τὴν κακίαν ἐνεργὴν ὑφιστάμενοι χαίρομεν, καί τοι γε παντάπασιν ὄντες πρὸς ταύτην ἀπαράσκευοί τε καὶ ἀσυγκρότητοι. οἶσθα τὸν βίον ἡμῶν, ὅπως εἶχεν ἀπραγμόνως ϗ ἀνωφελῶς. ϗ τί γὰρ. ἢ βιβλίων ὄζε ϗ πολιτείας ἀρχαίας, τῷ νέῳ τούτῳ βίῳ ϗ δραστηρίῳ μηδὲν ἐχούσης κατάλληλον. ἀλλ'

haec

ὕτλω, καὶ ἔμανα. σὺ δὲ τῇ φεύγεις μετὰ νῶτα βαλὼν κακὸς ὡς ἐν ὁμίλῳ. τί πρὸς τὸν τῶν ἁρμάτων ἀποδειλίασας κρόταλον. οὐκ ἔχουσιν ἐπιβάτην, οὐ παραιβάτην, οὐ μαχητὴν ἵπποι. φέρονται μόνον κενὰ ὄχεα κροτέοντες, ἀνηνιόχητες καὶ ἄτακτοι. ὑπόστηθι τὴν φοράν, ἀντίστηθι, καὶ αὐτίκα τοῦ δρόμου πεπαύσονται. ἤδη καὶ περιποππύσας ἐπιβήσῃ ἐπὶ τοὺς ἵππους, καὶ ἡ ἱππασία σου 1 σωτηρία; ἆρα μή σοι γρίφους κατέλεξα, καὶ αἰνίγματα, καὶ χρῄζεις τῆς διαλύσεως; ἢ πρὸς τὸν λαβύρινθόν σε κατήγαγον, καὶ δεῖ σου τοῦ μίτου τῆς Ἀριάδνης, πρὸς τὴν ἄνοδόν τε καὶ ἔξοδον; ἐγὼ μὲν, οὐκ οἶμαι, αὐτόθι γὰρ οἶδας τὰ Βουλγάρων εἶναι πράγματα ταῦτα, ἅπερ ὁ τὴν ἀρχὴν θαῤῥήσας εἴδωλα πολέμου κατόψεται. εἶτα καὶ κατακυριεύσει τούτων, καὶ σώσει ταῦτα, καὶ σωθήσεται τὸ μέρος ὡς ἔνεστι. καὶ τόσῳ μᾶλλον, ὅσῳ καὶ Θεὸν ἔχειν σπουδάσει σύμμαχον, ᾧ τὸ ποιεῖν δίκαια μᾶλλον ἀρεστὸν, ἢ θυσιῶν αἷμα, Σολομῶντος εἰπόντος ἐμάθομεν. δι᾽ οὗ καὶ αὐτὸς τούτῳ ἀρέσειας, ἀνδρῶν ἐμοὶ φίλτατε καὶ χρηστότατε, ὡς ἂν ἀξίως τοῦ παιδευσαμένου σε λόγου καὶ θρεψαμένου πολιτευσάμενος, καὶ τὰς ἐμὰς ἀκοὰς εὐφραίνων. δόξαν οἰκείαν τὴν σὴν ὡς ἀγαπητοῦ υἱοῦ εὔκλειαν, καὶ τὸν δίκαιον θεὸν ἔχοις τὴν κραταιὰν αὐτοῦ χεῖρα τῆς σῆς κελεύσεως ὑπερέχοντα, καὶ τηροῦντά σε πάσης ἀνώτερον κακώσεως καὶ κακώσεως.

haec post terga relinquis. Quare ad confusos curruum strepitus timuisti. Equi quidem nullum vectorem habent, nullo acri sessore superbiunt, nullo pugnaci milite horrent, Solum enim rapido cursu illa vehicula trahunt, nullis adstricti habenis, nulloque domiti magistro. Illorum motus tu siste, illis adversare, & statim a cursu cessabunt. Iamque blandienti sibilo in equos scandes, tuusque equitatus sic erit incolumis. Nos equidem tibi Griphos, aut coeca retulimus aenigmata, & harum solutione rerum indiges? Aut te in labyrinthum adduxi, & tibi Ariadnae filo opus est, ut probe ingressum, & exitum viae calleas? Ego vero non id arbitror, nam ibi tu nosti, hos esse Bulgarorum conatus, haec studia, quae, qui Imperii sceptrum audacter ambit, quasi rigidi belli simulacra intuebitur. Deinde & illorum dominabitur, & haec quidem omnia conservabit, & ipse, quantum in ipso erit, ut decet, etiam certum incolumitatis statum adsequetur. Et hoc tanto magis, quanto sibi Deum opitulatorem habere conatus fuerit. Cui iusta opera magis cordi sunt, quam victimarum sanguit, ut Salomone docente didicimus. Quocirca, & ipsi etiam placuisti, o virorum mihi dilectissime, atque utilissime, quasi te, ipse rationis cibus recta vivendi institutione educaverit, & enutriverit, tuque meas aures plena hilaritate perfuderis. Tuam vero propriam gloriam, quasi dilecti filii inclitam, Deumque tibi iustum, semper habebis propitiatorem, & suam potentem manum, ad tuas ipsius preces inclinantem, teque aerumnis, & casibus omnibus eripientem.

Prov. 21. 1. Psal. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus.

Τῷ μητροπολίτῃ Θεσσαλονίκης, κυρίῳ Θεοδούλῳ.

ΕΠΙΣΤ. ιά.

ΤΟῦτο μόνον ἔχοντες εἰς παράκλησιν, πανίερε ἀδελφὲ καὶ δέσποτα, ἐν ταῖς πονηραῖς ταύταις ἡμέραις, τὸ ἀλλήλοις προσφέγγεσθαι, καὶ τὰς ἀλλήλων ἐπικαλεῖσθαι εὐχὰς κατὰ τῶν λοιπούντων 2 συμμάχους, προσαγορεύομέν τε τὴν ἁγιότητά σου διὰ τοῦ παρόντος γραμματίου ἡμῶν, καὶ ἀξιοῦμεν ἣν ἔχεις βοήθειαν ἐπιπέμπειν τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν, ὥσπερ στρατιώτῃ ἄλλως τε ἀσθενεῖ, καὶ καὶ καμόντι, σθεναρὸν καὶ ἀκμῆτα σύμμαχον. τὰς σάς φημι χεῖρας. αἳ μόνον ἀρθεῖσαι, καταβαλοῦσι τὸν Ἀμαλὴκ, τὸν τοῖς τοῦ Θεοῦ ἐμποδὼν ἱστάμενον, καὶ τὴν εὐθυπορίαν ἀνείργοντα. πάσας γὰρ ὁδοὺς καταλαμβάνων, ταπεινοῦν σπουδάζει τὸν βασίλειον ἱεράτευμα, τὸ κράτιστον τοῦ κυρίου σχοίνισμα. οὐκ ἀγνοεῖς τίς ἐστιν οὗτος ὁ ἀπ᾽ ἀρχῆς ἀποστάτης καὶ τραχηλιαστὴς, ὁ τοῦ κόσμου τύραννος. κατὰ τούτου σε καλοῦμεν, τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπε. καὶ γένοιτο καὶ ἡμῖν, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπ᾽ αὐτοῦ τυραννουμένοις, διά σου λυπούντων εὑρέσθαι ἄνεσιν. τάχα δὲ καὶ αὐτός τι μέγα τῶν σῶν εὐχῶν ἀπολαύ-

Domino Theodulo Metropolitano Thessalonicensi.

EPIST. XI.

HOC solum nobis consolationis est, Sanctissime Frater, & Domine, his tam improbissimi saeculi diebus, ut scilicet mutuo possimus colloqui, & nostras preces, ut mutuum adflictorum, & moerentium praesidium, in nostrae tristitiae auxilium provocare. His autem praesentibus literis tuam egregiam sanctitatem blande quidem compellamus; petimusque vicissim, ut tuum hoc summum adiumentum, quod tecum habes nostrae infirmitati, quasi cohorti tum debili, tum extremo laboranti periculo, veluti validissimum, & potentissimum opitulatorem emittas. Tuas inquam manus, quae solum compactae, & firmatae, saevum Amalec evertunt, & fundunt. Qui Dei famulis summo robore obsistit, & rectum itineris callem, aequamque virtutis viam dire occludit. Nam omnia comprehendens compita, viarumque meatus, regale sacerdotium, quod potentissimum Domini est praedium, atque portio, deprimere funditus intendit. Non quidem ignoras quis hic sit, qui a principio iam fuit apostata, & excussa cervice superbos extulit fastus, totius scilicet mundi Tyrannus. Contra hunc quidem te vocamus, o Dei homo, & utinam iam eveniat nobis, & omnibus illius tyrannide pressis, & fusis, tua ope, planctuum, & moeroris finem posse aliquem invenire. Statim quidem ipse magnu tuarum precum fun-

1 καὶ ἡ ἱππασία σου) Scr. καὶ ἡ ἱππασία σου. || 2 κατὰ τῶν λοιπούντων) Scr. κατὰ τῶν λυπούντων.

fungeris bono, non hac ratione solum, quia nunc communes nobis calamitatem perferens dolores, rursus etiam nobiscum nostro permisceberis gaudio, sed quia privatim multis tu ipse obiectus, & pervolutus tristitiae spinis, indigebis, & qui te illis eximat, & quum adfuerit, non parum tibi praebeat adminiculi.

σεις οὐ ταύτῃ μόνον, ὅτι νῦν τοῖς ἡμετέροις συναλγῶν συνηθήσῃ καλῶς ἔξουσιν αὖθις, ἀλλ' ὅτι καὶ ἰδίᾳ πολλαῖς ἐμπαρὰς καὶ αὐτὸς τῶν λοιπόντων 1 ἀκάνθαις χρήζεις τε τῆς ἐξαιρέσεως τούτων, καὶ γενομένης οὐ μικρὸν ἀποίσῃ τὸ ὄφελος.

Caesari.

EPIST. XII.

DOmine mi Sancte, tuae litterae, quae laeto consolationis rore perpetuo madent, & stillanti effluunt solatii nimbo, quae praecipue nuper ad me perlatae sunt, omnibus anxietatis, & timoris fluminibus pectus meum inundarunt, atque immerserunt, ut docuerunt, te corpore misere, & male fuisse adfectum, & animam tuam terrificem moeroris, & tristitiae Cetos absorbuisse, lamentabili illo interitu Sebastocratoris, qui citra controversiam, omnes, gestarum gloria conspicuus evincebat. Certe quidem statim illum perspexi utriusque apud Deum medicinae, & salutis modum posse invenire, qui animae pater est, & corporis conditor. Et hanc, ut filiam, suavibus lenociniis, & mellea hilaritate, diris planctibus spoliavit. Et suam sobolem tamdem firmabit, illi virium fulcra immittens potentissima. Vtique in hunc oculos converti, simul anxietudinis, & tristitiae flumen cessavit, retroque compulsum stetit. At ut in te magnanimum, & gravi mentis lumine splendentem conspexi, & congenitam animae vim sum meditatus, protinus in arido mihi puppis constitit. Animo enim reputavi meo, tuae mentis magnitudinem infortunia quaeque meliorum eventuum esse existimasse materiam, & miseros corporis luctus, memoriam quamdam, ut quidem revera est, te merito ducere, atque ita te esse instructum, ut adfirmares non omnia huic obsequi, cuius furentem fluxum non possumus continere, etsi multum sapientiae, & potentiae robur toto conflaverimus conatu, ita ut hoc quidem enixe cogitemus, illa vero quaelibet remorantia obstacula illi sedulo opponamus. Sed solum impensius omne illi obiicere studium, ne totum dicam ministerium eorum, quae nobiscum diviniora sunt, & in nos fortius dominantur, & quod constitutum est dominari prius eorum quae ornatui nobis sunt, deinde eorum, quae ipsum participant rationis usum, & quod nobis solum stabile, & firmum habemus, & quasi ex interitus experte, & nullo modo labili, & caduco constans, & immortale. At adfinis tui Imperatoris mortem (cuius sanctitatis virtutes omnes, & gratias, ego ipse potissimum sum expertus, unde planctu dignus, & perpetuo luctu mihi ille videtur, si alicui alteri etiam) illam inquam modo in expeditam animi promtitudinem accipies Nam prorsus arbitror te, iuxta paroemiae sermonem, quo non minorem sapientiam habes, quam Regnum, opera tua, in vitae exitum, & ipsam tui corporis naturam disponere, atque parare. Et simpliciter quidem omne incostans iudicium, quod solum immobile, & stabile, quod in adsiduo est motu, & lapsu volvit, veluti quosdam indices, & signa praevia futuri te esse existimare. Maxime autem nunc quasi quae proxime praecurrant, & ut proprius loquar veluti iam facem praeferentem videas, illique pareas, quantum vel ipse, te nil tale spe-

Τῷ Καίσαρι.

ΕΠΙΣΤ. ιβ'

ΔΕ'σποτά μου ἅγιε, ἀεί μοι τῶν σῶν γραμμάτων τῶν δρόσον ἐνσταζόντων τῆς παρακλήσεως, τὸ ἔναγχος τοῦτο διακομισθὲν, ποταμοῖς ὅλοις τῆς ἀθυμίας τὴν ἐμὴν καρδίαν ἐπέκλυσε, ἀναδιδάξαν ὅπως τό τε σῶμά σοι πονήρως πέπρακε, καὶ ἡ ψυχὴ τῷ κήτει κατεπόθη τῆς λύπης, διὰ τὸν τοῦ ἐν πᾶσι παραμίλλου τοῦ σεβαστοκράτορος θάνατον, ἀμέλει καὶ πρὸς Θεὸν εὐθὺς εἶδον τὸν ἄμφω δυνάμενον ἐξιάσασθαι. ὃς καὶ ψυχῆς ὢν πατὴρ, καὶ σώματος κτίστης, καὶ ταύτην ὡς τέκνον παύσει κλαυθμυριζόμενον τοῖς ἱλαρωτάτοις μειλίγμασι. καὶ τὸ κτίσμα στηρίξει δοὺς τῆς ἰσχύος ἀντέρεισιν. ἅμα τε οὖν εἶδον πρὸς τοῦτον, καὶ ἡ πλείων τῆς ἀθυμίας ἀνεκόπη ἐπίῤῥοια. ὡς δὲ καὶ πρὸς τὸ σὸν ἀπέβλαψα 2 μεγαλόγνωμον, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς φυσικὴν ἰσχὺν κατενόησα, ἐκάθισέ μοι ἡ κιβωτὸς ἐπὶ τῆς ξηρᾶς. ἐλογισάμην γὰρ, ὡς τὸ μεγαλεῖον τοῦ σοῦ νοῦ τὰ συμπεσόντα τῶν βελτιόνων ὕλην ποιήσεται. τήν τε τοῦ σώματος ταλαιπωρίαν ὑπόμνημα, ὥσπερ δὴ καὶ ἐστὶν, ἡγήσεται. καὶ παιδευθήσεται, μὴ πάντα τούτου χαρίζεσθαι, οὗ τὴν ἀποῤῥοὴν ἀμηχανοῦμεν στῆσαι, κἂν ἐπὶ μέγιστον ὀρθῶμεν σοφίας τε καὶ δυνάμεως. ὡς τῇ μὲν, περινοεῖν. τῇ δὲ, πορίζειν τὰ στήσοντα. ἀλλ' ἐκείνῳ διδόναι σπουδαιότερον, ἵνα μὴ πᾶσαν λέγω τὴν λειτουργίαν τῶν ἐν ἡμῖν θειοτέρων καὶ δεσποτικωτέρων. καὶ ὃ βασιλεύειν ἐτάχθη τῶν ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς κόσμῳ πρώτως, εἶτα καὶ τῶν ἐκτὸς ἀλόγων. καὶ ὃ μόνον βέβαιον ἔχομεν, καὶ ὡς ἐκ τοῦ ἀῤῥεύστου καὶ ἀνωλέθρου, ἄῤῥευστον καὶ ἀνώλεθρον. τόντε τοῦ συγγενοῦς βασιλέως θάνατον, οὗ τῶν τῆς ἀγαθοσύνης χαρίτων μάλιστα πάντων αὐτὸς πεπείραμαι. ὅθεν καὶ πενθητέος ἐμοὶ ἐκεῖνος, εἴπερ ἄλλῳ τινι. καὶ τοῦτον γε δέξῃ ἑτοιμαστήριον. καὶ πάντοτε μὲν γάρ σε πιστεύω κατὰ τὸν τοῦ παροιμιαστοῦ λόγον. ᾧ τὴν σοφίαν οὐχ ἧττον ἢ τὴν βασιλείαν ἔχεις ταυτὸν, ἑτοιμάζειν τὰ ἔργά σου εἰς τὴν ἔξοδον, καὶ αὐτὴν τὴν τοῦ σώματος φύσιν, καὶ ἁπλῶς, πᾶσαν τὴν ἀστατοῦσαν κρίσιν, καὶ μόνον ἀκίνητον τὸ ἀκίνητον ἔχουσαν, οἷόν τινας προδρόμους τοῦ πάντως ἐλευσομένου ποιούμενον. μάλιστα δὲ νῦν ὥσπερ

1 λοιπόντων) Iterum scrib. λυπόντων. 2 ἀπέβλαψα) Scrib. ἀπέβλεψα.

ἐγγυτέρως προσδεχόμενος, καὶ ἵν' οἰκειότερον εἴπω, λαμπαδηφόρα πειθόμενον, ὅσον οὐκ ἤδη παρεῖναι τὸν προσδοκώμενον, καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον ἑτοιμαζόμενον, ὥστε σαυτοῦ περιποιήσασθαι τὸ ἀτάραχον. οὕτως ἐγὼ παρὰ τῆς βασιλείας σου λογισάμενος, οἷα δὴ αὕτη ἀμήχανος, πάντα διατιθεῖσα καὶ τὰ πικρὰ πρὸς τὸ ἥδιον, καὶ τὰ ἀσχήμονα πρὸς τὸ κάλλιον. ἐκ τοῦ τῶν τῆς ἀθυμίας πολλῶν ὑδάτων κατακλυσμοῦ οὐδὲ πηλὸν ὅλως ἐναπολελειμμένον ὁρῶ τῇ καρδίᾳ μου. πάντα γὰρ ὁ ἥλιος ἀποξηράνας ἐννοηθῆς μοι μόνον ὅπως διατεθήσῃ πρὸς τὰ συμβάντα. τί δὲ οὐ μέλλεις καὶ πᾶν ἀηδὲς ἡδέως διὰ τὸ μεγαλόψυχον δέχεσθαι, ὅς γε καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους τινὸς οὐκ ὄντας ἀηδεστέρους ἡδίους εἶναι πάντων ψηφίζεις. καὶ ὁμολογεῖς ὁ ἀετὸς τοῖς κρωγμοῖς τῆς κορώνης θέλγεσθαι. καὶ τοὺς παρ' ἡμῖν ἰχθύας πιστεύεις ἐπίσης τοῖς ἐμοῖς λόγοις ἡδεῖς σοι γεγενημένους ἀνεγείρειν πρὸς πᾶν ἄλλο νεκρωθεῖσαν τὴν ὄρεξιν. σὺ μὲν οὖν ἀξίως φθέγγῃ τῆς σῆς χρηστότητος, σαυτὸν μᾶλλον ὑψῶν. οἷς συγκαταβαίνων αἴρεις τὴν ἐμὴν χθαμαλότητα. ἡμεῖς δὲ σύνισμεν ἡμῖν αὐτοῖς οὔτε λόγοις οὔτε ἔργοις οὐδὲν θελκτήριον ἔχουσι. πλὴν ἀλλ' ἐσάλησαν ἰχθύες. οἱ μὲν, ἄρτοι ταρίχευτοι. οἱ δὲ, ἀρτιδίοις ἐνωπτημένοι. καὶ ἡδυνθείη μέν σοι ἡ διαλογή μου, ἣν ποιοῦμαι διὰ τάδε τοῦ γράμματος. ἡδυνθείησαν δὲ μᾶλλον τῇ ὀρέξει σου οἱ ἰχθύες. ὡς καὶ ἀποστολὴ καὶ εὐλογία τῆς τῶν ζωοδότην ἡμῖν ἀποτεκούσης ἐν σώματι. ἀναζωώσαιεν ταύτην, καὶ ἐνίσχυσις τῷ σώματι γένοιντο, πρὸς τὴν τῶν κατὰ φύσιν ἐνεργειῶν εὐστάθειαν ἐπαγάγοντες. ἐπεὶ καὶ ὁ ἀριθμὸς τούτων τῆς κατὰ φύσιν τελειότητος σύμβολον. εἴπερ δεκάδος μὲν τὸ τέλειον. ἡ δὲ φύσις πενταδικὴ διὰ τὴν ὕλην ἐν τῇ τετράδι τῶν στοιχείων θεωρουμένη, καὶ τὸ εἶ ἐξ ὧν πάντα τὰ καθ' ἡμᾶς φυσικά.

sperantem adesse animadverterit, & ob hoc quidem magis paratum, & expeditum, ita ut nec tibi ipsi terrori, nec perturbationi esse potuerit. Ita & ego imperium tuum ratione certa expendi, & quam sit eius magnitudo, sine ullo fuco, & arte simplex, quae omnia, quae amara sunt, & acerba, suavia sibi & iucunda, & quae deformia pulcerrima esse constituit. Ex illa autem ingenti inundatione, quae multis, & rapidis anxietatis, & tristitiae aquis accrevit, ne lutum quidem in anima mea relictum video. Nam veluti Sol omnia exsiccasti, & hoc solum excogitasti in me quomodo videlicet ad omnes casus, dubiosque rerum eventus me constitueres. Quid enim, nonne omne iniucundum, & durum laeto animo, ut est tui pectoris magnitudo, es suscepturus? Qui etiam sermones meos, etsi nihil habentes molestium, & acre omnium suavissimos esse voves. Atque fateris te, qui elegans aquila es, & sublimis, aspero cornicantis rostri strepitu demulceri, & nostros pisciculos, credis, cum meis sermonibus aeque dulces effectos, adpetitus sensus, qui ad omne aliud omnino demortui sunt, posse excitare. Tu autem quae digna sunt tua sanctitate, & loqueris, & excogitas. Te ipsum maxime extollis, & quibus aliquantulum te demittis, meam humilitatem penitus in sublime effers. Nos vero, neque sermonibus, neque operibus nihil delinimenti, & blanditiarum habentibus, nobis ipsi conscii sumus, nisi iam aliud nobis pisciculi instillaverint. Quorum hi quidem panes conditi sunt, hi vero panibus incocti. Et forte tibi haec dissertatiuncula, & colloquium, quod hac Epistola necto iucundum erit. Vel praecipue tuo adpetitui, & sensui, pisciculi valde fuerunt suaves, quasi munus, & sacrum beneficium Virginis, quae vitae datorem nobis in corpore peperit. Hoc quidem reviviscere facient, & corporis vires, & robur erunt, illud in constantem efficacis operae naturam adducentes. Quoniam & horum numerus, cuiusdam naturae perfectioris symbolum est. Siquidem denarius summa est perfectio. Et ipsa quidem natura, ob obiectam materiam, quam in quatuor elementorum meditamur compagine, pentade constat, & quinaria esse fertur, & omne id est, ex quo, cuncta, quae in nobis naturalia sunt, componuntur.

Τῷ Σεμνῶν.

ΕΠΙΣΤ. ιγ'.

ΚΑίκεν τὸ βουλοίμην, καίκεν πολὺ κέρδιον ἦεν, ἱερωτάτη μοι κεφαλὴ, ἐν θανάτοις ἑτέρων οἱ κακοῦντες πρὸς τὸ ἀνθρωπινώτερον ἡμᾶς συνεστέλλοντο. νῦν δὲ οὕτως εἰσὶν ἄτρυτοι τὴν κακίαν, ὥστε μᾶλλον ταῖς πληγαῖς κατὰ τὸν Αἰγύπτιον ἐκεῖνον κατασκληρύνεσθαι καὶ οὔπω τοῦτο ἂν ἀνδρικὸν, εἰ ταῖς τῶν οἰκείων, ἀλλ' ἤδη καὶ ταῖς σφῶν αὐτῶν, καὶ ὅ φασι πολλὰ τῶν θηρίων ἐπειδὰν τρωθέντα ποιεῖν, ἀφειδοῦντα μᾶλλον ἑαυτῶν, ἐπιπηδᾶν τοῖς τραύμασι θυμικώτερον, ὡς ἂν ἐπειδὴ παθεῖν μέλλοιεν, καὶ δράσαιέν τι τοὺς πολεμοῦντας. ἐν βούλει δέ μοι, ὃ τὸν Ἀντίπατρον Ἡρώδην ἱστοροῦσι, νεανιεύσασθαι ἐπιθανάτιόν τι κατόρθωμα, καὶ τῆς ἐκείνου θηριωδίας ἄξιον, συναγαγόντα πάντας τοὺς τῶν Ἰουδαίων λογάδας εἰς τὴν τῶν βασιλέων αὐ-

Semnarum Episcopo.

EPIST. XIII.

EQuidem hoc cuperem, & multo quidem utilius esset, Vir sanctissime, si aliorum morte, & caedibus, qui infligendis plagis, & cladibus inhiant, in maiorem in nos humanitatem & mansuetudinem adiguntur. Nunc autem ita flagitiis nefariis, & sceleribus sunt indefessi, & effracti, ut ipsis plagis, quemadmodum ille AEgyptius ad mala saevius recrudescant, & exasperentur. Et nondum hoc illis satis, ad strenuitatem est, si domesticorum, & proximorum caedibus, sed iam si suis ipsorum casibus crescant, & quod dicunt etiam plures feras, postquam vulneribus variis effossae fuerint, maxime nec sibi ipsis, parcentes, ad truculenta vulnera, animosiores insurgere, & ingruere compellunt, ac si quia mortem fuerint passurae, ipsos adversarios pertimescerent. Si vero mihi concedis, quod de Antipatro Herode historiae referunt, facinus fuisse aggressum sevissimae morti obnoxium, & certe illius feritate dignum. Nam cum omnes Iudaeorum lectas cohortes congregas-

set, & in Regiam aulam invexisset, confestim omnes, quasi victimas, & sacrificia mactavit, ut, inquit, nulla Iudaeorum domus, si a luctu quodammodo cessaret, in meam mortem, laetantes ederet plausus. Talia quidem hisce diebus, hos Herodianos, & haec ferina corda reputare, & excogitare arbitror, & excitatos, & compulsos irritari, & saevire, & etiam vel defunctos penitus, & terrae abditos sulcis, vitia, scelera, & immortale flagitium manifestare. Qui & quanto propius praevident divina accedere flagella tanto plures vastare, & diripere conantur. Vt quam primum illa decesserint, neque proprium ipsorum interitum videant, neque hoc modo illudere, & irridere possint, sed & omnino illud confusionis truculentae tempus continere illi, quos perpetuo ingemere, & diro moeroris tabo confici statuerunt. Si quidem quemdam daemonum speras, aut hoc pacto persuasum, aut ipsa divinae bonitatis administratione coactum, & deflexum, quam sibi constituerit cladem immutare, etiam sperare potes, hos nostros acerrimos tortores, severioribus variae sapientiae viribus, asperam posse vindictam mitigare. Si autem illud fieri non potest, quomodo hoc posse effici pernoscam, non habeo. In his etenim omne flagitii genus, vitiique robur, ipso corporis habitu accrescens, iam naturae vires suscipit. Quemadmodum ex eorum operibus intelligimus. Nisi quod nos fas est facere, quod nos decet. Quippe facilem operis exitum, & emendatos mores ab illis semper precari. Etenim postquam Dominus Iudae renes scrutatus fuit, & illum nulli obnoxium correctioni invenit, non tamen cessavit bonitatis suae, & clementiae munera illi emittere. Ne igitur tu etiam cessa in hos aliosque, quos infirmos noveris, orare, cunctosque in compensationis aequale munus, & opus deflectere, si quando supra spem totis manibus lapidem traiiceremus.

λὴν, ἀθρόους κατασφάξαι ὡς ἱερεῖα, ἵνα, φησὶ, μηδεὶς οἶκος Ἰουδαίων πένθους ἄγων σχολὴν τῷ ἐμῷ ἐπικροτοίη θανάτῳ. τοιαῦτα τοίνυν δοκῶ μοι λογιζομένους τοὺς ἐν ταῖς νῦν ἡμέραις θηριώδεις καὶ Ἡροδιανούς. καὶ πληττομένους, προσερεθίζεσθαι. καὶ θανατουμένους, ζῶσαν τὴν κακίαν καὶ ἀθάνατον ἐπιδείκνυσθαι. ὅσῳ μᾶλλον ἐγγίζουσαν προορῶσι τὴν θείαν ἀπώλειαν, τοσούτῳ πλείους προσαπολλύναι σπουδάζοντας. ὡς ἂν προαπελθόντος, μήτ' ἴδωσι τὴν ἑαυτῶν ἀπώλειαν, μήτε ταύτῃ ἐπιγελάσωσι, καὶ σχῶσιν ὅλως τοῦ διαχυθῆναι καιρόν. οὓς ἀεὶ πενθεῖν καὶ σκυθρωπάζειν ἠβούλοντο. εἰ μὲν οὖν τῶν τινα δαιμόνων ἐλπίζεις μεταβαλεῖν τὴν προαίρεσιν πεισθέντα τοῦτ' ἢ βιασθέντα ταῖς οἰκονομίαις τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος, ἔλπιζε δὲ τοὺς ἡμετέρους δημίους ἀγαθυνθῆναι ταῖς αὐστηροτέραις τῆς πολυποικίλης σοφίας ἐπεξελεύσεσιν. εἰ δ' οὐ κἀκεῖνο, πῶς τοῦτο συνιδεῖν οὐκ ἔχω. καὶ τούτοις γὰρ εἰς ἕξιν ἡ κακία παγεῖσα, φύσεως δύναμιν ἔλαβε. ὡς, ἐξ ὧν, δρῶσι, συμπέιθομαι. πλὴν ἀλλ' ἡμᾶς τὸ ὀφειλόμενον δεῖ ποιεῖν, ἐπεύχεσθαι τούτοις ἀεὶ τὴν διόρθωσιν. ἐπεὶ καὶ ὁ κύριος ἐτάζων τοὺς νεφροὺς τοῦ Ἰούδα, ᾔδει μὲν αὐτὸν ἀδιόρθωτον. οὐκ ἐπαύετο δὲ τὰ τῆς ἀγαθότητος ἐνδεικνύμενος. μὴ παύσαιο τοίνυν αὐτός τε τούτων ὑπερευχόμενος, καὶ ἄλλους, ὅσους οἶδας εὐσθενεῖς, ἐπὶ τῷ ἴσῳ ἔργῳ παρακαλῶν. εἴ πως ὑπὲρ ἐλπίδας τῇ πολυχειρίᾳ τὸν λίθον μετακινήσαιμεν.

Citri Episcopo.

EPIST. XIV.

VEre quidem hoc spirituali robore, & spiritualia, & terrena, & omnia quae sunt in omnibus Deus occupat. Te quidem ipsum circumspice, Augustissime Domine, haec quidem quae in nostram vilitatem, tenuemque naturam sunt emissa, etsi terrena sint, nescio quid secum spirituale, involucro quodam innuere videntur. Nam unguentum ex odoriferis rosarum guttulis instillatum, in duabus vitreis amphoris emissum, huius me compaginis, & ossium structurae admonuit. Vt si corpus, & animam Diaphana, & perspicua quaedam, ut vitrum, ille effecerit, haec vasa effusi, & evacuati in nos unguenti constitueremus. Nosti autem omnino hanc quasi guttam, super terram stillantem, cuius quae adstricta est, & solida pars, suavi fragrans est odore. Est enim natura conservandi praedita. Et pars bonum spirans odorem, stipata est, & condensa. Non enim dissolvi potest. Nam iugum quidem habet, sed commodum, & utile. Etiam & pondus habet, sed leve, & suave. Et porro in dulcem inducit thalamum, sed per angustum viae callem. Et laetitia nos gestire iubet, sed trepidos nos & pavidos constituit. Ligna vero illa odorifera, frustra ita & abs re, a tua spirituali scientia sunt emissa. Sed nimis nos ipsi etiam desides essemus, & inepti, nisi hoc in loco aliquid spirituale comprehenderemus. Quatuor etenim quum haec ligna sint, quid aliud, quam lignum, in qua-

Gen. 5. 24.

Τῷ Κίτρου.

ΕΠΙΣΤ. ιδ'.

ΟΝτως τῷ πνευματικῷ πνευματικὰ καὶ τὰ κοσμικὰ, καὶ πάντα ἐν πᾶσιν ὁ Θεὸς τούτῳ γίνεται. ἰδοὺ γοῦν σοὶ καὶ αὐτῷ σεβασμιώτατέ μοι δέσποτα, τὰ πρὸς τὴν ἡμετέραν σταλέντα εὐτέλειαν. εἰ καὶ κοσμικά εἰσι, πνευματικόν τι αἰνίττεται. τὸ μὲν γὰρ ἐκ τῶν τοῦ ῥόδου σταγόνων μῦρον ἐν δυσὶν ἀγγείοις ὑελίνοις ἀπεσταλμένον, ἐνουθέτει τὴν ἐμὴν πώρωσιν, ὡς ἂν σῶμα καὶ ψυχὴ καθαρὰ καὶ διαφανῆ ὡς ὕελον ἐργασάμενος, ἀγγεῖα ταῦτα τοῦ κενωθέντος δι' ἡμᾶς μύρου ποιήσομεν. οἶδας πάντως τὸν ὡσεὶ σταγόνα ἐπὶ γῆς στάζοντα. οὗ καὶ στύφον εὐῶδες, σωτήριον γάρ. καὶ τὸ εὐῶδες στύφον, οὐκ ἄνετον γάρ. ζυγὸν μὲν γὰρ ἔχει, ἀλλὰ χρηστόν. καὶ φορτίον ἔχει, ἀλλ' ἐλαφρόν. καὶ αὖ εἰς νυμφῶνα ἄγει, ἀλλὰ διὰ στενῆς. καὶ ἀγαλλιᾶσθαι κελεύει, ἀλλὰ καὶ ἐντρόμῳ προστίθησι· τὰ δὲ εὐώδη ξύλα ἆρα ματαίως οὕτω καὶ ἀργῶς παρὰ τῆς πνευματικῆς σου σοφίας ἔσταλται. ἀλλὰ λίαν ἂν αὐτοὶ ἀργοὶ εἴημεν, εἰ μὴ κἀνταῦθα τὶ πνευματικὸν ἐννοήσομεν. τέτταρα γὰρ ὄντα τὰ ξύλα, τί ἄλλο, ἢ τε-

τραμερὲς ξύλον ἐδήλουν, ὁ τὴν σωτηρίαν ἡμῖν ἐργάσατο; ᾧ Παῦλος καυχώμενος, καὶ ἡμᾶς τοὺς τοῦ Χριστοῦ σταυροῦν τὴν σάρκα σὺν τοῖς παθήμασι καὶ τοῖς ἐπιθυμήμασι βούλεται. ἐδίδαξας οὖν προδήλως ἡμᾶς, ὅτι δεῖ σταυροῦν ἑαυτοὺς πᾶσι τοῖς κατὰ κόσμον ἡδέσι τε καὶ εὐώδεσι. καὶ εἴποι ἄν τις ἀστείως, ὡς τὰ σταλέντα καθ' ἑαυτῶν ἀπεστάλησαν. διὰ γὰρ τοῦ ἀριθμοῦ, ὡς εἴρηται, σταυροῦσθαι πρὸς τὰ τοιαῦτα βλαβερὰ διδασκόμεθα. μᾶλλον δὲ προσάγειν πάντα Θεῷ, καὶ διὰ τῶν τοιούτων εἰς ἐπίγνωσιν αὐτοῦ ἔρχεσθαι τοῦ κἂν τοῖς ἄλλοις ἀτίμοις ξύλοις τοσαύτην τιμὴν διὰ τῆς εὐωδίας φυτεύσαντος. καὶ πλέω δ' ἂν εἶχον γράφειν, ὅσα κατανόησά σε διὰ τῶν σταλέντων τὴν ἐμὴν διδάσκοντα ταπεινότητα, ἀλλὰ τί μοι τὸ ὄφελος. νοεῖν μὲν ταῦτα, μὴ πράττειν δέ. γένοιτο δὲ ταῖς σαῖς εὐχαῖς, καὶ νοεῖν με καὶ πράττειν τὰ δέοντα. καὶ τὸν ἐμαυτοῦ βίον ὀσμὴν ζωῆς ἀλλὰ μὴ θανάτου τῷ πρὸς ἐμὲ βλέποντι ποιμνίῳ παρέχεσθαι. ὃ καὶ μὴ παύσαιο ὑπὲρ ἡμῶν ἐξαιτούμενος.

quatuor dissectum partes manifestant, quod omnium nostrum salutem mire perfecit? In quo Paullus glorians, & nos qui *Christi sumus*, carnem, Gal. 5. 24. cum humanis adfectibus, & cupiditatum illecebris crucifigere suadet. Rom. 6. 6. Insigniter itaque nos edocuisti, decere quidem, cum omnibus, huius mundi voluptatibus, & iucunditatibus nos ipsos crucifigi. Sed forte aliquis urbane diceret. Haec quae missa sunt, in se ipsos vere sunt emissa. Nam iuxta numeri mysterium, ut dictum est, nos in haec mundi pericula, & imminentia damna crucifigi docemur. Maxime autem cuncta summo Deo referre, & talium rerum contemplatione, in ipsius veram cognitionem venire, qui, & si aliis ignobilibus lignis, tamen ob fragrantem odorem, tantum honorem impendit. Et plura quidem quae scribam, habui, scilicet, quaecumque perspexi te, ob ea, quae iam missa sunt, meam humilitatem, & abiectam naturae conditionem edocere. Sed quod mihi emolumentum est, quae utilitas, haec mente evoluere, & nullis tamen exsequi operibus. Tuis autem precibus & intelligere, & quod opus est, absolvere facile consequar, & meam ipsius vitam, vitae odorem habentem, non autem caecae mortis, vago gregi qui meis insistit vestigiis, qui in me oculos figit suos, exhibere. Quod praestare numquam cessabis, qui in nos praecipue ad haec semper es expetitus.

Τῷ Καματηροπούλλῳ.

ΕΠΙΣΤ. ιε.

ΕΙ' καὶ θανόντων περ καταλήθοντ' ἐν ἀΐδαο, ἀλλ' αὐτὸς γε καὶ θανόντα φίλον τὴν ὀφειλομένην χάριν ἐν τοῖς ὑπολειφθεῖσιν αὐτῷ καταθήσομαι. ἀμέλει καὶ τῷ τρισμακαριωτάτῳ ὑπερτίμῳ τῷ Ψελλῷ, καὶ παραμίλλῳ τὴν γλῶτταν, ὀφείλω μὲν, ὡς εἰκὸς, οὐκ εὐαποδότους χάριτας. πολλὰ γὰρ οἶδα τῆς μούσης τοῦ ἀνδρὸς ἀπονάμενος, οὐκ ἔχων δὲ ὅπως ὅλῳ τούτῳ χαρισαίμην τῷ μέλει αὐτοῦ, ὡς ἔξεστι, διὰ τῆς σῆς περὶ ἡμᾶς ἀγάπης, χαρίζομαι. ὁ γάρ τοι τὸ παρὸν ἡμῶν ἐγχειρίζων τῇ σῇ λαμπρότητι γραμματίδιον, θυγατριδοῦς μὲν ἐκείνου, πικρᾶς δὲ πειραθεὶς τῆς τύχης, συμφορᾷ κέχρηται. ὅπως οὖν αὐτῷ καταλλάξῃς τὴν τύραννον. εἰ γὰρ μὴ μόνον συνεύσειας, προσμειδιάσει τε τούτῳ, καὶ περιπλύξεται ἤ που καὶ τὴν αὐτοῦ εἰς τὸν κόλπον αὐτῆς εἰσαγαγοῦσα, δώσει τῶν ἀγαθῶν αὐτὸν δράξεσθαι. καὶ μή τί με οἴου ἄλλως ἀφοσιούμενον ταῦτά σοι γράφειν. ἀλλὰ γὰρ μήτε τῶν λόγων ὀναίμην, μήτε τοῦ ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῆς ψυχῆς μου θελήματος, εἰ μὴ ἐγὼ ταῦτά σοι ἐκ βαθείας καρδίας γράφω ἐλεῶ γὰρ τὸν νεανίαν, ὡς πάλαι ποτὲ ἐν ὀλβίοις ἰδών. καὶ τὴν τοῦ πάππου τούτου ψυχὴν δέδοικα, μήπως ὀνειδίσῃ ἐμοὶ τὸ σκληρὸν καὶ ἀτέραμνον. ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν τέως τοῖς ταῖς ἀριστεραῖς ἐρίφοις τὸ ἐπάνθρωπον ἐν κρίσει προφέροντα. εἰ γάρ μοι φανείη κατ' ὄναρ, καὶ τὴν γλῶσσαν ἐπαφήσῃ τὴν δωδεκάκρομον 1, ἄρα

Camateropulo.

EPIST. XV.

DEfunctorum etsi immemorem Plutonis in antro. Verumtamen ego defunctum amicum debita gratia, inter eos, quos ipse reliquit, perpetuo prosequar. Nimirum terque quaterque beatum, & eximium *Psellum*: qui citra controversiam linguae suavitate primas tenuit. Huic equidem ut fas est, quas nemo enarrare posset, neque posset referre, debeo gratias. Multa enim edidici, ex tanti viri Musa utilitatem decerpens non vulgarem. At quia penitus non habeo, quo pacto huius suavitati gratum, & beneficum me praebeam, ut decet, ob tuam tamen in nos dilectionem, & integrum amorem, aliquam grati animi significationem ostendam. Qui enim nostras has praesentes litteras, tuis splendidissimis committit manibus, illius quidem nepos est, & acerbo fati nunc depressus casu, ultimis fere calamitatibus adfligitur. Quomodo itaque cum hoc asperam, & tyrannicam fortunam reconciliabis. Nam nisi solum conspiraveris, & huic quidem illa adridebit, totamque se circumfundet, & alicubi huius sortem in suum ipsa sinum inducens, bona cuncta huic accipere indulgebit. At ne existima, me aliter, quam hac pietate obstrictum, haec ad te scribere. Etenim neque sermonis fructum perciperem, nec illo consilio tuo, quod in animae meae salutem impendisti, fungerer, nisi haec ex intimo cordis sensu ad te scriberem. Huius enim adolescentis misereor, quasi iam pridem inter beatos illos conspicerem. Etiam & huius avi animam timeo, ne forte mei cordis asperitatem, & immitem incuset, dureque increpet mentem. Nequeo etenim dicere, quantum infaustos haedos, benignitate, & humanitate in iudicio superabit. Si etenim mihi per somnium adpareret, & linguam duodecim effluentem scatebris contre-

1 δωδεκάκρομον) Scrib. δωδεκάκρουνον.

ctaverit, etiam num existimas, me tantis timoris spectrum, horridumque simulacrum, & sine stupore, & tumultu substinere? Si vero in alios ipsum Deum insinuaret, & proponeret, juxta Ps. 134. 21. Davidem, & si defunctum, magnae tamen Ierusalem protectorem, & si secus quam eius dignitas postulabat, vel siquidem & sine aliorum caedibus fuerit. Sed ad haec quod de illius Gratiarum venustate, & fulgore credam, & ipsa aequitate, & divino Dei numine, & dulci Pselli lingua constrictus. Sed jam ab his me custodi, & defende fati necessitatibus, & hunc tibi submissum, & subditum, quadam in servitute constitue. Nam cum harum multae tibi delatae, & expositae sint, facilius erit, si hoc non magis decuerit, hunc, tantis compressum cladibus, aliquo subsidio, & emolumento, a te cumulatum nobis restituere. Non enim quae ad viam necessaria sunt, te, in arctum deducere, & in angustam rerum orbitam devoluere poterunt. Deus itaque te, & sceleris purum, & malae fortunae detractum casibus servet.

με οἴη καὶ τὴν τῆς ἐπιπλήξεως φαντασίαν ὑποστῆναι φρίκης ἄτερ καὶ ταραχῆς; εἰ δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις τὸν Θεὸν παρεισάγῃ διὰ Δαβὶδ, καίτοι τεθνηκότα, τῆς Ἱερουσαλὴμ προασπίζοντα, κἂν ἄλλως ἦν ἀνάξια, καὶ χωρὶς αἱμάτων, τί πρὸς ταῦτα, ὃ πρὸς τῶν ἐκείνου χαρίτων πείσομαι, καὶ τῷ δικαίῳ καὶ τῷ Θεῷ καὶ Ψελλοῦ γλώσσῃ θλιβόμενος, ἀλλά με τούτων ῥῦσαι τῶν ἀναγκῶν, ἔν τινι δουλείᾳ τάξας τὸν στελλόμενόν σοι τοῦτον. πάντως γὰρ πολλῶν σοι ἀνατεθεισῶν, ῥᾴδιον εἰ τὸ μὴ μᾶλλον. τὸν γοῦν ὑπὸ τοσούτων συνιστάμενόν σοι ὠφελείας ἀξιωθέντα ἀποκαταστῆσαι ἡμῖν. οὐ γὰρ ἐστενοχώρηταί σοι τὰ τῆς ὁδοῦ, καί σε Θεὸς εἴη πάσης τηρῶν ἀνώτερον κακίας καὶ κακώσεως.

Ancyrae Episcopo.

EPIST. XVI.

NON equidem cum sapiens sit praeses, in hos (o mores!) temporum lapsus, linguam vinculo cohibes, quae etiam podagra linguas devincire, & constringere permittit. Ita quidem omnia in peius ferociunt. Sed non hoc etenim, neque sub hoc tempore innovatum est, neque ipse ita male es adfectus. Verum colloquia quae in nos habes, omni religione solvit, quibus etiam cum fratre nostro familiariter uteris illumque impellis, mireque instruis in hac via, per quam in sacram philosophiam conscenditur. Hoc ita percipio, & omni, quod in nos habes colloquio, iucundius, & suavius censeo. Quodammodo igitur adsiduam cum adolescente familiaritatem, & colloquium conferes si est tibi curae, nos crebrius summo adficere gaudio. Fungatur itaque ille communibus tuae sapientiae crateribus, & lautis sacrificiorum conviviis, cum reliquis, qui secum non absurde laetitia desipiunt, comiter excipiatur. Volo autem hunc modo, & privatim his commissum sapientiae, ab illo saltim hoc consequi, quo aliquod lucri habeat munus, ut vel etiam aliqua sibi gratia referatur. Quoniam & matres, ut aliquem ex filiis seorsim singulari suscipiunt studio, mellitis illum deliciarum blandimentis fovent, dulceque leniunt. Vis forsan, ut huius, quam loquor rei, rationem, & specimen praebeam? Quantum Theophylactus a te, reliquis, in amorem, & amicitiam praelatus est, & antepositus, tantas privatim fratri debes rependere gratias, tantumque supra alios Theophylactum tibi carum habere. Alium & tibi rei ostendam modum. Qualem me volebas esse tuo Paullo, cum illum sapientiae mysteria absoluto studio edocebam; talis tu meo Demetrio exsiste, qui philosophiae studio, te docente, initiatus, & instructus est. Denique utinam laeto salutis spiritu diu vivas, hominum mihi gratissime.

Τῷ Ἀγκυραίῳ.

ΕΠΙΣΤ. ιϛʹ.

ΜΗʹ καὶ τὴν γλῶτταν ἐπεδήθης ὁ σοφὸς πρόεδρος, ὑπὲρ, φεῦ! τῶν νῦν καιρῶν, οἱ τῇ ποδάγρᾳ καὶ γλώττας δεσμεῖν διδόασιν. οὕτως πάντα πρὸς τὸ χεῖρον ἐξαγριαίνουσιν. ἀλλὰ μὴ, τοῦτο μὲν, οὐθ' ὑπὸ τῶν καιρῶν ἀνεωχμώθη, οὔτ' αὐτὸς πέπονθας. ἀφοσιοῖ δὲ τὰς πρὸς ἡμᾶς ὁμιλίας, οἷς τῷ ἀδελφῷ ἡμῶν ὁμιλεῖς, ἐμβιβάζων αὐτὸν καὶ συνετίζων ἐν ὁδῷ ταύτῃ ᾗ πρὸς τὰς φιλοσοφίας πορεύεται· δέχομαι τοῦτο, καὶ πάσης τῆς πρὸς ἡμᾶς ὁμιλίας τίθεμαι ἥδιον. ὅπως οὖν συνεχέστερον ὁμιλοίης τῷ νέῳ, εἴ τί σοι μέλλει 1 τοῦ ἡμᾶς εὐφραίνειν πυκνότερον, ἀπολαυέτω μὲν οὖν καὶ τῶν κοινῶν σου τῆς σοφίας κρατήρων, καὶ τῶν θυμάτων ἑστιάσθω σὺν τοῖς λοιποῖς καλῶς ἄφροσιν. ἐθέλω δέ τι τούτῳ καὶ ἰδίᾳ παρ' αὐτῆς γίνεσθαι, ἵν' ἔχοι κέρδος, ὅτι ἂν αὐτῷ λάθρα χαρίσηται. ἐπεὶ καὶ μητέρες πολλάκις ἓν ἀπολαβοῦσαι τῶν τέκνων ἰδίᾳ, τῶν τι γλυκασμάτων αὐτῷ παρατίθενται. βούλει δώσω κανόνα τοῦ λεγομένου; ὅσον ὁ Θεοφύλακτος ἐξῄρηταί σοι τῶν λοιπῶν εἰς φιλίαν, τοσαύτας ὀφείλεις ἰδίᾳ τῷ ἀδελφῷ χάριτας, τοσοῦτον ἀγαπώμενόν σοι δέξεις ὑπὲρ τοὺς ἄλλους τὸν Θεοφύλακτον. δείξω καὶ ἕτερον μέτρον. ὁποῖον ἂν ἐβούλου με εἶναι τῷ σῷ Παύλῳ ὑπ' ἐμοὶ τελουμένῳ σοφίας τι μυστήριον, τοιοῦτος γενοῦ τῷ ἐμῷ Δημητρίῳ, τὰ φιλοσοφίας ὑπό σου ὀργιάζοντι. ἐῤῥωμένος διαβιοίης εὔθυμος, ἀνθρώπων ἐμοὶ χαριέστατε.

Τῷ

1 μέλλει) Scrib. μέλει.

Τῷ Κερκύρας.

ΕΠΙΣΤ. ιζ.

ΠΩς ἂν εἴποις ἡδέως ἔδεξαν μήν σου τὴν ἐπισολὴν 1, τιμιώτατε δέσποτα. καὶ πάντα μὲν καλὰ ἐν καιρῷ αὐτῶν. λόγος δὲ μᾶλλον. καὶ λόγος, τοιαύτης μὲν γνώμης γέννημα, τοιαύτης δὲ γλώττης μαίευμα. ἐν ἀθυμίᾳ γὰρ ὄντι μοι, τὸ λαθικηδὲς ἐκεῖνο ἀνέχεας φάρμακον. καὶ διψῶντι, τῷ ἐκ τῆς πέτρας κατεγλύκανας νάματι. καὶ ὡς ὑποφήτης τοῦ παρακλήτου τὴν κατώδυνόν μου ψυχὴν παρεκάλεσας καθ' ὑπερβολὴν γὰρ ἐβαρύνθημεν, ὥστε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν. ἔξωθεν μάχαι, ἔσωθεν φόβοι. οἵ τε γὰρ ἐχθροὶ κεκραταίωνται. καὶ οἱ φίλοι καὶ οἱ πλησίον, οἱ μὲν, ἀντέστησαν. οἱ δὲ, ἀπὸ μακρόθεν ἔστησαν τὸ φιλανθρωπότερον. ἀλλ' ὁ παρακαλῶν τοὺς ταπεινοὺς, καὶ ἰώμενος συντετριμμένους μὲν καρδίαν, παρεκάλεσεν ἡμᾶς οἷς ὡμίλησεν. καὶ ἡ δρόσος ἡ παρά σου ἴαμα ἡμῖν γέγονε. καὶ χάρις τῷ πατρὶ τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ Θεῷ πάσης παρακλήσεως, ὅτι ἐν οὕτως ἡμέραις πονηραῖς, καὶ ἐν καιροῖς ἀφίλοις καὶ θηριώδεσι, τὴν σὴν ἱερότητα δέδωκεν ἡμῖν τῇ φιλαδελφίᾳ φιλόστοργον, σπλάγχνοις Ἰησοῦ δικαιωμένην. μὴ κάμοις οὖν ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, ᾗ παρὰ τοῦ κυρίου ἐπλουτίσθης γνώμῃ καὶ σοφίᾳ πρὸς ἡμᾶς χρώμενος. καὶ τὸν θησαυρὸν ὃν ἔχοντες 2 ἐν ὀστρακίνῳ σκεύει, τῷ τῆς ταπεινώσεως σώματι, χορηγῶν ἀφθόνως τοῖς χρήζουσι· ὡς ἐμέ γε οὔτε πρόσοδοι λυποῦσιν, ἐν αἷς ἦν ποτε τὰ τῆς ἀρχιεπισκοπῆς ἄλκιμα, οὔτε ἡ ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων θαλάσσης διατεταμένη ἐξουσία καὶ ἐπικράτεια. τῆς μὲν γὰρ αὐτάρκως ἔχωμεν. τὸ δὲ περιττὸν ἐκ τίνος ἐστι, μεμαθήκαμεν. τῆς δὲ, ἀῤῥωστότερον ἢ ὥστε ἀντέχεσθαι. ὁ δὲ τῶν φροντίδων περικλυσμὸς, καὶ ὁ πονηρὸς περισπασμὸς, καὶ τὸ μάτην ταράττεσθαι, καὶ μήπω πραῢναι ἀφ' ἡμερῶν πονηρῶν, ταῦτά μοι στῆς ὀστέων. ταῦτά μοι τοὺς μυελοὺς δαπανᾷ οὕτω γὰρ τελείως πεφευγόσι τὸν λέοντα, ἡ ἄρκτος ἡμῖν συναντᾷ. καὶ ταύτην ἀποδρᾶσι, καὶ ἐπὶ τοὺς τοίχους τῆς οἰκίας τὰς χεῖρας ἐρείσασιν, ὄφις ἐκ τῆς ὀπῆς προκύπτει ἐπίβουλος. ὃ καὶ μᾶλλον ἐμοὶ τὰς ὀδύνας δριμυτέρας ἐργάζεται. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, καίτοι μάλα σφόδρα βουλόμενος ἐκπτύσαι, ἵνα μικρόν τι τὴν καρδίαν κουφίσαιμι, ἐν πείσῃ στέγω 3 τετληότι θυμῷ. φυλακήν τε καὶ νῦν τῷ στόματι τίθεμαι, ὡς κἂν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλὸν ἐναντίον μου, ἵνα μὴ καταισχύνω τὸ μέγα τῆς ἀρχιερωσύνης πρᾶγμα ἢ ὄνομα. τὸ γὰρ τῆς ἐπιστολῆς χρῆμα

Cercyrae Episcopo.

EPIST. XVII.

QVodammodo diceres, nos iucunde, & hilari animo tuas litteras suscepisse, inclite Domine. Etenim cuncta, illarum occasione, & opportunitate nobis pulcra, & suavia visa fuerunt, & maxime vero oratio. Oratio inquam, quae tantae est mentis, & sententiae germen, tantaeque linguae soboles, Nam cum in summa animi anxietudine versaret, pharmacum mihi illud, quo profundus oblivionis sopor inducitur, effudisti. Quumque arida arderem siti, dulci ex petra, liquore, in siccas, potius dulcedinem, fauces emisisti. Et quasi divini interpres Paracleti, meam animam doloribus aliquantulum adfectam, & fixam recreasti, & dulci consolatione evexisti. Nos enim supra quam dici potest, gravi conflictamur rerum mole, ita ut penitus nobis horrentia immineant bella, intus vero timores. Hostes etiam in nos superiores evadunt. Et amici, & propinqui ita in nos se habent, ut hi penitus nobis adversentur, & illi quam remotissimam humanitatis, & benignitatis opem nobis obiiciant. Sed enim qui humiles, & abiectos consolatur, quique illis, qui lacero corde, & disrupto pectore atteruntur, medetur, nobis etiam solatio fuit, quibus & familiarem se praebuit. Et ros ille tuus divinitus stillans, medicamentum nobis salubre extitit. Gratia ergo sit misericordiarum Patri, & Deo totius consolationis, quoniam his tam infaustis, & pessimis diebus, & hoc tempore hostium irruptione ferociente, & infesto, tuam sanctitatem nobis paterna dilectione cinctam, & ipsis *Iesu* visceribus quasi incoctam, & probatam indulsit. Ne igitur elassescas, Dei homo, illam qua apud Dominum dives factus es, sapientiam in nos deflectere, & thesaurum illum egregium, quem in fictili, & luteo vase, hoc abiectae humilitatis corpore habes, indigentibus large suppeditare. Vt neque incursus hostiles, in quibus praecipue Archiepiscopi muneris robur totum positum est, neque immensa potestas, furensque vis, a suis incruentis fluminibus usque ad ultimos maris terminos protensa, me turpi deprimant ruina. Hoc enim satis, superque stipati sumus. At excessus huius, & copia, ex quo profluat iam didicimus. Illius vero causa, ea est nobis impotentia, & infirmitas, ut facile cohiberi, & cogi possit. Equidem curarum inundatio, & irruptio, & dura calamitatum invasio, & irrita consternatio animi, & numquam infortunatis dierum malorum casibus mansuescere, haec quidem mihi ossa, ipsasque medullas absumunt. Sic enim praecipitanter fugientibus leonem, ursum nobis occurrit, & in nos, qui hunc vel cursu vitare nitimur, & qui in tutae domus septum manus firmare studemus, lethifer anguis, ex foramine insidians erumpit. Qui maxime in me graviores infert dolores, malaque molitur. Sed haec quidem & toto conatu respuere studeo, ut vel parum, cordis mei pondus levius reddam. 2. Cor. 47.

Sed tamen haec animo tamdem sic [a] persero forti. a Homer frequens. hemistich.

Ori quidem meo custodiam & feras constituo, quasi adversum me peccatorem constarem, ne mihi penitus aut nomen, aut magni sacerdotii opus, vitio, & probro vertatur. Epistolae enim mo- Ps. 38. 1

1 ἡδέως ἔδεξαν μήν σου τὴν ἐπισολὴν) Rescribo, ἡδέως ἐδεξάμην σου τὴν ἐ.
2 ὃν ἔχοντες) Scrib. ὃν ἔχων τ' εἶ.

3 ἐν πείσῃ στέγω) Restituo, ἔμπης τε στέγω. Est hemistichium.

medus, ut nosti, loquax est, nec se silentio ullo potuit continere, quoniam a sodalibus sacerdotibus, & Episcopis, qui populum iudicare, & dirigere videntur, in nostram adflictionem, & interitum, laquei, & inextricabilia retia intenduntur. Tu vero venerabilis pater, & Domine Deum precare, ut nos quidem, quae inter falsos fratres, pericula pertimescimus, fugiamus, & ut illi ipsi, ex caecis diaboli plagis, cui adscripti sunt, dilabantur, & ut omnino illum pudeat in nos adversa quaeque proiicere, & ut Deus prorsus, summis gloriae laudibus celebretur, cuius gratia caelestis tuo in spiritu fulgeat, Sancte; & divine domine.

λάλον, ὡς οἶσθα, καὶ οὐχ ἐχέμυθον. ἐπεὶ παρὰ συνιερέων, καὶ συνεπισκόπων. οἱ δοκοῦσι κρίνειν τὸν λαὸν, ἐκτέτακται τὰ τῆς θλίψεων ἡμῶν δίκτυα. σὺ δὲ εὔχου, τίμιε πατὲρ καὶ δέσποτα, ἡμῖν μὲν, τοὺς ἐν τοῖς ψευδαδέλφοις τούτοις κινδύνους ὑπεκφυγεῖν, αὐτοῖς δὲ ἐκείνοις, ἐκ τῆς παγίδος ἀνανῆψαι τοῦ διαβόλου, ἐν ᾗ ἐζωγράφησαν. πάντως δὲ τὸν ἀπ' ἐναντίας ἡμῶν αἰσχυνθῆναι, καὶ διὰ πάντων τὸν Θεὸν δοξασθῆναι. οὗ ἡ χάρις εἴη μετὰ τοῦ πνεύματός σου, παρίερε καὶ ἅγιε δέσποτα.

Mermentlarum Episcopo,

EPIST. XVIII.

Ad S. Scripturae invitat post profanos Scriptores, lectionem.

SVM *ne immortalis ego, cur me immortalibus aequas?*

Sed tibi quidem vel amicus, & mendacem te esse concedit. Qui interea ipsam veritatem claris Themidis responsis, & decretis, quorum tu es interpres & praeses, semper exerces & doces. Nos autem in acie belli, in qua constituti sumus, decet permanere, aut decuriones adsignati, aut ut tuum est beneficium, & gratia, triginta virorum Praefecti, Militum Tribunatus, & exercitus Praefecturae decus, solum audimus. Tu igitur Longini iudicia ne mihi imponas, neque videaris ipse iuxta Longini sensum, aliquid decernere. Tantum enim nunc, nostra ipsorum potentia, nostrisque viribus inferiores sumus, quibus olim potentes, cunctisque fuimus longo praestantiores intervallo, quantum tunc ipsa priscorum facultate, & opibus vincebamur. Neque enim hae regiones iam me statuunt edocere, &
Harpyiae ipsos libros furentes Harpyae subverterunt. Manus vero exactorum, non minus omnem lectionem detrahunt, quam illae Phinei cibos deturbarunt. Ipsos itaque Peripateticos in Academiam traiice, & in variam Stoam, nobilemque eius pulcritudinem emitte. Tu vero per Ionica viridaria, luxurianti illude pede, & blandos horum Zephyros, emissis suscipe adflatibus. Decer-
Homeri Il. pe etiam fragrantes Iliadis rosas, quaecumque tibi, ob earum dulcem odorem, forte placuerint, Et Tragici quidem Theatri inspector adside. & Comica scurrilitate collude. Neque Bucolicam recusa fistulam, quae strepitantes lapillis fontes, & mutuos frondentis pini susurros, & alia quaecumque diverso concinna cultu effingit. Nisi quidquid in hoc, amoris involvitur lusibus, tuis suavibus Musis respuendum videatur. Tu vero interea etiam & his omnibus, & multo his omnibus praestantiore partu illo, qui sacris tuum animum fulcit stabilimentis, te enutri. Qui olim de caelo descendens illos, qui per malorum, & aerumnarum deser-
Exod. 16. & 17. tum gradiebantur, fovit, vitaque recreavit iucunda, & nunc etiam nutrire & potest, & refertur. At ne ad haec, Mosaicas illas legum tabulas curiosius adpone, sive quod extrinsece ibi referunt usurpans, sive quod intra se innuunt, pervestigans. Hoc denique nitere, ut Propheticas visiones mirabilesque illas imagines, quasi res, quae fieri potuerint, attento mentis contem-

Τῷ Μερμεντλῶν,

ΕΠΙΣΤ. ιή.

ΟΥ' τίς τοι Θεός εἰμι, τί μ' ἀθανάτοισιν εἴσκεις; ἀλλά σοι μὲν ὁ φίλος καὶ ψεύδεσθαι δίδωσι, καὶ ταῦτα τὴν ἀλήθειαν ἐν ταῖς Θέμιδος ἀποτρίσεσιν, ὧν εἶ προστάτης, ἀσκήσαντι. ἡμῖν δὲ ἀπόχρη μένειν ἐφ' ἧς ποτε ἦμεν τάξεως, δεκαδάρχαι τεταγμένοι. ἢ σὴν χάριν, τριακοντάρχαι. χιλιαρχίας δὲ καὶ στρατηγίας κλέος οἷον ἀκούομεν. μή μοι οὖν τὰς Λογγίνου κρίσεις περίαπτε, μὴ καὶ δόξης τισὶν αὐτός γε οὐ κατὰ Λογγῖνον κρίνειν τοσοῦτον γὰρ νῦν τῆς ἡμῶν αὐτῶν ὑστεροῦμεν δυνάμεως, καθ' ἣν ποτ' ἦμεν πάλαι ἄλκιμοι, ὅσον τότε τῆς τῶν ἀρχαίων ἀπελειπόμεθα ἕξεως. οὔτε γὰρ τὰ χωρία ταῦτα ἐθέλει με ειδάσκειν καὶ τὰ βιβλία Ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο. χεῖρες πρακτόρων οὐχ ἧττον ἡμῶν πᾶσαν ἀνάγνωσιν ἀφαιρούμεναι, ἢ ἐκεῖναι τοῦ Φινέως τὰ βρώματα. αὐτοὺς μὲν οὖν ἀπὸ τοῦ περιπατεῖν πρὸς τὴν Ἀκαδημίαν μετάβαινε, καὶ πρὸς τὴν Στοὰν, καὶ τὰ ταύτης κάλλη, διάβαινε. ἐντρύφα δέ μοι καὶ τοῖς Ἰωνικοῖς λειμῶσι, καὶ διὰ τούτων Ζεφύρους δέχου ἐνέτῳ τῇ ἐπιπνοῇ. δρέπου δέ μοι καὶ τῶν τῆς Ἰλιάδος ῥόδων, ὅσα σοι καὶ διὰ τούτων καὶ βουλομένῳ ἐστί. κάθου δὲ θεατὴς Τραγικοῦ θεάτρου, καὶ βωμολοχίᾳ Κωμικῇ πρόσπαιζε μηδὲ τὴν βουκολικὴν ἀπανήνῃ σύριγγα, πηγάς τινας καὶ πίτυος ψιθυρίσματα καὶ ἔργ' ἄτλα διάφορα ποιουμένην ἐμμελῆ, κἂν ὅσον ἐρωτικὸν ταύτης ταῖς σαῖς Μούσαις δοκῇ κατάπτυστον. σὺ μὲν οὖν ταῦτα καὶ σὺν τούτοις ἢ καὶ πρὸ τούτων ἄρτῳ τρέφου τῷ ἐν τῇ καρδίᾳ στηρίζοντι. ὃς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς τούς τε πάλαι διὰ τῆς ἐρήμου τῶν κακῶν ἀγωγῆς βαδίσαντας ἔθρεψε, καὶ νῦν τρέφειν ἔτι ἐπαγγέλλεταί τε καὶ δύναται, καὶ μή μοι τοῦτο μὲν, τὰς Μωσαϊκὰς πλάκας περιεργάζου, τό τε ἔξω λαμβάνων αὐτόθε καὶ τὸ ἔσω ἀνερευνώμενος; τοῦτο δὲ, τὰς προφητικὰς ὁράσεις ἢ ὁμοιώσεις ὡς δυνατὸν φανταζόμενος, καὶ τῇ χειραγωγῷ ἱστορίᾳ πρὸς τὴν τῶν παλαιῶν καθοδηγούμενος

μίμησιν. ἔτι βλέπε τὸν τῆς χάριτος ἥλιον, καὶ τῶν τούτου ἀκτίνων κατὰ τὸ ἐγχωροῦν ἐταπόλαυε. συγγίνε δὲ Γρηγορίοις, καὶ Βασιλείοις, καὶ τῷ μακαρίῳ περὶ τούτους χορῷ. καὶ τούτων μὲν ἁπάντων τῶν ἀγαθῶν αὐτὸς εὐωχοῦ. ἡμῖν δὲ συνεύχου, τὸ μὴ καὶ τὸ ἔπλωα φθόγγον 1 ἀποβαλεῖν. οὕτω πάνυ πονήρως πέπραγε 2. ἀλλ' ἴδοιμί σε τὴν ποθουμένην ὄψιν, καὶ τῆς λαλιᾶς ἐκείνης ἀκούσαιμι, ὦ πάντοτε καὶ πρὸ πάντων ἔχω θαυμάζων, ἣν καὶ λόγοις καὶ ἔργοις ἐμοὶ παννπέρλαμπρε.

templeris lumine, & rerum cognitione, & historia, quae te, quasi manuducat in rerum antiquarum veram imitationem, vestigia certa in id fige. Etiam adhuc splendentem gratiae solem intuere, & eius micantibus radiis, quoad liceat, fungere. *Gregorios* illos, & *Basilios* imitare, & beatum horum caetum, divinumque chorum insequere, & horum quidem omnium adfluentibus bonis tibi laute oblectantia convivia adpara. Nobiscum vero precare: etenim nolle vocem in me ullam emittere probro verti. Sic penitus pessime id effeci. Tamdem tuam exoptatam faciem videre studeo, & illum tuum dulcem, & mellitum audire sermonem, quem omnino ante omnia admiror, o vir & opere, & ore mihi splendidissime. *Gregor. Nazianzen. & Nyssen.*

Τῷ Ἀνέμῳ.

ΕΠΙΣΤ. ιθ'.

Φίλον λόγου θέλγητρον ἐπίκουρον νόσου, ὡς ἡδύ μοι προσῆλθες ἐν δέοντί γε. ταῦτα Ὀρέστῃ ὄντα, ὡς οἶσθα, φιλτάτη μοι κεφαλή, μικρόν τι παρῳδήσας ἐπί σοι λέγω. βούλει σοι προσθήσω καὶ τὸ τοῦ Κωμικοῦ, ὡς ἥδομαι, καὶ τέρπομαι, καὶ βούλομαι χορεύειν. ἀλλὰ τί τῷ τῶν ἁμαρτωλῶν ἐλαίῳ λιπαίνω μου τὰ γράμματα, ἐξὸν τοι τῆς καλλιελαίου δώροις φαιδρύνεσθαι. μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον, καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ Θεῷ. ὅτι ἐνέδυσέ με ἱμάτιον εὐφροσύνης, καὶ καταστολὴν δόξης, ἀντὶ πνεύματος ἀκηδίας διέρρηξε τὸν σάκκον μου, καὶ περιέζωσέ με τῇ εὐφροσύνῃ. ὅτι τοὺς ἐχθρούς μου ἔδωκέ μοι νῶτον, καὶ τοὺς μισοῦντας με ἐξωλόθρευσε καὶ ἀπέσταλεν ἄνθρωπον ἡμῶν ἔμπροσθεν τοὺς συντετριμμένους ἰασόμενον, τοὺς ἀσθενοῦντας ἐπισκεψόμενον, πᾶσι τὰ πάντα πρὸς σωτηρίαν ἐσόμενον. ἀλλ' εὖ γε ὅτι τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐπιφάνης μέρεσιν ἀλεξίκακος, ὡς ταῦτα γε ἤδη ἀπέγνωσο. καὶ Λυσίας ἂν εἶπεν, ἐξείργασο ἡγεμόνων κακότης. καὶ νῦν μὲν ὁ κασροκτίστης καθῄρει τὰ τῶν ἐλεεινῶν. νῦν δὲ ὁ κατεπάνος, καὶ τὸν χοῦν ἐλικμᾶτο. ἦν τί καὶ τρία αὐτοῖς τῷ Φαραὼ τις προσήκων ἀπὸ τῆς κλήσεως. οὐκ οἶδα εἰ τῶν προλελεχθέντων ὅπως τι ἦν ἀνεκτότερον. ἀλλὰ νῦν ἐπεσκέφθησαν ἐπὶ σκοπῇ ἐξ ὕψους, καὶ ὁ λόγος ἐπιστατήσῃ αὐτῶν, εἰ μήπω ἐγὼ τοῦ ἐμοῦ καὶ τοῦ παντὸς ἡδέος Νικόλαος ἐπιλέλησμαι. καὶ ἀγαλλιάσονται ἀνθ' ὧν ἡμερῶν ἐταπεινώθησαν ἐκ τῶν ὧν εἴδοσαν κακῶν. τοῦτο μέν, αὐτοῖς ἔσαι. καὶ μηνυτὴς ἐγὼ τῶν ἐσομένων εὐάγγελος.

Anemo.

EPIST. XIX.

Morbi medela sermo blandiens sono:

QVam suave munus advenis in tempore! *Eurip. in Orest.*
Haec Orestae cum sint, ut nosti, charissime mihi animе, in te, parum hoc illudens carmine cuncta deflecto. Vis etiam ut & tibi illud Comici referam, scilicet: Quam gaudeo, quam delector, quam gestio laetus exsilire. Sed ad quid hoc pingui peccatorum oleo, meas litteras inungo? Decet quidem illius solum donis nitescere, quae caelesti pulcra oleo pinguescens dixit: *Magnificat anima mea Dominum; & exultavit spiritus meus in Deo*. Quoniam me gaudii veste, & stola gloriae, pro spiritu tristitiae induit me. Etenim *saccum meum disrupit, & me laetitia circumdedit*. Quoniam *inimicos meos terga vertendo in fugam coniecit, & illos, qui me odio persequebantur, internecioni dedit*. Et nostram hanc humanam naturam, palam, illis, quos attrivit, & effregit mundi aerumna medentem emisit, & infirmos, & fragiles undique circumspectantem, & omnibus omnia in salutem obtendentem. Sed eia, euge, quoniam nobis [a] malorum expulsor extitisti, quasi haec cuncta nobis iam deplorata, & desperata fuerint. Etiam Lysias dixit, pessimam Principum conditionem in summum iam pervenisse fastigium. Et nunc quidem Castrorum metator cunctas miserorum opes diruit. Atque vectigalium redemtor nunc etiam nostram ipsam humum cribrat, & eventilat. In quibus tertius est, cui vel alter Pharao ipsa adpellationis adfinitate est simillimus. Nam autem novi, si his iam praedictis, quomodo aliquid esse possit tolerabilius. Sed nunc iam ab alto, vigili sunt requisiti speculatione, & prospecti. Et ipsa ratio ipsis praeibit, duxque erit, si ego mei ipsius, & suavissimi Nicolai nondum oblitus sum, exultabunt quidem, pro his diebus, in quibus abiecti, & depressi fuerunt, impendentibus malis, quae diu noverant. Hoc quidem ipsis eveniet, & ego futurorum illis bonus praenuntiatus ero.

Luc. 1. 46.
Ps. 29. 12.
Ps. 17. 41.
[a] ἀλεξίκακος. averruncus. *Lysias Orator Graec.*

Mer-

1 καὶ τὸ ἔπλωα φθόγγον) Scrib. καὶ τὸν ἔπλωα φ.

2 πέπραγε) Scrib. πέπραγα.

Mermentlarum Epiſcopo.

EPIST. XX.

HOC breve tempus, quo tacuiſti, centum annorum ſpatium, ſcito, mihi videri fuiſſe. Sic enim ego tuum amo ſermonem, o omnium mihi illuſtriſſime, & tuae praeſentes litterae, ut ſplendidi ſolis mihi Phoenix exſiſtunt. Sed, o feliciſſime, ne mihi hunc Phoenicem, quod AEgyptiis rarum ſpectaculum eſt, illas eſſe exiſtima: ſed ſolem ipſum imitans, illum veluti quotidianis radiis, litteris tuis illuſtra. Imo potius diem mihi longiorem emitte. Quippe noctem penitus mihi abſconde. Non enim in diuturnas noctium moras, aliquid mihi cauſae praetexe, aut tuam ipſius veritatem, iniqua cohibe, contumelia, dum & illis mihi ſatisfecere, & litteris, quas ad me mittis, facile potes. Non enim magis illi Homerico Paeoni, in horrentia bella, quam tibi, in dulce eloquium, ingenii dexteritas ineſt. Qui ſuavius & pulcrius inelaborata, & tumultuaria opera promis, & ſpiras, quam qui multam olentes lucernam ſuas producunt lucubrationes, quas veluti calamiſtratis cincinni globulis perpoliunt, & eburneo diſcriminant pectine, & ſplendenti ſapphiro illis inaures adpendunt. Et tunc quidem apud ebrium, & inſanum theatrum admirationi maxime videntur.

Homer. Odyſſ. γ. v. 1. *Phoebus at occiduus pulcram ſubit axe paludem.*

Et neque ipſum Orientem inſpicimus. Si autem ad tuorum ſermonum partus, tibi opus eſt, temporis, & eius circuitus intervallo, verae quidem rarae, & tardae litterae, tibi temporis rationem habent. Quia vero aureas, ſobrii tui oris valvas aperiens, vaticinaris * * * inſpicis quidem quo pacto meum candidum amorem iniuria adficias, qui ipſius ſacrae Themidis es inſpector. Sed iam tu ne in poſterum talis eſto. Tuos vero laetos & flantes Zephyros,

Iliad. ι. v. 698. *Ipſe mihi miſeros ſpiranti corde dolores.*

emitte. Noſti quidem noſtram imbecillitatem, & maxime qua nunc premimur, quando Dominus nobis tam clarius exoritur, qui terribili ſervet flamma, quique vehementem in nos aeſtum emittens, omnem illum humorem, quo vitae halitus peſſime nutriebatur, penitus conſumſit. Sed enim hoc quidem, quod ſolum habui, Iambicis verſibus expuli, multas interim Elegias totum per annum concinere coactus. Tu vero quia mala meditans, illis, qui nos, nequaquam dimittunt, illucebis, neſcio quidem an ob neceſſarium rerum ambitum, quo nunc circumducimur, aut quia peccatorum horror, in ipſum Dei conſpectum adſcendit. Ne tamen deſiſte & alacrem illam promtitudinem, quam in noſtrae animae recreationem, & regimen impendebas, ſemper exſequere Ita autem neque te ipſum blandi praetermittent Zephyri, quam prius bonus odor, vas aromatum multitudine refertum.

Τῷ Μερμέντλων.

ΕΠΙΣΤ. κ΄.

Εὔελπις ἴσθι καὶ σὺ πόλεων καλλίστη Νεοκαισάρεια. οὐκ εἰς μακρὰν ἕξειν τὸν ἐλευθερωτήν σοι Γρηγόριον. οὐκ ἀήθης εἶ τοῦ παρὰ Γρηγορίων εὐεργετεῖσθαι. καὶ τὸ γῆρας ἀποξυσαμένη τῆς νῦν κακότητος. φανήσῃ ὄντως Νεοκαισάρεια. ἔχεις ἀῤῥαβῶνας τὰς γείτονας. προσεύχου τὸν καλὸν νυμφίον τῇ ἐπί σοι νίκῃ συναφθησόμενον, καὶ στεφανωθησόμενον στεφάνῳ τῷ ἐκ λίθου τιμίου. Χριστὸς γὰρ ἱστᾷ τῷ Ταρωνίτῃ τὰ τρόπαια. ἀλλ' ὁ μὲν ἀθεώτατος Τοῦρκας διά σε κάτω νεύει, καὶ τὰ ἐν ποσὶ μόνα βλέπει, ὁ πανταχόσε χθὲς περιάγων τὰς στροβάδας κόρας τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ περινοῶν ἐξαλείφειν γῆν ὁμοῦ τε πᾶσαν καὶ θάλασσαν. ταῦτ' ἄρα καὶ πρὸς τοὺς συμβατηρίους λόγους ὡς μόνους ἐπικόρους 1 σωτηρίους ὁρᾷ. καὶ τὰς χεῖρας οὐκ ἔτι πρὸς ξιφουλκίαν, ἀλλὰ πρὸς τὰς πίστεις ἐκτείνει, καὶ τὸ τόξον ἀνεὶς, ἀναλαμβάνει κηρύκειον. καὶ φίλον σχεῖν ἐπιθυμεῖ βέβαιον, ὃν ἐχθρὸν ἔχων εὗρεν ἄμαχον. ὁ δὲ Φράγγος, ὁ τὸν τράχηλον τέως σιδήρεος, κηροῦ χλιαροῦ φανεὶς μαλακώτερος, ἐκ περιουσίας σε προσκυνεῖ, καὶ διά σου τὸν κράτιστον ἡμῶν βασιλέα. τί δὲ οὐ μέλλει. ὁρῶν προσκυνοῦντα τὸν αὐτῷ προσκυνούμενον. καὶ τὸν δεσμοῦντα δεσμοῖς ἀῤῥηκτοτέροις ἐχόμενον τοῖς Ταρωνιτείοις θελήμασι. καὶ οὕτω τυραννούμενον ὑπὸ τούτων, ὥστε καὶ τῶν βασιλέων τὴν αὐτοῦ χαρίζεσθαι λύτρωσιν καὶ πάλαι μὲν ταύτην σπουδάζοντι, καὶ πρᾶγμα τιθεμένῳ τοῦ παντὸς ἄξιον, δοῦλον χεῖν ὠνητὸν, τὸν πάσης ἑῴας ἐλευθερωτὴν εἶναι ποιούμενον. καὶ οὕτω τοι μακροῖς τοῖς ὀνειρώγμασιν ἐμπλανώμενον, ὡς μηδὲ τὰ δευτερεῖα τῆς βασιλείου τιμῆς ἀνέχεσθαι, σὲ δὲ μόνον τοῦ σπουδαζομένου πρόξενον εὐτυχήσαντα. ταῖς σαῖς γὰρ ἐκβιασθεὶς ὁ Τοῦρκος χερσὶ, τὰς ἀνοχὰς καὶ ἄκων συνέθετο, ἐπί τε ἄλλαις ὁμολογίαις, καὶ τῷ τὸν Φράγγον ἀποδόσθαι πρὸς τὸν ἀήττητον ἡμῶν αὐτῶν αὐτοκράτορα. ἐπὶ τούτοις ὀφείλω μὲν καὶ ἄλλως ἐγώ σοι χάριτας. οὐ γὰρ μόνον ὡς ἀληθὴς ὑπό σου δεικνύμενος προείρηται, ἀλλὰ καὶ ὡς κοινῇ τῶν κοινῶν ἀπολαύων. ὀφείλουσι δέ σοι καὶ πάντες ὅσοι τὸ Χριστοῦ φέρουσιν ὄνομα, καὶ τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ τἀγαθὰ συμβουλεύονται καὶ συνεύχονται. περὶ γὰρ τοῦ παναγάθου βασιλέως ἡμῶν τί δεῖ καὶ λέγειν, ὅπως τὴν σὴν ἀξίως ἀμείψεται καὶ εὐβουλίαν καὶ γενναιότητα, ὅς σε προτιθεὶς ἁπάντων ἀεί. καὶ τίς γὰρ βασιλέων περὶ τὸ κρίνειν ἄνδρας τούτου δεξιώτερος γέγονε; τοῖς μάλιστα δεομένοις ἐπιστασίας δραστικωτέρας δίδωσι πράγμασιν, οἷόν τινα τεχνικώτατον ἰατρὸν δεινοῖς ἀνιάτοις νοσήμασι, καὶ κυβερνήτην ἀνθιστῶν κλύδωνι. ἀλλὰ γὰρ οἷον

orbatum intuetur. Et hoc unum solum solatio est, se talia a Romanorum generosissimo fuisse perpessum. Vehementer enim gloriari solent victi sola victorum magnanimitate, & praestantia. Et quidem Homer. si adesset in nos nunc diceret:

Fugerat ante potens, sequitur sed fortior illum. *[Note: Hom. Il. 22. v. 158.]*

Felicem & hic tibi spem sponde urbium pulcerrima Neocaesaraea, non multo post tempore tuum liberatorem, & servatorem Gregorium habitura. *[Note: Neocaes. Gregor Thaumat. Episc. Neocaes.]* Non enim a tuis Gregoriis beneficiis adfici umquam cessasti. Et adsperum praesentium malorum, & calamitatum senium deponens, vere Neocaesarea videberis. Habes enim ad hoc quasi obsides, & pignora vicinos tibi, & proximos. Exspecta porro tuum pulcerrimum sponsum, qui in tua victoria coniungetur, & corona pretiosissimis gemmis intexta exornabitur. Christus enim Taronitae trophaea egregiaque monumenta erigit. Sed iam impiissimus Turcus per te ad ima ruit, & iam inclinatus vergit, & solum, quae ante pedes habet prospicit. Qui quidem ubicumque nuper versatiles oculorum pupillas circumagens terram pariter, & mare delere cogitabat. Nunc autem oratores, qui pacem sibi componant & concilient, quasi propriae salutis subsidia se convertit, & manus non ut fulminantes distringat enses, sed ad foedera extendens, & sonantem dimittens arcum, pacis caduceum adprehendit, & amicum stabilem, & tutum habere adpetit, quem hostem quum habebat, invenit inexpugnabilem. At vero Francus, cervice ferreus, nunc tepida cera mollior exsistit, & multo te pectore adorat, & per te potentissimum nostrum Imperatorem summopere veretur, & colit. Quid non est futurum cum illum tibi supplici veneratione videas tua ad genua obvolutum? *[Note: Sequentia in Baron desunt ad an. 1073 in extremo.]* qui antea adoratione hac ferociebat, & illum, qui alios, infractis laqueis obstringebat, Taronitarum voluntati, & statutis coactum obsequi, atque ita ab his tyrannica oppressum vi, ut saltim sua ipsius libertatem, Imperatorum gratia demereatur. Qui & in hanc iam olim strenue incubuit, & studium hoc omni conatu, & pectore conflaverat, ut servum sibi pretio emeret, qui totius Orientis constitutus esset liberator, & ita his longis somniorum spectris vagabatur deceptus, quasi neque secundas ab Imperatore partes substineret, sed te solum, ut huius sum conatus auctorem felicissimum. Nam tuis potentibus manibus Turcus constrictus, atque depressus inducias etiam invitus paciscitur, tum aliis condirionibus, tum hac praecipue ut Francum, nostro ipsorum Imperatori potentissimo esset traditurus. Propter haec quidem aliquomodo tibi gratias debeo. Non enim solum, quia veridicum a te esse demonstratum, praedictum est, sed quia communiter, omnibus perfungor gaudiis. Omnes quidem quotquot Christi nomen ferunt, & Romano Imperio optima precantur, & toto corde moliuntur tibi etiam innumeras gratias se debere fatentur. Nam de nostro optimo Imperatore, quid oportet dicere, quam digne tuam hanc nobilitatem, tuaque prudentia consilia sit compensaturus, qui te omnibus semper anteponit. At quis Imperatorum, in feren-

---

1 ἐπικόρους) Scrib. ἐπικούρους.

rendo iudicio, hoc felicior, & ingeniosior extitit? Hic enim maxime rebus, summa prudentia, & efficaci praesidii indigentibus facultate, te ipsum committit, quasi peritissimum, & artificiosissimum Medicum desperatis iam morbis te opponens, & quasi gubernatorem, aestuantibus fluctibus obiiciens. Sed enim epistolae opus, & lex, fraenum est plane os Rhetoricum cohibens, nec concedit inclytis gestis, longiorem obiicere orationem. Quo quidem & ego animi alacritatem, & studium, ad plura dicenda, veluti quadam catena retraho. Et quasi mihi semper ad dicendum parato adessem, cursus tibi oratorios, & disertos percurri, tuo celeri virtutum curru. Non enim vel quantum fas est dicere, tardiores, & posteriores. Hic

Ps. 20. 1. dictis iam finem faciam. Tu vero in montes oculos tuos attolle, unde venit auxilium tibi, & iterum, atque iterum veniet. At hos ad ima deprime, & submitte, nec in te ipsum illos convertas. Nam non haec humanarum sunt virium, aut omne hoc solum, ut plurimum divinae est gratiae. Tu vero in Deo potentiam tuam collocas, qui inimicos potenter conterit. Hanc quidem in ipso adfirmabis, & maiorem vere desumes aequus, & bonus, gratiam impendenti effectus. Et talis quidem exsistes, si in te ipsum, ob virtutem, & bonitatem, illius imaginem exprimis, quae in pauperes, & in divites effusa est, & in hos, qui diviniori, vel communiori degunt vita, sive qui divinis, & humanitatis legibus, ut quisque illa indiguerit, se obstrinxerit. Propter quam & a malo, & ab imminentibus periculis custodiaris, ita ut neque malis adfectus sis, neque sceleri obnoxius.

τὸ τῆς ἐπισολῆς χρῆμα χαλινός ἐσιν ἀτεχνῶς κατέχων σόμα ῥητορικὸν, καὶ μὴ συγχωρῶν ἐγχροαίνειν ἀγαθοῖς ἔργοις μακρότερα. ὑφ' οὗ κἀγὼ τὴν πρὸς τὸ πλεῖον λέγειν προθυμίαν ἀνασειράζομαι. ὡς εἰ γέ μοι παρῆν ἀνέτως λέγειν, ἔδραμον ἂν σοι δρόμους τοὺς λογικοὺς, τοῦ μὲν ἅρματός σου τῶν ἀρετῶν οὐδ' ὅσον εἰπεῖν ἐσὶν ὑσερίζοντας. πλῶον γάρ σοι τοῦτο ἐλαύνεται. ὃ δ' οὖν εἰς ἡμᾶς ἧκον ἱκανῶς ἔχοντας, καὶ οὐκ ἀξίους ἴσως τῷ θεατρῷ τοῦ λόγου συρίτεσθαι. τοῦτο μόνον εἰπὼν καὶ δὴ παύσομαι αἶρέ σου τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὰ ὄρη, ὅθεν ἥκει σοι ἡ βοήθεια, καὶ ἥξει ἔτι, καὶ ἔτι. βάλης τούτους κάτω. μὴ τρέψης πρὸς ἑαυτόν. οὐ γὰρ ἀνθρωπίνης ἰσχύος τὰ τηλικαῦτα. ἢ μόνον ἀλλὰ τὸ πᾶν ἢ τὸ πλεῖον τῆς θείας χάριτος. καὶ ἐν τῷ θεῷ ποιεῖς δύναμιν, τῷ τοὺς πολεμίους συντρίβοντι. ἣν ταυτῷ ἐμβεβαιώσεις, ἢ καὶ πλείονα ἐπισπάσῃ, εὐγνώμων τῷ χαριτοῦντι γενόμενος. γίνοιο δ' ἂν, εἰ πρὸς αὐτὸν διὰ τῆς ἀγαθότητος εἰκονίζοιο, ἐκχεομένης καὶ πλουσίοις καὶ πένησι, τοῖς ἱερώτερον ζῶσι καὶ τοῖς κοινότερον, εἴτουν θειότερον καὶ ἀνθρωπικώτερον, καθ' ὅσον ἕκασοι ταύτης χρῄζουσι. δι' ἣν καὶ ῥυσθείης τῶν πονηρῶν καὶ τοῦ πονηροῦ, ὡς μήτε κακοῖο, μήτε κακύνοιο.

Michaeli Chalcedonis Episcopi.

EPIST. XXVII.

SOlas quidem Ecclesiarum opes ereptas fuisse, Inclyte frater, & Domine, aegre sane tulimus. Nisi quod haec molestia nobis utrimque levis, ac tolerabilis fuit, quum plane videamus, quae spiritualiora sunt soluta, & eversa omnino non esse. Vnde & nos, veluti in maximis, hac consolatione nimis erigimur. Nunc autem, quia haec omnia nobis disiecta, & soluta fere ruunt, omne solatium nos prorsus relinquit. Quando enim divini, & sacri canones nihil aliud multitudini praeceperunt, quam ut quisque, nullo rerum novarum studio, terminos sibi praescriptos conservet, & ne humanarum divitiarum fastus, superbamque insolentiam, spiritus opibus admisceat. Quidam vero praedicare & evulgare his, & aliis didicerunt, ut & illi, quos forte deceptione, & errore labi viderint, corrigerentur. Quidam autem maxime hos canones in suam imperitiam, & inobedientiam penitus enutriunt, & grandi quodam multiplicant cumulo. Qui & in alios fines compulsi, & immissi, omnia & divina, & humana iura confundunt. Non equidem novi, quam aliam consolationem simus habituri, quam solam iam peracti mali, & infortunii correctionem. In quam, & in nostrum zelum, & studium, non parum nobis perfectionis, persuasi adlaturi, & emolumenti, tuae obiiciemus sanctitati hoc Cittaba, quod praeter canones est exortum & constitutum. Sed ut ne rideas propter Barbarum nomen. Est quidam loci terminus, a nostro Archiepiscopatu diversus, in quo quum quidam Monachus templum, & sacrarium construeret, a nobis impeditus est, eo quod

Τῷ τοῦ Χαλκηδόνος, κυρίῳ Μιχαήλ.

ΕΠΙΣΤ. κζ΄.

ΕΩΣ μὲν μόνα τὰ χρηματικὰ τῶν ἐκκλησιῶν διηρπάζοντο, τιμιώτατε ἀδελφέ καὶ δέσποτα, ἐχθόμεθα μὲν, πλὴν ἀλλὰ τὸ ἄχθος ἡμῖν ἑτέρωθι ἐκουφίζετο, ὁρῶσι τὰ πνευματικώτερα μὴ λυόμενα, κἀντεῦθεν παρακαλουμένοις τὰ μέγιστα. νῦν δὲ καὶ τούτων ἡμῖν λυομένων, οἴχεται πᾶσα παράκλησις. ὅταν γὰρ οἱ μὲν θεῖοι καὶ ἱεροὶ κανόνες οὐδὲν ἄλλο περὶ πλείονος ἐποιήσαντο τοῦ τὰς ἑκάσων ἐνορίας ἀκαινοτομήτους φυλάττεσθαι. καὶ μὴ τῦφον κοσμικῆς ἐξουσίας τοῖς τοῦ πνεύματος παρεισδύεσθαι οἱ δὲ τούτοις καὶ τοῖς ἄλλοις διαγγέλλειν διδαχθέντες, καὶ τοὺς σφαλλομένους ἐπανορθοῦσθαι, οἱ δὲ τούτους μάλισα πάντων τὸν πρὸς αὐτοὺς ἀνηκοΐαν τρέφουσι καὶ ἁδρύνουσι, καὶ πρὸς ἀλλοτρίας ἐνορίας εἰσωθιζόμενοι πάντα φύρουσι καὶ θεῖα, καὶ ἀνθρώπινα δίκαια, οὐκ οἶδα ποίαν ἄλλην παράκλησιν ἕξομεν, ἢ μόνην τὴν τῶν γενομένων κακῶς διόρθωσιν πρὸς ἣν καὶ τὸν ἡμέτερον ζῆλον οὐ μικρὰν ἡμῖν εἰσοίσειν ἡμῖν πισεύοντες τὴν συντέλειαν, γνωρίζομεν τῇ σῇ ἱερότητι τὸ παρὰ κανόνας γινόμενον Κίτταβα. ἀλλ' ὅπως μή μοι γελάσῃς πρὸς τὸ βάρβαρον ὄνομα. ἐνορία τίς ἐσι, τῇ καθ' ἡμῶν ἀρχιεπισκοπῇ διαφέρουσα, ἐν ᾗ τῶν τις μοναχῶν ἀνεγείρων οἶκον εὐκτήριον, ἐκωλύθη παρ' ἡμῶν, ὡς παρὰ γνώμην ἡμετέραν τοῦ ἔργου ἀρξάμενος, καὶ μήτε τοῖς κανόσι, μήτε τοῖς τῆς πολιτείας νόμοις ἐγνωσμένα ποιῶν. ὁ δὲ σαυροπήγιον πατριαρχικὸν

λαβὼν ἔφησε καὶ οὕτω τοῦ ἔργου ἄρξασθαι ἐκεῖνος μὲν οὖν ἀκοινωνησίας παρ' ἡμῶν ἐνεδέθη δεσμοῖς, τὰ τοῖς κανόσιν. ὡς οἶσθα, διωρισμένα ἐπιβαλόντων αὐτῷ ἡμᾶς δὲ οὐ περὶ ἐλαχίστου τὸ πρᾶγμα τιθέμενοι, καὶ τῷ τιμιωτάτῳ μὲν χαρτοφύλακι, κυρίῳ Πέτρῳ, περὶ τούτου ἐγράψαμεν, ὅσα τὸ μέτρον τῆς ἐπιστολῆς ἐνεδίδου. καὶ τῇ σῇ δὲ φιλοθέῳ, καὶ διὰ τοῦτο φιλοκάνονι, τιμιότητι γράφομεν, ὡς ἂν καὶ αὐτὸς περὶ τούτου τῷ ἀνδρὶ ὁμιλήσῃς, ἀδότι μὲν οὐδενὸς ἧττον ἃ τοῖς κανόσι διώρισται, καὶ ἥτις ἐπίκειται ποινὴ τοῖς ταῦτα παραλύειν ἐθέλουσι. πλὴν οὐκ οἶδ' ὅπως συγχωροῦντι τοιαῦτα γίνεσθαι, ὑφ' ὧν πᾶσα εὐταξία καὶ εἰρήνη τῶν ἐκκλησιῶν ἀπελαύνεται, καὶ τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ χυθὲν, ἵνα εἰρηνοποιήσῃ τὰ πάντα, κενὸν ἀποδείκνυται. τίς γὰρ ἐν Βουλγάροις μετουσία τῷ Κωνσταντινουπόλεως Πατριάρχῃ, μήτε χειροτονίας ἐπ' αὐτῇ δίκαια ἔχοντι, λαχούσῃ τὸν ἀρχιεπίσκοπον αὐτοκέφαλον, μήτ' ἄλλο τι διαδεξαμένῳ κατὰ ταύτης προνόμιον. διὰ τίνος δὲ καὶ τὰ σφάλματα τῶν μοναχῶν τῆς κατὰ γνώμην αὐτοῦ συστάσης μονῆς τηρηθήσεται καὶ διορθωθήσεται. διὰ τοῦ τὰ τῶν ὑποκειμένων αὐτοῦ ἄλλων μοναχῶν ἐπικρατοῦντος, καὶ διευθύνοντος, ὃν ἔξαρχον ὀνομάζομεν. καὶ ποῖος οὕτω Κρονίων ὄζων κεκεσέλλωος ἱερῷ τὸ τοῦ Κωμικοῦ [1] ἐν Τραγικοῖς πάθεσιν, ὃς Κωνσταντινουπολίτου παρουσίαν ἐξάρχου ἐν Βουλγάροις μετρίως οἴσει, καὶ οὐχ ὡς μοιχῷ χρήσεται, μεστὸν ζήλου θυμὸν, ὅ φησι Σολομὼν, ἐνδεικνύμενος. ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ οἶμαι. τίς δ' ἂν ἄλλος καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ἀπαγγελίαν οὐ δυσχεραίνοι τοῦ ἀνομήματος. εὐσεβείας γοῦν ἐμπεριπατούσης ἡμῖν, καὶ κανόνων δοκούντων ἐμπνεῖν ἔτι τῷ καθ' ἡμᾶς πολιτεύματι. εἰ μὲν οὖν καὶ τὸ ἡμέτερον γράμμα, καὶ ὁ σὸς λόγος, τὸ σπουδαζόμενον ἐξανύσαιε, χάρις μὲν τῷ τῆς εὐταξίας καὶ εἰρήνης θεῷ. χάρις δὲ καὶ τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ. ἧς καὶ αὐτὸς καὶ αὐτὸς θεὸς εἶναι λέγεται καὶ πιστεύεται. εἰ δὲ κωφεύσαιεν πρὸς ταῦτα οἱ δύναμοι [2] τὰ κακῶς γινόμενα διορθώσασθαί, ἀνάγκη καὶ κοινότερον ἐκβοῆσαι. καὶ πρὸς πλείους ἐκλαλῆσαι τὸ ἄλγημα. εἰ γε τινες εὑρεθεῖεν οἱ τοῦτο ἰάσασθαι βουλησόμενοί τε καὶ δυνησόμενοι πλὴν ἀλλ' εὔχου ἡμῖν τὸ ἀπραγμονέστερον καὶ εἰρηνικώτερον. οὐ πώποτε γὰρ, οὔτε αὐτοὶ πράγματα ἔχειν, οὔτε ἄλλοις παρέχειν ἐπεθυμήσαμεν. ὃ καὶ νῦν ἡμῖν προσείη ταῖς σαῖς εὐχαῖς, πανίερε δέσποτα.

quod praeter nostram sententiam, & consilium opus incoeperit, & neque sacris canonibus, neque Reipublicae Legibus nota, & consona molitus fuerit. Qui Patriarchico iure, crucem in illo loco adfigens dixit, se ita opus illud inchoasse. Ille autem a nobis nihilominus excommunicationis vinculis est adligatus, atque in illum, quae canones, ut nosti, definiunt, & decernunt protrusimus. Nos autem opus illud, non minimi facientes ad scriniorum Praefectum dominum Petrum, de hac re scripsimus, quantum vel epistolae modus permisit. Atque etiam ad te, qui Deum diligis, & ob hoc, canonum observas leges, scribimus, ut etiamsi ipse de hac re, cum hoc viro sermonem inieris, qui quidem nihilominus tamen, quae canones statuunt optime percepit, & quae poena, his proposita, qui haec praeterire, & dissolvere nituntur. Ceterum non novi quomodo his non reclamanti, nec obsistenti haec accidant, a quibus omnis ordo, & Ecclesiarum pax repellitur, & ipse Christi sanguis, ut omnia pace conderet effusus, irritus quidem paene ostenditur. Quae enim inter Bulgaros participatio, & communio cum Constantinopolitano Patriarcha, qui neque suffragia iusta in ipsam, aut vota habet, quae Archiepiscopum, quasi sibi proprium caput respiciant, neque aliud privilegium circa ipsam contineat. Propter quem Monachorum delicta, & errores ipsius sententia, & constitutione, & observari possint, & capi, & iuxta corrigi aequitate, ob illum, qui aliorum Monachorum, qui ipsi parent, opera, & studia subigit, & quadam veluti emendatione reficit, quem Exarchum nuncupamus. Et qualis Cronion ita olet Beceselenus, ut illud Comici in Tragicis adfectibus dicam. Qui Constantinopolitani Exarchi praesentiam in Bulgaros mediocriter feret, & illo non ut adultero utetur, plenum zelo animum, quod inquit Salomon, manifestans. Equidem non arbitror, quis alius ad ipsam huius rei commemorationem, flagitium hoc non aegre ferret, praesertim quum religio circum nos obambulet, & ipsi canones, nostro vivendi instituto semper adflare videantur. Si vero hae nostrae literae, & tuus sermo rerum hunc conatum perfecerint, gratia sit modestiae, & pacis Deo; gratia etiam, & vestrae dilectioni, & caritati, cuius & hic, & ipse Deus dicitur, & creditur. Si autem ad haec, qui, quae male evenerunt corrigere possunt, veluti surdi silent, necesse erit commune proclamare auxilium, & ad populum, hunc nostrum evulgare dolorem. Si vero aliqui inventi fuerint, qui huic rei mederi, & velint, & possint, verumtamen tu tranquillitatem, & tutum pacis statum nobis precare. Non enim neque nos ipsi molestia ulla adfici, neque aliis negotium facessere optavimus. Quod quidem nunc tuis nobis precibus, o Sanctissime Domine, facile contingat.

Aristoph. in Nubib. καὶ κρονίων ὄζων καὶ βεκκεσέληνε.

Prov. 6. 4.

Τῷ χαρτοφύλακι, κυρίῳ Νικήτᾳ.

ΕΠΙΣΤ. κή.

Διαπτᾶσά τις φήμη περὶ ὑμῶν, ἅγιε πάτερ καὶ δέσποτα, οὐ μετρίως τὴν ἡμῶν ἀθέ-

Domino Nicetae Chartophylaci.

EPIST. XXVIII.

QVum ad nos fama de vestris rebus pervolasset, Sancte Pater, & Domine, non me-

1 κεκεσέλλωος ἱερῷ τὸ τοῦ Κωμικοῦ) Restituo, & interpungo. βεκεσέλλωος, ἵν' ἐρῶ τὸ τ. K. Respexit versum Aristoph. Nubibus.

Καὶ πῶς, ὦ μωρὲ σὺ, καὶ Κρονίων ὄζων, καὶ βεκεσέληνε.

2 οἱ δύναμοι) Scrib. δυνάμενοι.

mediocriter nostram imbecillitatem commovit, atque concussit. Si enim nos nostra soliditate, & firmitate, quasi potenti petra secure firmati essemus, nihil sufficeret quidem, & in nos, vel parvum excutere motum. Nisi iam haec vos in fundamentum, quo firmiores, & tutiores insidere possimus, constituitis. Sed enim nos praesentibus rerum casibus agitamur, & volvimur, instabiliorem, & ruinae proclivem structuram omnino molientes. Fuit ergo rumor, improbos, & facinorosos homines, patri mendacii inservientes, altae Imperatorum maiestati, de vobis dignos ipsis sermones emisisse, & continuo in ipsorum cordibus foetidum caenum permiscentes, teterrimum exhalare odorem, ita ut nunc, & ipsos Imperatores iniucundo adficiant halitu, qui in nos aliquando grati, & suaves perstiterunt, ut vero, & bono Christi odore suffusi. Digne quidem censeo de tua egregia sanctitate aliquid mihi patefieri, si iuxta hunc rumorem, & famam cuncta eveniant, At magis supervacanea, & maxime haec tumultuantia esse, famam, & rumorem novi proferre, quam ipsi calumniantium sunt sermones. Mihi quidem id necesse est, non quod de tuo timeam honore, & dignitate, sed quod meam miserae sortis horrescam aerumnam, qui nunc his adflictionum diebus cum omnibus fere Christianis, dulcem tui sermonis rorem combibens, te medicamentum, & solatium constituo, post primum illum communem Consolatorem. Sed enim illi, qui contra te odium pro parant, & tuam bonitatem, & virtutem calumniis profundunt, impense diris e cti cladibus. Veritatis autem Dominus emendationi, & integritati sit illis. Tu aut & aliis serveris, & ut lumen, & alimentum, & te, ut quisque indiguerit, perfunger

ϑένειαν συνεκλόνησε. εἰ γὰρ καὶ τῇ στεῤῥότητι τῆς πέτρας ἀσφαλῶς ἐχομ δὲν ἱκανὸν ὥστε μικρὸν γοῦν ἐμποιῆσα πλὴν γὰρ οἵ γε μᾶλλον ὑπόθεσιν τὰ τοῦ στερεῶ. τεροι καθίσθαι, τίθεσθε. ἡμεῖς τοῖς τυχοῦσι δονούμεθα. σαθροτ τως τὴν οἰκοδομὴν ἐργασάμενοι. ἡ ὅτι πονηροὶ καὶ γοέτης ἄνθρωποι, τῷ ψεύδους ὑπηρετούμενοι, τῷ τῶν βασι περὶ ὑμῶν ἀξίας αὐτῶν ἐρυγὰς ἀνέ ἀεὶ τὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν ἀναφύρ βορον, τὴν δυσωδίαν παχύνουσιν. ὡ τοὺς βασιλεῖς ἀηδίασθαι, καὶ τοι ἄλλως ὑμῖν, ὡς Χριστοῦ ἀληθεῖ εὐωδίᾳ. ἀ δηλωθῆναι μοι περὶ τῆς σῆς ἁγιωσύνη τὴν φήμην ταύτην τὰ πράγματα π οὖν οἶδα τοῦτο κρινούσης καὶ μᾶλλον ὀχ διαβαλλόντων οἱ λόγοι. ἐμοὶ δ' οὖν ὂν, οὐ περὶ τῇ σῇ τιμιότητι δεδειχ δὲ τῇ ἐμῇ ἀθλιότητι. ὃς ἐν ταῖς θλίψεων ἡμέραις μετὰ πάντων σχεδὸν νῶν τὴν ἐκ τῶν σῶν λόγων δρόσον λ ἴαμα καὶ παράκλητόν σε τίθεμαι μ τον παράκλητον. ἀλλὰ τοὺς μὲν θέντας μῖσος ἀντὶ τῆς ἀγαπήσεως, βάλλοντας ἀγαθωσύνην, καταδιώκο ἀληθείας διορθώσαιτο κύριος. σὺ ἡμῖν καὶ ἄλλοις, καὶ φῶς, καὶ ζύμη, κ βοι μέν σου 1 πρὸς ὅπερ ἕκαστος χ

Nicetae Discipulo Chalcedonis Episcopi Diacono.

Τῷ μαθητῇ αὐτοῦ Νικήτᾳ, διακόν Χαλκηδόνος.

EPIST. XXIX.

ANtilochum nosti, Fili sanctissime, ob Nestorem patrem multa subiisse pericula, quando ob illius pugnam, & victoriam, Aetiopis hastam ipse suscepit. Ego autem te, non ad pericula, tuus pater, advoco, sed ad securum, & periculi expers ministerium. Fortasse igitur prae timore concides, & hoc ita facile auxilium mihi interdices. Sed ita etiam vel probo vertes dolores, & cruciatus sermonis, & colloquii mei, etiam & ipsum partum, & ipsam, ut ita dicam, obstetricationem, & nutrimentum illud, quale cum lacte, vel iam validioribus cibis, tibi collatum fuit. Verumtamen hoc non ita erit, sed neque, quod existimas. Quod igitur est auxilium, quod dulcis & blanda oratio, veluti quidam exactor, a te exigit? Ad sanctam Authentriam, sanctae dominae matrem literae a me delatae sunt, quam non illa magis nobis, quam ipsi, o amice, peperit. Postulant quidem, ut haec sacris legibus, & canonibus, a Pansebasto ipsius filio Protostratore divexatis, & repulsis opituletur, & maxime etiam, ut illi ipsi opprimenti illas, & elidenti auxilio sit. Quibus est nihil gravius, nihilque durius, quam premi, & coerceri. Opus enim divinum sunt. Et illius & interpretatio illis est, cuius potentiam in impotentia perfici existimas. Illi enim

ΕΠΙΣΤ. κθ'.

ΤΟΝ Ἀντίλοχον οἶσθα, ὦ παῖ τοῦ πατρὸς ὑπερκινδυνεύσαντα ὅτε πρὸς τὰς ἐκείνου τὴν τοῦ Αἰθί χην αὐτὸς ἐδέξατο ἐγὼ δέ σε οὐ νους ὁ σὸς καλῶ πατήρ, ἀλλὰ πρὸ ἀκίνδυνον. ἀποδειλιάσας οὖν, καὶ ἀ τὴν οὕτω ῥᾳδίαν βοήθειαν. ἀλλ' ο καταισχύναις καὶ τὰς ὠδῖνας τοῦ λόγ ἀπότεξιν, καὶ τὴν μαίωσιν, καὶ θρέ ὅσην τε ἐν γάλαξι, καὶ ὅσην ἐν τροφαῖς ἐποιήσατο. ἀλλὰ μὲν τοῦτο τοιγαροῦν οὐδὲ τὸ ἡγούμενον. τίς οὖν ἣν ὁ γλυκύς σε πράκτωρ λόγος τεται; πρὸς τὴν ἡγιασμένην Αὐθέντ μητέρα τῆς ἁγίας δεσποίνης, γράμμ τέθειται. οὐ μᾶλλον ἡμῖν ἢ αὐτῇ σ φίλε. ἀξιοῖ γὰρ κανόσι βοηθῆσαι τοῦ Πανσεβάστου αὐτῆς υἱοῦ τοῦ πρωτ θλιβομένοις. μᾶλλον δὲ ἐκείνῳ αὐτῷ τῷ θλίβοντι, τοῖς μὲν γὰρ οὐδὲν πιέζεσθαι, θεῖον γάρ εἰσι χρῆμα. ποισμα, καὶ ἀποσομάτισμα οὗ τὴν ἀσθενείᾳ τελεοῦσθαι πιστεύομεν. ἐκείνῳ

---

1 καὶ ἀ[?]ολάβοι μέν σου) Restituo καὶ ἀπόλαύοιμέν σου.

καὶ βαρὺς ὁ κίνδυνος. καὶ ὅσος καὶ οἷος τοῖς Θεοῦ διαταγὰς λύουσιν. εἴ τε γοῦν ὡς υἱῷ θεοῦ συμμαχοῦσα, οὗ νόμοι ἐπηρεάζονται. εἴ τε ὡς οἰκεῖον υἱὸν τῆς τοῦ ἐπηρεάζειν ἐπηρείας ἐκλύουσα. πάντως δὲ κερδαίνει τὰ μέγιστα. τοῦτο δὲ τὸ γράμμα δικαιοῦμεν ἐμφανισθῆναι διά σου τῇ τοῦ Θεοῦ δούλῃ, καὶ κοινῇ κυρίᾳ ἡμῶν. ἐπεὶ δὲ καὶ πρὸς τὸν πανσέβαστον πρωτοστάτωρα περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως ἔγραψα, καὶ τὸ πρὸς τοῦτον γράμμα ταύτῃ ἐμφανισθήτω. ὡς ἂν δι' αὐτῆς ἐκείνῳ δοθῇ. καὶ τοῦτο γὰρ ἀξιοῦμεν τὴν ὁσιωτάτην γυναικῶν ἐν τῷ πρὸς αὐτὴν γράμματι τὸ τῆς διακονίας ἐτάταγμα, πασῆς ἀπηλλαγμένον βαρύτητος, καὶ πατρὶ προσῆκον ὄντως φειδομένῳ παιδὸς δυνάμεως, τοῦτό μοι τελέσειν. καὶ πᾶν ἀπέχω τὸ ὀφειλόμενον. αὐτὸς μὲν οὖν καὶ μείζω καὶ κρείττω δύναιο, ἡμεῖς δὲ καὶ τῶν δοκούντων μικρῶν καὶ εὐφόρων πειρασμῶν ἐκτὸς εἴημεν, ὡς ἂν μηδὲ τοὐλάχιστον μήτ' ἄλλοις μήθ' ὑμῖν ἐνοχλοίημεν.

gravia instant pericula, & tot, & quanta illis, qui Dei solvunt praecepta, & statuta imminuunt. Aut illa quidem quasi Dei filio opem ferre studet, cuius leges, & decreta deteruntur, & abolentur, aut, ut proprium filium contumelia hac, & iniuria ipsum liberet, quod damna, & flagitia in illos moliatur, penitus quidem maxima lucratur. Quare has literas, iustum censemus, ut Dei servae, & famulae, & communi nostrae dominae exponas, & manifestes. Quoniam autem ad Pansebastum Protostratorem de hoc ipso argumento iam scripsi, etiam & has literas me ad hunc misisse, ipsi innotescat, ut si forsan illi ipsas mitti contigerit. Quocirca etiam a sanctissima muliere, in illis, ad ipsam literis, hoc ministerii statutum omni pondere, & molestia liberum, & quod ad patrem, qui vere filii potentiae parcit, pertinet, efflagitamus. Et hoc mihi peragi, & condonari peto, & omne tamdem debitum officium facile absolvo. At tu & maiora, & meliora potes. Nos autem & quae parva, & quae facilia sunt, tentare in nos omnino desistimus, ne vel quid minimum tumultus, & perturbationis, aut in alios, aut in nos commoveamus.

Τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ, κυρίῳ Ἀδριανῷ, τῷ ἀδελφῷ τοῦ βασιλέως.

ΕΠΙΣΤ. λ'.

ΤΙ'Σ εἰμὶν ἐγὼ, κύριέ μου, κύριε, ὅτι ἠγάπησάς με ἕως τούτου. ἵνα πρός σε νῦν ἃ Δαβὶδ ποτε πρὸς Θεὸν, φθέγξομαι. τί μοι τηλικοῦτον ἀνεθίθης φορτίον, κατεαγότι πᾶσαν τὴν φορταγωγὸν δύναμιν. τοῦτο γὰρ αἱ κίονες ἄντικρυς αἱ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν, ἐφ' ἃς τοῦ Ἄτλαντος δεῖ δυνάμεως. ἐμὲ διαχεῖν κελεύεις τὰς νεφέλας τοῦ προφητικοῦ γράμματος, καὶ γυμνὸν παραδεικνύναι τὸν ἥλιον. ἐμοὶ δὲ τίς ἀποφυσήσει τὴν τῶν πραγμάτων νεφέλην, ἣν αἱ τῶν συκοφαντῶν ἀναφοραὲ παχεῖαν ἀνέθρεψαν ἐκθυμιωτῷ καθ' ἡμᾶς ἡλίῳ. ὅστίς ποτε οὗτος ὁ ἥλιος. ὃς καλὸς μὲν ὡς νυμφίος, εὐμεγέθης δὲ ὡς γίγας, καὶ πάντα τῇ καύσει καὶ τῇ θάλψει ζωογονῶν καὶ νικῶν. δέον ἐκτήκειν ταύτας, ὡς μηδ', εἰ γένοιντο, φαίνεσθαι. ὁ δὲ πακύνει καὶ εἰς νεφελῶν σύστασιν. τυχὸν μὲν κατὰ λόγον. ὡς δὲ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ, παρὰ λόγον. οὔπω γὰρ ἐκ τῶν προτέρων αἰθρίαν ἔχωμεν, αὖθις σὺν δ' Εὖρός τε Νότος τ' ἔπεσε, Ζέφυρός τε δυσαής, ὀρώδει δ' οὐρανόθεν νύξ 1, ὅ μοι καὶ πλείους καὶ πικροτέρας τὰς ἀκίδας τῆς ἀθυμίας ἐμπήγνυσιν, ὅταν ἄνωθεν ἔχω τὴν νύκτα, ὅθεν φῶς ἐπήλπισα. ἀλλὰ γὰρ ἵνα καὶ αὐτὸς συνιστῶ νεφέλας τῇ ἀσαφείᾳ, καὶ σκιάζω τοῦ λόγου τὸν ἥλιον, οἱ χθὲς καὶ πρώην μοι ἐπαναστάντες ἄδικοι μάρτυρες, οὓς ὁ κράτιστος ἡμῶν βασιλεὺς. καὶ σὸς παμπόθητος ἀδελφὸς, τὸ ψεῦδος φωράσας ἀποτεσεῖν τῶν διαβουλίων αὐτῶν πεποίηκεν. ὡς ψεύσασθαι τὴν ἀδικίαν

Domino Hadriano Magno domestico Imperatoris fratri.

EPIST. XXX.

QVis ego sum, Domine mi, Domine inquam, quia usque adeo dilexisti me, ut possim „ nunc tecum quae David cum Deo loqui. Ad „ quid mihi tantum imposuisti onus, qui omnes „ vires, quibus pondera substinere possem, ef- „ fractas, & penitus dirutas habeo. Hoc enim sublimes possunt columnae, quae ex adverso latum caelum substinent, ad quas Atlantis opus est robore. Me quidem densas Prophetici libri nubes cogere iubes & nudum, & apertum solem manifestare. Quis etenim mihi impendentes rerum nubes flatu expellet, quas crebrae calumniarum exhalationes, crassas, & obscuras nutrierunt, & in solem in nos ardentem, & accensum explicarunt. Quis quidem hic est sol, qui vero pulcer est tamquam sponsus, & procerus, & magnus quasi Gigas, & omnia calore, & foventibus radiis ad vitam educit, cunctisque praestantior est. Oportet enim has nubes penitus liquefacere, & dispergere, quasi ille, si densae exoriantur, neutiquam insplendescat. Hic quidem nubium coetu, & agmine obscuratur. Forte vero, ut ratio postulat. & ut pluribus videtur, praeter rationem, & modum. Nondum enim primis expulsis nubibus, sereno fungimur caelo.

——— & caelo nox decidit alto,
Nam Notus, atque Eurus, Zephyrusque per aetera perflant. Odyss. 1. v. 294.

Quod quidem plures, & amariores timoris, & tristitiae cuspides exacuit, & conflat in me, quando ab alto noctem, & umbras habeo, unde lumen speravi. Sed enim me obscuritati nubes cogere, & orationis solem obumbrare, heri, & nuper iniusti, in me insurgentes testantur, quos potentissimus noster Imperator, & tuus optatissimus frater, mendacium sedulo indagans,

1 ὀρώδει δ' οὐρανόθεν νύξ) Scrib ὀρώρει δ' οὐ. ν. Est locus apud Homerum Odyss. ε.
——— ὀρώρει δ' οὐρανόθεν νύξ,
Σὺν δ' Εὖρός τε Νότος τ' ἔπεσε, Ζέφυρός τε δυσαής,
Καὶ Βορέης αἰθρηγενέτης. ———

dagans, suis temerariis fecit consiliis cadere, quasi ipsa iniquitas tunc se ipsam fefellerit, omninoque frustraverit. Hi quidem nunc rursus ipsum adeuntes, atque eadem de illis ipsis rebus referentes, tantum roboris sunt nacti, ut candidos illos calculos, & suffragia, quae nobis iustis quidem condonaverat nunc illum persuadent, ut inconfusam, & indigestam, illam eiiciat molem, & nigra, & multo plena odio educat. Et haec iuxta illud vere regium iudicium, ut Penelopes textum ostentet, interdiu veritatis contexta stamine, noctu vero mendacii illa resolvat, & disiiciat pectine. Et hoc gravissimum censetur, nos ita indicta causa damnari. Vt enim id intellexi, ut dimissus ad nos scriba, totam hanc Ecclesiae Achridis regionem relinqueret, decretum est. Locus hic est, ad quem huius conventionis litterae pervenerunt, Ecclesiae quidem inquam, pro erronum, & sceleratorum loco, quae cum illis dominaretur, publicis tamdem cessit incursibus, & hoc quadam solum habitandi servitute suscepit. Quae res omnium est maxime necessaria. Et vere aurea sententia, & sermo, qui illam conventionem, & conspirationem constituerat videbatur, & Imperatoris minis obsignatus fuit. Quum enim Cercopes hi cum Hercule contendebant, in quem horum existimas me toto spiritu intentum esse, & proclivem. Quomodo enim non iuxta divinum Ieremiam asper in praecordiis dolor insidebit, & ipsi sensus tumultuanti, undique furore, & veluti bacchanti non ferentur. Superbus enim fastus, & insolens, subita animi egressione tumens, & insperato adsurgens incursu, & maxime ut rationi ad-
Thucydid. lib. VI. versarium contigit (ut inclitus ait Thucydides) cuncta coercet, & in servitutem redigit. Ego autem hesternis calumniis, & si non firmiter enectus sum, verum tamen, quia hoc solum in Regiis auribus quasi in fertili, & effossa terra, seminarunt, quasi quoddam venenum, & mortiferum aconitum, aut aliquod aliud lethale germen, ita tamen illis misere confectus decidi, & toto flexus tacui pectore, ac si humi consternerer, & in uno deprimerer solo, nulla honoris sublatione fretus, nec erectione dignus, & veluti diris servorum penitus concuterer ictibus. O Rex Regum Christe, qui nullo obstrictus scelere, flagris fuisti contusus, & miti, & blando pectore, hominis servi flagello concuti pertulisti. Quem enim existimas in nos, manus saeve iniici metuere, quum plane videat delatores, & adversarios ita permitti, ut Heroas, & Semideos, ut dicunt, inter vagantes multos, & petulanter, & temulente cuncta deferre, & intrudere, & audacter loqui. Haec, & alia Augustissimorum Imperatorum opera, contra Archiepiscopum machinantes, & flagitii opinionem omnino effugere, postea in illum male obstrepentes. In me autem illud Davidi-
P. 68. 13. cum mire impletum: *Adversum me loquebantur, qui sedebant in portis, & in me psallebant, qui bibebant vinum.* Omnino itaque me ferent, aut illos redarguentem, aut obiurgantem, aut verbis inflectentem, sive illi ex populi sunt caterva, sive ex Ecclesiastica sodalitate, & consortio. Qui vero iam in meliorem redacti mentem, non prius, primis acti reprehensionibus opus suum absolvunt, ob quas tamen illi, qui crimini obnoxii sunt, duriori per-
Ps. 108. 3. citi ferocia, *sermonibus odii circumdederunt me, & persequuti sunt me gratis.* Et inter omnes non quasi poenas non luerint, sed quasi quodam victoriae trophaeo evecti, ita sceleribus, & vitiis illustres esse student, & nusquam illis ullus inest metus. Persistunt itaque veluti sae-

ἑαυτήν. οὗτοι νῦν πάλιν αὐτῷ προσελθόντες, καὶ τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν εἰπόντες, τοσοῦτον ἴσχυσαν, ὥστε καὶ τὰς λευκὰς ἐκείνας ψήφους, ἃς τοῖς δικαίοις ἡμῖν ἐχαρίσατο, νῦν πεῖσαι κατὰ χάους βαλόντα μελαίνας ἀντεξενεγκεῖν, καὶ πολλῆς γεμούσας συγνότητος. καὶ τὴν τῷ ὄντι βασιλικὴν ἐκείνην κρίσιν τὸν τῆς Πηνελόπης ἱστὸν φανῆναι, τῇ μὲν ἡμέρᾳ τῆς ἀληθείας ἐξυφανθέντα, τῇ δὲ νυκτὶ τοῦ ψεύδους ἀναλυθέντα. καὶ τὸ δεινότατον, ὅτι καὶ ἐρήμην αἱρούμεθα. ὡς γὰρ ἐπυθόμην, ὁ ἐπαφεθεὶς ἡμῖν ἀναγραφεὺς ἀφελέσθαι τοῦ ἐν Ἀχρίδι τῆς ἐκκλησίας χωρίου διώρισθαι. χωρίον, ἐφ᾽ ᾧ καὶ ἀνταλλαγῆς ἔγγραφα προὔβησαν. τῆς ἐκκλησίας ἀντὶ τῶν πλανήτων, ὧν δεσπόζουσα ὑπεξέστη τῷ δημοσίῳ, τοῦτο λαβούσης διὰ τὴν παροικικὴν δουλείαν. χρῆμα πάντων ἀναγκαιότερον. καὶ χρυσόβουλλος λόγος ἑδράζων τὴν ἀνταλλαγὴν προσεγένετο. καὶ βασιλικὸν ἐπαπειλήθη σημείωμα. ὅτε τὸν Ἡρακλέα ἐρεσχελοῦντες ἦσαν οἱ Κέρκωπες. ἐπὶ τούτων τίνα με οἴει ψυχὴν ἔχειν. πῶς δ᾽ οὐχὶ, κατὰ τὸν θεῖον Ἱερεμίαν, καὶ τὴν κοιλίαν ἀλγεῖν, καὶ τὰς αἰσθήσεις μαιμάσσεσθαι καταθορυβούμενον πάντοθεν, καὶ οἷον ἐκβακχευόμενον. δουλοῖ γὰρ τὸ φρόνημα, τὸ αἰφνίδιον καὶ ἀπροσδόκητον, καὶ πλείστῳ παρὰ λόγον ξυμβαῖνον. ὁ σεμνὸς Θουκυδίδης φησὶ ἔγωγέ τοι καὶ ταῖς χθιζαῖς συκοφαντίαις, εἰ καὶ μὴ ἐῤῥιζώθην βεβαίως, πλὴν ἀλλ᾽ ὅτι τοῦτο μόνον ἐσπάρησαν κατὰ γῆς ἀγαθῆς τῆς βασιλικῆς ἀκοῆς, ὥς τι κώνειον, ἢ ἀκόνιτον, ἢ ἄλλό τι δηλητηριῶδες φυτόν. κἀκείναις τοίνυν οὕτω κατεκάμφθην τεταλαιπωρηκὼς, ὡς συγκύπτειν χαμαὶ, καὶ κάτω νεύειν, μηδὲν ἀξιωματικὸν ἔχων δίαρμα, καὶ φέρειν παρὰ δούλων τυπτόμενος. ὦ βασιλεύων ἐν τοῖς βασιλείοις Χριστὲ, καὶ μήθ᾽ ὅτε κρινόμενος ἐῤῥαπίσθης, πρᾶος τὸν ἐκ δούλου ῥαπισμὸν ἀνενέγκων. τίνα γὰρ ὀκνήσεις οἴει τὸ μὴ οὐχὶ καὶ χεῖρας ἐπιβάλλειν ἡμῖν ὁρῶντα τοὺς κατειπόντας οὕτω παριόντας ὡς ἡμιθέους ἐν ἡμιόνοις φασὶ, καὶ παροίνιον ποιουμένους διήγημα. τὸ, τάδε καὶ τάδε τῶν βασιλέων εὐσεβεστάτων κατὰ ἀρχιερέως συμπλασαμένους εἰπεῖν, καὶ ἀποδράναι τὴν δόκην, εἶτα τούτῳ ἐπικαχάζοντας. τετέλεσται γὰρ κἀνταῦθα ἐπ᾽ ἐμοὶ τὸ Δαβιτικὸν κατ᾽ ἐμοῦ ἠδολέσχουν οἱ καθήμενοι ἐν πύλαις, καὶ εἰς ἐμὲ ἔψαλλον οἱ πίνοντες οἶνον. πάνυ γοῦν ἀνέξονταί μου ἢ ἐλέγχοντος, ἢ ἐπιτιμῶντος, ἢ παρακαλοῦντος. εἴ τε τοῦ λαοῦ μέρος εἶεν, εἴ τε τῆς ἐκκλησιαστικῆς συγκληρώσεως. ἰδόντες τινὸς οὐ κάκιον ἐπὶ τοῖς προτέροις ἐλεγμοῖς πράττονται, δι᾽ οὓς ἐκθηριωθέντες οἱ τούτοις ὑπεύθυνοι, λόγοις μίσους ἐκύκλωσάν με, καὶ ἐπολέμησάν με δωρεάν. καὶ ἐπὶ πᾶσιν οὐχ ὅπως ποινὴν οὐκ ἔδοσαν, ἀλλὰ καὶ ὡς τροπαίῳ τῇ κακίᾳ ἐλλάμπονται καὶ φόβος οὐδαμοῦ. μένουσι δὲ ὥσπερ πρόβατα αἰώνια, καὶ συνετέλεσαν ἐν ἀγαθοῖς τὸν βίον αὐτῶν, οὐκ ἄκαιρον γὰρ τὸ τοῦ πολυπαθοῦς Ἰὼβ φθέγ-

φθέγξασθαι. ἐγὼ γὰρ τὴν Λερναίαν ὕδραν ᾔδειν, καὶ ταῖς τομαῖς διπλασίω ἑαυτῆς γινομένην, καὶ πράγματα παραχοῦσαν Ἡρακλεῖ τῷ γενναίῳ, ξίφος μόνον ἐπ' αὐτὴν αἴροντι. κἂν ἐκινδύνευσεν ὁ ἥρως, ἢ καὶ πάντως γε ὁ ἆθλος τῷ ἥρωϊ, εἰ μὴ καὶ τὸν καλὸν Ἰόλεων πυρφόρον προσεταιρίσατο, τὰς τομὰς ἐπικάοντα. τί τοῦ μύθου δηλοῦντος, ἐμοὶ δοκεῖν, ὡς ἐπὶ τὴν κακίαν (τοῦτο γὰρ ἡ Ὕδρα.) οὐκ ἐπιπολαίου δεῖ τομῆς καὶ κολάσεως. κακοὺς γὰρ ἂν τοὺς οὕτω κολαζομένους ἀπεργασάμεθα, οἰομένους ἐμπαῖξαι τῇ δίκῃ, καὶ διὰ τοῦτο τοῦ λοιποῦ τὴν πονηρίαν παῤῥησιαζομένους ἀδεέστερον καὶ γυμνότερον. πολυπλασιάζεται γὰρ ἡ τόλμα τοῖς πονηροῖς, ὅταν μαλακωτέρας τῆς ποινῆς πειρασθῶσιν, ἣν αὐστηρὰν εὑρεῖν ἤλπισαν. οὐκοῦν ἀποτμητέον μόνον τὰς τῆς κακίας ἐκχύσεις, ἀλλὰ καὶ τὰς πηγὰς ἀποξηραντέον τοῦ τὰς θηριώδεις κεφαλὰς καὶ φύοντος καὶ τρέφοντος αἵματος. εἰ δὲ μηδ' ἁπλῶς οὕτως αἱ κακαὶ προβολαὶ τέμνοιντο, τοῦτ' αὐτὸ τὸ τῆς παροιμίας, Λέρνη κακῶν, ἀλλ' οὕτω μὲν καὶ ἐπὶ ταῖς προγεγονυίαις ὕβρεσι καὶ ἡ καρδία μου ἐγκατέλιπέ με. ὅπερ ἐστὶν ἡ ζέσις τοῦ πνεύματος, ᾗ κατὰ πάσης κακοηθείας ἐχρώμην, καὶ τὴν γλῶτταν ὄντως ἐδείκνυον πυρίνων γλωττῶν μαθήτριαν. εἰ δὲ τὰς παρὰ τοῦ νῦν κατὰ γραψαμένου πληγὰς προσλάβοιμι, βαρεῖαν, ὥς φασιν. ἐκδεξαμένου παρὰ τῶν βασιλείων χειρῶν τὴν μάστιγα, καὶ κελευσθέντος τοῦτο δὴ τοῦ Ἠσαΐου ἀλλοτρίως τοῖς ἡμετέροις χρήσασθαι, τοῦτο γὰρ ἤνυσαν, ὡς ἀπειλοῦσιν οἱ μισοῦντες ἐν πύλαις ἐλέγχοντας, καὶ λόγον ὅσιον βδελυσσόμενοι. ἀλλ' ἐνταῦθα μοι παρέστω Βαροὺχ ὑπογραμματεύων Ἱερεμίᾳ θρηνοῦντι. καὶ τῷ μέλλοντι χρόνῳ φυλάττον ἀοιδίμους τὰς συμφοράς. εἶτα τοιούτων κηλίδων καὶ τοσούτων ἡμῖν ἐνσπιληθεισῶν, οἵη θείας ἐμφάσει τοῦ νοῦ τὸ κάτοπτρον δέξασθαι. οἷς καὶ τὸ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν καὶ αὐτὸ οὐκ ἔστι μετ' ἐμοῦ. τοῦτο μὲν εἰκός τε καὶ κατὰ λόγον. πλὴν ἐπεὶ τῷ θεῷ, καὶ τῷ ἐξ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ βασιλεύοντι, καὶ τῇ τῆς ὑμετέρας μεγαλειότητος ἀγαθότητι τῆς καθ' ἡμᾶς ἀνεθήκαμεν. πεποίθαμεν ὡς ἡ ἐλπὶς ἡμῶν οὐ καταισχυνθήσεται, οὐδ' ἀπολεῖται εἰς τέλος ἡ τῶν πενήτων ὑπομονή, οὐδέ τι κατισχύσει σοφίας κακία. εἴ τι δεῖ τῇ σοφίᾳ τούτο ἐπισφαινομένην πείθεσθαι. καὶ τὸ δὲ ῥάους γενόμενοι, ἐγχειρίσομεν τῇ ἐργασίᾳ τοῦ ἐπιτάγματος, καὶ γεῦμα στελοῦμεν τοῖς τὴν γεῦσιν κριτικωτάτοις ὑμῖν. κἂν μὲν ἀνθοσμίας δόξῃ τὸ γεῦμα, καὶ τῆς ἀμπέλου ἐκείνης γέννημα, ἧς ὁ οὐράνιος πατὴρ γεωργός ἐστι, καὶ τοὺς λειπομένους ἐκθλίψομεν βότρυας. εἰ δ' ὀξίνου καὶ τὴν γεῦσιν δριμύσσοντος, οἵοις δὴ Χριστὸς παρὰ τῶν σταυρωτῶν παίζεται, ἀποκτενούντων αὐτὸν ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, καὶ τοῦ τῶν γραφῶν βουλήματος, ματαιοπονοῦντες ἐσόμεθα. τὸ δ' οὖν παρὸν ἀναχέσθω τῆς ἡμῶν ἀσθενείας ἡ σὴ

culi huius pecudes, vitamque ipsorum inter probos, & aequos peragunt. Est enim nunc consentaneum illud patientissimi Iobi adducere, *Iob 36. 14.*
& proferre. Ego equidem illam Lernaeam Hydram moveram, suis ipsius dissectis dupliciter membris, difficilem, & gravem generoso Herculi pugnam intulisse, quum solum in illam ipse ensem distringeret, ita ut fere in summum Heros periculum vocaretur. Aut extremum fuisse heroico viro certamen, nisi potentissimum Iolaiis accensa face illi se socium iungens, abscissa combussisset membra. Quid ergo haec fabula innuit? Mihi quidem videtur in scelera, & vitia (haec enim est Hydra) non levi ictu, & concussu, decere uti. Nam improbos potius, quos ita castigamus efficimus, quum praesertim existiment veluti per ludibrium illis supplicium immitti. Vnde propter hanc causam, in posterum, manifestius, & copiosius in effraenem scelerum libertatem erumpunt. Nam sceleratis, & pessimis viris tunc acrior innascitur audacia, quum molliore poena tentantur, quam severiorem, & duriorem invenire speraverant. Non equidem solum vitiorum tubi, & canales praescindendi sunt, sed ipsas venas, & fontes, per quos sanguis ille effluit, quae haec ferina capita nutrit, & procreat, exsiccare decet, & obstringere. Si autem non ita simpliciter malorum propugnacula evertuntur tunc illud paraemiae fiet: *Lerna malorum*. Quare equidem iam illatis, in me iniuriis, me, meum cor penitus defecit, penitusque deservit. Videlicet fervens spiritus ardor, quoad omnem motum improbitatem usus fueram, ipsamque linguam vere flammantium, & comburentium linguarum decipulam esse manifestavi. Si autem flagella, & plagas, ut perscriptum modo decretum iubet, susciperem, quod, ut dicunt, gravius locum ipsis Imperatoris manibus vibrat, quodque illud Esaiae dire praecipit, ut nostris *Isa. 61. 5.*
alienissimo, & remotissimo animo utamur; hoc quidem erit, quod nos penitus exsecrentur, & minis in nos insurgant, quia illos in portis, & palam reprehendimus, quasi qui divinum, & sanctum sermonem nefarie neglectui ducant. Sed enim hoc in loco mihi Baruch adsit, lamentanti Ieremiae subscribens, & in posterum celebrata infortunia, & calamitates observans. Deinde quum tot sint rerum maculae, & ita nos funditus coinquinent, existimas, divina inspiracula, divinasque adparitiones mentis posse speculum subscipere, quibus & ipsum oculorum lumen mecum nullo modo persistit. Hoc enim decentius est, & rationi consentaneum. Verumtamen in Deo, & in illo, qui ex ipso, & per ipsum regnat, & in summa vestrae amplitudinis bonitate, & virtute, quam in nos reflectitis, confidimus nostram spem nullo esse futuram dedecore, neque pauperum tolerantiam, constantemque animum in finem esse defecturum, neque scientiae malitiam, & vitium viribus, & conamine antecellere. Si quid decet, scientiae hoc plane ostendenti obsequi. Atque etiam ita faciliores effecti, & expeditiores, quidquid nobis illa praeceperit, opere adimplebimus, nostrique gustus sensum vobis, ut qui solertius, & acutius iudicatis emittemus. Et si fragrantis florum odore vini gustus forte videatur etiam, & illius palmitis germen, cuius pater caelestis agricola est, & reliquas illius uvas exprimemus. Si autem acetum gustum acriter adfecerit, quali Christus a crucifigentibus illuditur, dum extra vineam occiditur, & praeter ipsum scripturarum decretum, frustra quidem laborem impendere videbimur. Hoc itaque nostrae praesentis infirmitatis tua huma *Luc. 23. 37.*
nitas

nitas, & benignitas sufferat, donec brevi aliquo sublevatis solamine, nostrae languidae manus, & fere luxata, & soluta genua convalescunt, & Christus, qui omnis potestas est, nos robore firmat, quique omni infirmitate, & spiritus, & corporis nimirum, & vitii, & vitae offensionum perpetuo est superior.

φιλανθρωπία, ἄχρις οὗ μικρόν τι
ἡμῶν αἱ παρειμίαι 1 χεῖρες καὶ τ
μένα ἰσχύσωσι γόνατα, Χριστοῦ,
μις, ἡμᾶς ἐνισχύοντος, τοῦ τῆς
ψυχικῆς καὶ σωματικῆς ἀνωτέρου.
κύνσεως καὶ κακώσεως.

Bryennio consocero Imperatoris.

EPIST. XXXI.

VT primum suavissimum tuae bonitatis mel degustavi, Illustrissime Domine, in ipsis cordis mei labris, huius iucunditatis succus permansit. Quumque ingentes tantae dulcedinis haustus percipio, nihil est quod me, tuae maiestatis altitudinem meminisse non faciat. Quippe semper tecum differere desidero. At quia non habeo, cum perdite amem, unde hoc desiderium irrigem, me loci intervallum, ne, tam dulci madescam rore, inique adficit. Litteris autem hoc ingeniose comminiscor. Quocirca semper tecum sum, & quae decent, tecum loquor. Vale igitur & corpore, & animo, & bonum, & felix rerum tuarum iter absolve, ut tibi omnino perpetuus felicitatis typus adfulgeat, & de te ego audiam, quaecumque Deo grata sunt, & tibi utilia, & nobis ex voto educta. Scilicet, sacerdotum honores ut parentum te ducere, & populi requiem & tutum ex dura peregrinatione adventum, quasi liberatoris, & redemtoris advenientis; Barbaricarum vero regionum effractas servitutes, clementiam clementia potius, quam hasta prosequentium, te etiam existimare. Illa etenim est, quae maxime ad fugam nos compellit. Benevolentia equidem, & bonitas solius est dilectionis, & caritatis securum tutamentum, quasi inanibus servatum, & custoditum armatis. Haec & horum plurima, ad nos fama evehet, & nos itidem alte personante ore praedicabimus, tuis felicissimis gestis delectantes, & cum illis, qui ad haec bene adfecti sunt, quasi plenos hilaritatis fluvios ebibentes. Vt in hoc saltim, felicem hanc consequamur fortunam, ut vicini nos beatiores, & feliciores conspiciant, vel invidia oculos illis penitus extinguamus, quasi nostra nimis durae sint illis amaritudini. Si autem haec pernoscere cupis propter tuam in nos benevolentiam, qui ad te litteras perfert, quae ad scribendum me compellunt, facile enarrabit. Nam cum noster sit, & propter hoc nobis adsit, ut primum haec, quae ad te enuntiata sunt, audivit, communi nobiscum spiritu percepit & bene memoriae, quae audivit, mandavit, ut si illa referre, & eloqui coactus fuerit, linguam, Magistri casibus, & eventibus magistram, & peritam vere ostendat. Sed enim nos flagris a patre oppressi ab illo consolationem exspectabimus,
1. Cor. 1. v. 3. quoniam *pater omnis consolationis* dicitur. Tu autem quum a teipso longe effugie
tibi imminent non conspicies, & *flagellum, domui tuae non adpropinquabit*, sed om
Ps. 90. 10. lere, & oppressione custodieris.

Τῷ Βρυεννίῳ, τῷ συμπενθερῷ

ΕΠΙΣΤ. λά

Ἀφ' οὗ πρώτως ἐγευσάμην τοῦ
στότητος μέλιτος, μεγαλεπ
αὐθέντα, ἔγκειται μέν μου τῷ
στόματι ὁ ταύτης χυμός. γλυκεία
ναφορὰς ποιούμενος, οὐκ ἐστιν ὅ
νεύειν με ποιεῖ τοῦ τῆς σῆς
ὕψους. ἀμέλει καὶ ἀεί σοι ποθ
μὴ ἔχων δὲ ὁ δύσερως ὅπως δρ
θον, ἀδικεῖ γάρ με περὶ τὸν
διάστημα, γράμμασι τοῦτον σοφί
τούτου σύνειμί σοι, καὶ τὰ εἰκό
γομαι, ὑγιαίνου οὖν καὶ σώμα
καὶ εὐοδοῖο τοῖς περί σε, ἵνα
των ὁ χαρακτὴρ τῆς εὐδαιμονία
καὶ ἀκούοιμι περί σου, ἅττα κα
καί σοι προσήκοντα, καὶ ἡμῖν
μένα. ἱερέων τιμὰς, ὡς πατέρ
παυσιν, κἀκ τῆς ἀλλοδαπῆς ἐπ
ἐλευθερωτοῦ λυτρωτοῦ ἥκοντος. β
ρων καταδουλώσεις, χρηστότητα
τητι ἐπαγομένων ἢ δόρατι. τὸ
κινητικὸν πρὸς ἀπόδρασιν. ἡ δ
νης ἐχέγγυον ἀγάπης χειρὶ τηρ
τα καὶ πλείω τούτων ἥ τε
μᾶς ἄγοι. καὶ ἡμεῖς αὖ τῷ με
ματι τοῦ λόγου κηρύττοιμεν,
ορθώμασιν ἐφηδόμενοι, καὶ τοῖς
συνηδόμενοι. ἵνα τοῦτο γοῦν ε
πρὸς γείτονας ὁρᾶν μακαρίους, τ
κόρας σβεννύοντες, ὡς τά γε ἡ
ἔχει πικρῶς. εἰ δὲ ποθεῖς ταῦ
τὴν περὶ ἡμᾶς σου χρηστότητα,
μα διακομίζων, ἃ περὶ τὸ γ
ἐκδιηγήσεται. ἡμέτερος γὰρ
τοῦτο παρὼν ἡμῖν. καὶ ἀπαγγε
των ἀκούσας, συνέπαθε τὴν ψ
μνήμῃ παρακατέχων ἃ ἤκουσεν, ἠκ
πεῖν, ἕξει τὴν γλῶσσαν διδασκ
ρῶν διδάσκαλον. ἀλλὰ γὰρ ἡμε
τρὶ μαστιζόμενοι, παρ' ἐκείνου
τὴν παράκλησιν. ἐπεὶ καὶ πατ
ρακλήσεως λέγεται. αὐτὸς δὲ
ταφυγὴν ἑαυτοῦ ποιησάμενος,
προσερχόμενά σοι, καὶ μάστιξ
σκηνώματί σου, στηρουμένου πάση
κύνσεως καὶ κακώσεως.

1 παρειμίαι) Scrib. παρειμέναι.

2 ἠκελευθέη) Scrib. ἀ κελευθε

Τῷ ἐπισκόπῳ Τριαδίτζης.

ΕΠΙΣΤ. λβʹ.

ἘΔεξάμεθά σου τὴν γραφὴν, τιμιώτατε ἀδελφέ. ἐν ᾗ εὐγνώμονα μὲν σαυτὸν συνίστης ἡμῖν, καὶ ὡμολόγεις εὐεργέτας ἡμᾶς, καὶ κρείττους πατρὸς καὶ μητρὸς καὶ λοιπῶν συγγενῶν. ἠξίους δὲ καὶ τοῦ δεσμοῦ λύσιν λαβεῖν, ὃς παρὰ τῆς συνελθούσης ἡμῖν ἀδελφότητος ἐπετέθη σοι. ὡς μὴ καὶ αὐτῷ συνελθόντι, καὶ ταῦτα κληθέντα, κἀντεῦθεν πραγμάτων ἀναγκαίων οἰκονομίας κωλύσαντι. ἐπὶ μὲν τῇ τῆς εὐγνωμοσύνης προσποιήσει, καθ' ὑπερβολὴν ἐβαρύνθημεν, ὅτι οὕτως ἀπόλωλεν ἐκ μέσων ἡμῶν ἡ ἀλήθεια, καὶ ὁ δόλος μετὰ τῆς αὐτοῦ ποικιλοβαφοῦς ἀμπεχόνης τῆς ὑποκρίσεως τῷ θεάτρῳ ἡμῶν ἐμπαῤῥησιάζεται, καὶ σκηνικῶς παίζει τὰ φρίκης ἄξια, εἰρήνην μὲν λαλῶν μετὰ τῶν πλησίον, κακὰ δὲ τεκταίνων ἐν τῇ καρδίᾳ. τίς γὰρ οὐκ οἶδε, ὅπως εἰς τὴν μεγαλόπολιν εἰσελθοῦσα ἡ τιμιότης σου μυρίας ἐπαφῆκε τὰς τῶν διαβολῶν βολίδας τοῖς νῦν ἀναγραφομένοις εὐεργέταις ἡμῖν ἐν τῷ γράμμασι. καὶ ὡς οὐδεὶς ὑπελείφθη σχεδὸν, οὔτε μείζων, οὔτε μείων, ὃς μὴ ταῖς παρὰ τῆς σῆς γλώττης καθ' ἡμῶν δυσφημίαις τὰς ἀκοὰς ἐκκεκώφεται. τούτων οὐκ ὀλίγοι οὐδ' ἀναξιόπιστοι μάρτυρες. ἀλλὰ γὰρ ταῦτα μὲν καὶ λόγου μακρότερα καὶ καιροῦ ἐκτραγῳδεῖντε καὶ ἀνακλαίεσθαι. συλλογιζομένοις ἐντεῦθεν ὡς οὐ μακροὶ οἱ τῆς ἀποστασίας καιροὶ, οὐδὲ μέλλουσι τὰ κατ' αὐτοὺς ἀπειλούμενα. διὸ καὶ πρὸς τὸν δυνάμενον ταῦτα παῦσαι μόνον Θεὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς αἴρομεν, καὶ πρὸς τὰ τῆς ἐκείνου δικαιοσύνης ὄρη, ὅθεν ἥξει ἡμῖν ἡ βοήθεια. ὁ γὰρ διδάξας πάντως καὶ οἷς ἐποίει, καὶ οἷς ἐλάλει, εὐχαρίστους εἶναι ἡμᾶς, τί μὲν οὖν εὐχαρίστως λέγω; καὶ τοῖς κακῶς ποιοῦσιν ἀγαθῶν χορηγούς. οὗτος ἢ διορθώσεται τὰ στρεβλὰ, ἢ κλάσει πάντως ἰδὼν ἀδιόρθωτα, ὥσπερ αὐτοῦ νόμος ἄνωθεν. ταῦτα μὲν οὖν ἐφ' οἷς ἡμῖν καινῶς τε καὶ ἀσυνήθως ταπεινολόγον σαυτὸν ἐφάντασας. τὴν δὲ λοιπήν σου ἀξίωσιν, ὡς Χριστοῦ μαθηταὶ, εἰ καὶ ἀνάξιοι, προσηκάμεθα. ὃς καὶ λοιδορούμενος, οὐκ ἀντελοιδόρει καὶ πάσχων, οὐκ ἠπείλει. παρεδίδου δὲ τῷ κρίνοντι δικαίως, καὶ τὴν τοῦ Πέτρου μικρολογίαν καταγνοὺς, ἑπτάκις ἀφιέναι δικαιοῦντος τῷ ἁμαρτάνοντι, αὐτὸς τὴν τοῦ ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ φιλοτίμως, ὁ ἐν ἐλέει πλούσιος, ἐπεδαψιλεύσατο. ἐδεξάμεθα γοῦν, ὡς εἴρηται, τὴν ἀξίωσίν σου, ἄλλως τε καὶ βαρείᾳ νόσῳ πεπεδημένου, ὡς ἔγραψας, καὶ τὸν τοῦ θανάτου ἐπανατεινομένῃ σοι κίνδυνον καὶ ὅσον γε τὸ εἰς ἡμᾶς ἧκον, ἴσθι λελυμένος ἐν ἁγίῳ πνεύματι, καὶ πᾶν ἀρχιερατικὸν ἔργον ἀνέτως τελῶν. πλὴν ἐπεὶ καὶ παρὰ πλειόνων ἀδελφῶν ὁ δεσμὸς ἐπεβλήθη σοι, καθὰ καὶ τὸ συνοδικῶς ἐκτεθέν πρός σε γράμμα ἐδήλου, ἔγραψα μὲν ταῦτα καὶ πρὸς τὸν Πελαγόνιον, καὶ πρὸς τὸν Στρομβίτζης, καὶ πρὸς τὸν Μαλεσόβης.

Triaditzae Epiſcopo.

EPIST. XXXII.

TVas litteras ſuſcepi, inclite frater, in quibus te nobis benevolum, & pronum conſtituis & nos in te collocaſſe beneficia, & patre, & matre & reliquis meliores eſſe fateris. Dignumque iam iudicaſti vinculo illo te ſolvi, quod coeunte nobiſcum fraternitate, impoſitum fuit. Quaſi tu iam non mihi obvius occurras, neque haec quae in nos accerſita ſunt, nec interim ſaevam tantae neceſſitatis adminiſtrationem, & emiſſionem omnino prohibeas. Ob hanc autem tuam aequanimitatis, & candoris ſimulationem, graviter, & vehementer opprimimur. Quoniam ita in medio noſtri ipſa veritas tota periit, & dolus malus tuae variegato indumento hypocriſeos in noſtrum theatrum libere prodit, & ſcenice ludit, quae horrore digna potius iudicantur. Pſ. 27. 3. Pacem quidem cum conſanguineis loqueris, & mala in corde moliris. Quis enim non videt, quomodo tuum iſtud decus, in magnam urbem ingreſſum, mille calumniarum artes effinxiſſe, his, quos nobis, in litteris, beneficos, & opitulatores deſcripſi, & nullum fere vel aetate maximum, vel minimum relictum fuiſſe, qui acerba tuae linguae, in nos maledicentia, aures non ſuas occluſerit, ſurdaſque effecerit. Cuius rei non pauci, & multa digni fide teſtes exiſtunt. Sed tamen haec, & quovis ſunt longiora, ſermone, & pro tempore ingenti ſunt commiſeratione enarranda & Tragice fere lugenda, a nobis praecipue, qui hinc, non multum, apoſtaſiae tempora diſtare perpendimus, & qui tanti infortunii minas in nos nullo modo cunctari percipimus. Quocirca in Deum ſolum, qui haec omnia vincere poteſt, & ceſſare cogere, oculos noſtros attollimus, & in ſublimes eius iuſtitiae montes, unde nobis auxilium veniet. Hic enim & his, quae fecit, & his, quae loquutus fuit, nos gratos eſſe omnino edocuit. Sed quid inquam gratos? Etiam & his, qui in nos mala inferunt, bonorum nos docuit eſſe duces, atque miniſtros. Ipſe quidem vel obliqua vel tortuoſa corriget, aut quae inemendata, & incorrecta viderit radicitus confringet. Quemadmodum eius ab alto lex fuſa praecipit. Ceterum quidem in nos iam nunc, nove tamen, & praeter morem, abiectum, & humilem te ipſum oſtendiſti. At reli- 1. Pet 2. 23. quam tuam amplitudinem, ut *Chriſti* diſcipuli, etſi indigni amplexi ſumus. *Qui quum maledice-* Matt. 18. 22. *retur, non maledicebat; quum pateretur, non comminabatur. Tradebatur autem iniuſte iudicanti.* Et exiguam Petri ſermonis cognoſcens tenuitatem, cum ſepties ſcelera peccatorum iuſtum cenſeret dimitti, ipſe ſeptuagies ſepties munifice quidem, & liberaliter, quia in miſericordia dives eſt, condonari, & remitti praecepit. Suſcepimus igitur, ut diximus, tuam eximiae amplitudinis benevolentiam certe quidem gravi quum ſis morbo praepeditus, ut ſcribis, & ipſum mortis periculum propenſo tibi iam decidat caſu. Tu vero iam quod ad nos pertineat, ſancto adflatus ſpiritu cognoſce, & omne ſacerdotale opus laxe quidem, & effuſe perfice. Verumtamen iam a pluribus fratribus, arctum tibi vinculum iniectum eſt, quemadmodum litterae ad te miſſae ſignificabant. Haec quidem etiam ad Pelagonium, & ad Strombitzae, & Maleſobae epiſcopo, ſcri-

scripsi, ad quos famulus tuus viam detorquet. Novi etenim illis tuam amplitudinem, tuum hunc animi splendorem, non contemnendam videri. Ipsique vinculum hoc, quod in te intulerunt, dissolvent uno, eodemque in te ipsum spiritu perculsi. Ad aliquos etiam scribimus, a quibus omnino edisces, quid illis prorsus immineat. Quod autem nostrum est, ut diximus, iam funditus persolutum est. Tu in posterum pro nobis preces effunde, & illos, qui te diligunt bono prosequere animo, nullisque imprecationibus, & diris devove. Et tamdem erubesce ultra illud Evangelici praecepti progredi, quod persequentibus benedicere, nec illis imprecari iubet. Matth. 5. 11.

δι' ὧν ὁ σὸς ὑπηρέτης τὴ… ποιήσεται. καὶ οἶδ' ὅτι … ἡ σὴ ἀξίωσις ὐκ ἀπόβλητ… μὸν, ὃν ἐπέβαλον. ἑνὶ κα… μενοι πνεύματι. γράψομεν … λοιποὺς, καὶ πάντως παρ' … θήσῃ τὸ ἐκείνοις παραςησ… ἡμέτερον, ὡς ἔφημεν, λέλυ… πὲρ ἡμῶν εὔχου. εὐλογῶν τ… καὶ μὴ καταρώμενος. … τοσῦτον ἔλθεῖν τῆς εὐαγγε… τοὺς διώκοντας εὐλογεῖν κ… βούλεται.

Domino Ioanni Grammatico Palaeologi.

Τῷ κυρίῳ Ἰωάννῃ, τ… τοῦ Παλαιολ…

EPIST. XXXIII.

ΕΠΙΣΤ. …

